

Res Fol. LB. 3281

PRAXIS CRIMINIS

PERSEQVENDI, ELEGANTIBVS ALIQVOT FIGVRIS ILLVSTRATA, IOANNE MILLAEO BOIO

Syluigniaco, magni aquarū ſyluarúmq; omnium Francicarum quæſtoris in tribunali marmoreo Palatij apud Pariſios ſubpræfecto authore.

Cum priuilegio.

Ioann. Citton

Ponam in pondere Iudicium:
Et Iuſtitiã in menſura. Eſa. 28.

Sceptra tenens mollítque animos & temperat iras.
Virgil. Aeneid. 1.

Firmetur manus tua & exaltetur dextera tua: Iuſtitia & Iudicium præparatio ſedis tuæ. Pſal. 88.

BIBLIOTHEQUE MUNICIPALE

PARISIIS.
APVD SIMONEM COLINAEVM, ARNOLDVM ET CAROLVM
Les Angeliers ad primam & ſecundam columnas poſitas iuxta ſacellum Præſidum.
1 5 4 1.


VITA HOĪS
MILITIA

SAPIENTISSIMO ATQVE BENIGNISSIMO
FRANCISCO GALLIARVM REGI IOANNES
Millæus S. D.

NI mihi conſtaret de incredibili tuo in re literaria promouenda amore, & ipſe eſſem antea ſæpius iſtam benignitatem expertus, nunquam homini licere infimæ ſortis, ac humilis fortunæ, apud te regem Gallorum, id eſt, inclytum atq; chriſtianiſſimum, de literis verba facere, aut ſtudia mea deponere, putaſſem. Etenim nõ erã neſcius aures tuas alioqui purgatiſſimas melioribus ſonis aſſueuiſſe, & curam in grauioribus negotijs verſari. Nec quicquam aut regia maieſtate dignum, niſi quod excellat, præſtétq;: aut ſummæ, propéque diuinæ tuæ iſtius prudentiæ par, quod non eſt perfectum ingenio, elaboratum induſtria. Sed cum pro tuis in me collatis muneribus, ac præclaris delegatis functionibus aliquid, vel tenuiſſimum potius, quàm nihil reponere ſummopere affectarem, ne merito ingratitudinis aut obliuionis arguerer, ac compertiſſimum haberẽ hiſce exercitationibus te ſupra modum delectari, non ingratum exiſtimaui futurum, ſi quæ in fungendis muneribus, quibus ſum à te exornatus, vſu obſeruaſſem, ea ſcriptis mandarem: vt ſi aliquo modo poſſem, ſignificarem me non immemorem, & de omnibus, quantũ daretur, bene mererer, intelligeréſq; non omnino peſſime tua beneficia collocata. Nam quæ antea primum inter ciues in vrbe, & foro, cui me præfeceras, deinde in prouincijs, in quas à te ſum miſſus vt illic quærerem de nemorum violatoribus, tumultuoſe, ac prout ſe vnaquæq; offerret occaſio, exercuiſſem, domũ reuerſus ea enixus ſum velut in vnum corpus, certámq; formam redigere. Sed magis quæ ad caput, vitámq; hominis ſpectant, quorum vt cognitio pulchrior, ita ſcitu difficilior. Peculij enim, reíq; domeſticæ iactura, vtcunq;: famæ verò, aut vitæ nullo modo ſarciri poteſt, eò diligẽtior cura adhibenda, & magno verſanda labore. Præterea in ciuilibus controuerſijs litigantes per procuratorem cum conſilio recto agunt ordine: in criminis perſecutione patronus, aduocatus, conſultor, ipſo iure non conceduntur: adeò omnia aguntur extra ordinem, totáque ſalus pendet ab vno iudice, qui ſi errauerit periculum eſt cum de omnibus fortunis, tum de ipſa ſalute, poſteritatíſq; & inopia & infamia. Admonebat etiã præſens noſtra functio, quæ extraordinariæ eſt iuriſdictionis delinquentes caſtigans, & animaduertens in ſceleratos. Et hæc quidem caſtigatio delictorum, ac ſcelerum animaduerſio, ad principem ſolum, & eum, quẽ delegauerit, pertinet. Cauſſæ enim aliæ diſceptantur domeſtico amico, honorariámq; operam tantũ requirunt: hæ publicum gladium, & iudicis ſeueritatem. Neque alia fuit creandorum regum, non ſolum apud Medos, ſed etiã apud cæteras gentes ratio, quàm

vt vnus aliquis virtute præſtans conſtitueretur,ad quem,quũ premeretur inops multitudo ab ijs, qui maiores opes haberent, confugeret,qui iniuria prohiberet tenuiores, æquitate cõſtituta ſummos cum infimis pari iure retineret .Gladius ille eſt iuſtitiæ,non tam belli, ad debellandos barbaros,ac deuincendos hoſtes, q̃ pacis ad conſeruandos victos, atque ſubditos. Et parum valerent arma foris,niſi eſſet qui domi,& in vrbe ius diceret . Oportet etenim principem tanquam Homericum Aſteropæum dextra pariter,ac ſiniſtra manu iaculum intorquere. Vtroque tempore præſtare,in armis,& toga.Et hęc quidem duo illa ſunt ſceptra,quæ Regem exornant, maximum, admirabilem, formidabilem, omnibúſque venerandum efficiunt. Eò de capitalibus cauſſis, quæ vtendo ipſe comperiſſem , ſcribere non perinde ineptum duxi: quæ modo tibi offerre non ſuſtineo, vt quæ longe inferiora,ac minora , quàm te deceant:verùm rationes eorũ quæ in prouincijs mihi à te commiſſis geſſi,ſi non adamuſſim cõpoſitas , ſummóque artificio depictas,ſaltem diligenter atque bona fide conſcriptas apud te pono , neq; rogo vt eas attẽtius excutias,aut legas, ne me imperitiæ condẽnes: ſed ne reijcias,ſináſque apud te in magno rerum tuarum aceruo deliteſcere. Dabíſque veniam rex clementiſſime noſtræ inſcitiæ ſi hæ tam rudes , & impolitæ exeant:& audaciæ,quòd eas tuæ maieſtati nũcupemus:vbi memineris de adminiſtratione dandas eſſe rationes, & politiores dare non potuiſſe. Quod ſi facis, ſedulò in poſterum curabo , vt aliunde reſarciatur,quod eſt incomptius tractatum.valebis perpetuo fœlix & beatus.

LECTORI.

ETſi,beneuole Lector,neq; mentis meæ vires ad leges intelligendas, neq; ingenij acumen ad eas explicandas ſufficere ſatis perſpiciam: ab omnique tum agendi,tum dicendi genere mea me conſcientia deterreat: quoddam tamen de criminis perſequendi ratione opuſculum ſummopere nunquã non edere deſideraui: nõ quòd me lateret indignum eſſe, quod vel ad manus hominum veniret, vel à doctis legeretur: ſed vt hac ſaltem editione animũ ſignificarem in Rẽp. meũ. Nam cum optimi cuiuſque viri exemplo in commune eſſe conferendum mihi ſtatim initio perſuaſiſſem: id ſemper poſtea in votis præcipuum extitit, aliquid vt à me conferretur, quod ſi alios non iuuaret, iuuandi tamen voluntatem non defuiſſe declararet, qualecunque illud ſyncero, officioſóque animo collatum. Propterea cum bonam ætatis partem in iuris cognitione, cauſiſque forenſibus conſumpſiſſem, præclara operæprecia me facturum duxi, ſi quæ primum legẽdo, deinde vtendo cognouiſſem, ea mihi conſcriberentur: atq; imprimis quæ in delictis puniendis obſeruarem, quòd Reip. plurimum intereſſet ſceleratos puniri, ſcelera inter ſe diſtingui, de finibus omnia funditus exterminari: quò liceat ciuibus in ciuitate ſine iniuria liberè viuere, malis auferatur nocendi impunitas, bonis ſecurius viuendi libertas relinquatur: néve innocentes pro flagitioſis cædantur, óbque leuiſſimum commiſſum nullo diſcrimine rumpantur. Et quemadmodum Cæſar ille & fortis miles, & imperator induſtrius quæ ad ſolem in bello fortiter geſſiſſet, ad lucem in tentorio diligenter ſcribebat: ſic ego quæ interdiu egiſſem, noctu ſcribẽdo ſubnotabam. Vix prima operis poſita erant lineamẽta, dum ab hoc, quod inſtitueram, inuita puto mea Minerua, ſum reuocatus, ac reſcripto, iuſſúque Regio pro meo magiſtratu ſummi Francicarũ omnium ſyluarum quæſtoris vice in prouincias ad luſtranda nemora, atq; iuris authoritate munitẽ da legatus, vt illic ad tempus relictis ciuilibus muſis, Hamadryades, cæteráſque ſylueſtres deas colerem. Verùm his curis liber, ac mihi, meíſque ſtudijs redditus, nihil propius habui, quàm rebus vulgaribus, domeſticíſque prorſus neglectis, quod interceptum erat, ad finem perducere poſteritatíque, quantum in me ſitum eſſet, inſeruire: hac in re hos ſedulo imitatus, qui toto animi ſui affectu maluerunt rerum humanarum cumulum, quàm literas deſerere: ita quæ tumultuoſè prius, & propè in fori ſtrepitu effigiaram relego, addo, detraho, inuerto: ſed rurſus defunctorie ad lucernam tantum poſt deuoratas populi turbas à palatina iuriſdictione ac marmoreo tribunali reuerſus. Quod dictum volui, ne mireris, ſed æquum feras, ſi quid tumultuoſum atque ſtridulum te offendat. Curaui tamen diligentia quanta potui, vt tibi integra pertractandorum reorum, ſiue accuſatorum formula ſcriberetur, quæ pro iure ſcripto, & noſtro more delictorum omnium genera, probationes, pœnas, vniuerſam deniq; criminandi rationem, à principio ad finem contineret. Caue tamen quicquam, præter paucula, quæ & me iudice, & præſente, executioni ſunt mandata, meum eſſe, velut domi meæ natum exiſtimes: ſumpta ſunt omnia vel à legibus, non illis quidem obſoletis, & antiquatis, ſed vſitatis, ac celebratiſſimis, vel ab earum doctiſſimis interpretibus, quibus magis, quàm mihi fides tribuenda. Eo autem modo, quem vides, tantum digeſſi, ac cõpoſui. ſed quid dixi, compoſui? Imò nullo ordine effutiui, & implicui. Quid tamẽ voluerim principio, quantúmque poſtea elaborauerim, norunt

permulti,& ipſe non ſum neſcius:quid verò effecerim,iudicabit is quem pauculas horas legendo male locare non pigebit. At enim cum immoderato amore ante tempus partum abegiſſem, abortúmque feciſſem,apud me intra priuatos parietes retinere, donec ſatis adoleuiſſet, ac modo vrſæ effingere ſtatueram. Neque adhuc in publicum emittere auſus fuiſſem,ni aduerſum me nonnulli primæ erudi tionis homines,ſummæq; authoritatis ſuis importunis clamoribus impetraſſent,ſubinde vociferantes,quid ceſſas fœtus in lucẽ educere? ſinéſne in tenebris perpetuo deliteſcere? cur tanq; nothos, adulterinos,atque ſubrepticios recondis? vt ſine nomine,ſine laude,ſine fruge,ſine vſu,pereant? quouſq; tandem pullos velut implumes in ſinu fouebis? Iam pennati non humi ſerpere, aut arbores conſcendere,ſed etiam per aera volitare adpetunt. Quid,inquiunt,moroſos,ac delicatos pertimeſcis,quibus nihil probatum,quod non ſit comptum,fucatum, & ad vnguem exploratum? Num Criticorum cenſuram,& vulgi linguas? En pro te pugnabit vniuerſa doctorum ſchola,ſuos aſſerent, ſuos vendicabunt,& tuebuntur:nequid hac in parte ſis ſolicitus. Quæ adhortationes (vt quod eſt,ingenue fate ar)me plurimum affecerunt,iſta tamen tua,humaniſſime lector,plus me beneuolẽtia afficit,qua fretus magis,quàm mea, aut cuiuſuis alterius authoritate fiſus non libellos, ſed planè liberos tibi cõmittere non dubitem:neq; eos toruis aſpicies oculis, qui aperta fronte,ac læta ſe tibi offerunt: verũ eos magno adplauſu excipies,qui ad te pleno gradu contendunt, & auidiſſimè amplexaberis,à quibus vehementer te amatum iri ſenties. Quòd ſi paulò rudius illi loquantur,aures, quæſo,tuas non lædant, memineríſque vnde prodeant, & in qua ſchola edocti fuerint,Bartholi videlicet,Baldi, & ſimilium,quorum voces reddere plerumque neceſſe fuit. Præterea colloquũtur tantum cum formularijs,rudibus,& imperitis, in quorum gratiam editi,atque educati ſunt:ad doctos, & peritos nihil pertinent. Vt enim ab eloquentiſſimis inſtructi eſſent, tamen moderandus erat ſtilus ad eorum captũ,qui inſtituebantur: Velut ſi quis breuiorẽ ſe regere ac manu ducere velit,demittat ſe oportet, retineátque greſſum, ac ſe accommodet ad eum,qui ſequitur. Eò videre eſt elegantiſſimos ſcriptores verbis tritis,ac vulgaribus vſos,quò alijs facilius intelligerentur. Atque in hanc ſententiam. 3. de finibus bonorum,& malo. inclinat eloquentiæ parẽs Tullius. Cuius ea verba ſunt: Nemo, inquit, mediocriter doctus mirabitur,cogitans in omni arte, cuius vſus vulgaris communíſque non ſit, multã nouitatem nominum eſſe:cum cõſtruantur earum rerum vocabula, quæ in quaque arte verſentur. Inſuper neminem latet quamlibet artem peculiaribus conflari vocabulis. Nónne dialectici diuerſa habent à phyſicis vocabula? Quid de rethoricis dicam? quorum artes totæ ſunt forenſes, ac populares: num hi ſuos floſculos, lepores,fucos habent? verbis tamen in dicendo quaſi priuatis vtuntur,ac ſuis. Sapienter igitur præcipit grauiſſimus author Euripides,vt ſermo ſit ſimplex, non fucatus,nec plus ſatis phaleratas voces quærat. Eloquentia verò vt ſe hominum mentibus inſinuet,auditorúmque aures demulceat,ſuis floſculis ornata vt ſit,oportet. ſed illud ad hæc,quæ paramus,non deſideratur: Verùm ſi ſua inconcinnitate,aut aſperitate ſenſus feriãt,ea animi patientia toleres,qua quondam Archeſilaus rex,qui raucos aliquando & inamœnæ vocis,aut balbutientes audire homines exoptauit,quò attentius poſtea facundos audiendo,plus caperet oblectamenti. Cæterum cũ exponendi mei erga te animi occaſionem diu expectaſſem, nec alia occurriſſet,hanc vel minimam arripui,æqui tamen, boníque conſulas pro tua ſolita benignitate:quod ſi facis non tã dediſſe,quàm à te accepiſſe beneficium exiſtimabo,téque dignum,cui maiora conferantur. Dabitur olim deo faciẽte quod tantopere cupio literarum otium, renaſcetúrque illud tempus,in quo meũ planè in muſarum

delicijs exhilarem animum,ac cum illis fœliciter conſeneſcam. Tum demum in me videbitur, quod plerumq; agris fieri conſueuit,qui intermiſſo cultu maiore quadam fructuum vbertate redundant, quaſi referre gratiam quietis, & producere cum fœnore ſolent.interim bene valebis, optime lector,& meis,ſiue potius tuis,quantum potes fauebis.

ROBERTI BAVDRYPA riſiẽſis, in ærarij regij tribunali conſiliarij Pariſijs, ad Lectorem Carmen.

Intrepidus quocunque voles diſcurre viator,
Sylua, nec ignotum te remoretur iter.
Deſine prædari, me conſule, & aſpice latro,
Quanta tibi paruo hoc pœna parata libro.
Aſtræam rediſſe vides, pax obuia neſcit
Crimina, vis moneam? deſine velle pati.

FRANC. A SALERONE, I. Doc. Aleſtini, in ſupremo cõſeſſu Pariſiẽſi aduocati, ad Do. Io. Millæũ generalis quæſtoris & reformatoris omnium ſyluarũ regni Franciæ ſubpræfectum Hexaſtichon.

In ſontes lex arma parat, lex fata minatur
Triſtia, & vltores aſpera lex gladios.
Cæſarea informis lex manat, quæ ſine praxi
Vt ſine fronde arbos, & ſine crine caput:
Lege ſcelus Millæe fugas, praxíque coerces,
Quæ fuerat paucis cognita rite viris.

IACOBVS LE ROY PAriſienſis, Regis Franciſci hoc nomine primi Referendarius & commiſſarius,

Ad lectorem beneuolum.

Arrige (qui legis hæc) aures, animúmq; cerebrum
Inuenias in eo cũm nouiora nouis.
Quæ lapſis dudum ſeclis abſconſa fuere
Ecce patent vobis lucidiora die.
Nũc ſibi præcaueãt qui crimina quæq; ſequũtur,
Nam proprias pœnas iſte libellus habet.
Quæ ſtatuere patres in crimine continet omni,
Et genus & ſpeciem: quod prius atq; recens.
Tota libelle tibi multũ Reſpublica debet,
Cum doceas quid lex ſanguinolenta velit.
Principium finémque dabit quo crimina Iudex
Exequitur: pœnis afficiátq; reos.

IOANNI MILLAEO Syluigniaco aquarum & foreſtarũ regni Franciæ generalis reformatoris in tribunali tabulę marmoreę Palatij Pariſienſis locum tenẽti Dionyſij Godeffredi in ſuprema parlamẽti curia aduocati,

Epigramma.

Millæo quantum debet tibi Gallia: quiſque
Ex opere hoc (quod nunc prodijt) inſpiciat.
Ex quo ſi quis agat male, vel quod nõ ſit agẽdũ,
Ante oculos illi pœna ſtatuta patet.
Crimina iã ceſſent: nocturne homicida caueto:
Proceſſus tuus eſt factus in hoc opere.
Quẽ malefactorẽ non ergo exterreat? aut quis
A male commiſſis nunc ſibi non caueat?
Iam tutò incedas noctúq; diúq; viator:
Qui male conſueuit viuere, pœnituit.
Nam pœnam videt ante oculos quæ crimen inultum
Nõ patitur: Reprobus quiſquis es, ergo caue.
Sed cum nunc Millæe tuo tranquilla labore
Omnia ſint, debet Gallia multa tibi.

Eiuſdem Godeffredi ad Lectorem.

Vis in criminibus, ius, praxim, vſũmq; doceri?
Hoc tibi præcipuum perlege Lector opus.

Eiuſdem Godeffredi ad inuidum.

Inuide ſi inuideas ſcriptis, ſic ſcribito nullus
Vt poſſit ſcriptis inuidus eſſe tuis.

In nomine Domini

NI [A] NOSTRI IESV CHRIsti, ad cuius prouidentiã animũ meum ſemper refero, [B] praxim inſtituendæ, ac abſoluẽdę criminationis (proceſſum criminalem vocant) Francici regni cõſuetudine [C] vſurpatã traditurus, eam inſtrui præmitto trifariã, [D] inquiſitione (vulgo informatione) denunciatione, & accuſatione. vt ſequenti ſerie.

Inquiſitionis formula.

INQVISITIO [A] PER me Domitium Vlpianum præpoſitum, & cuſtodẽ præpoſituræ cõfecta eſt anno Domini M.v[c] xl. die mercurij,

A IN NOMINE Domini noſtri Ieſu Chriſti, ad omnia cõſilia, omnéſque actus, ſemper progrediendum, & incipiendum eſt. Quia per eius gratiam, etiã ciuilium adminiſtrationũ iudices & officia ſingulis prouincijs per imperatorem conſtituuntur: attribuentẽ quidem emolumẽtũ quod vnuſquiſque percipere debeat, vt l. In nomine Domini. C. de offic. præfect. præt. Affri. & autẽ. de armis in princ. col. vj. & autẽ. de quęſto. in princ. col. eadẽ.

B REFERO.) Iuxta Samonis illud: Deus patrum meorum, & domine miſericordiæ tuæ, qui feciſti omnia verbo tuo, & ſapientia tua conſtituiſti hominem, vt dominaretur creaturę, quæ à te facta eſt: vt diſponat orbem terrarum in æquitate, & iuſtitia: & in directione cordis iudiciũ iudicet: da mihi ſediũ tuarum aſſiſtricem ſapientiã: & noli me reprobare à pueris tuis, quoniã ſeruus tuꝰ ſum ego, & filius ancillæ tuæ, homo infirmus, & exigui temporis, & minor ad intellectũ iudicij, & legũ, vt ſapient. ix. cap.

C CONSVETVDINE Ea enim, quæ ſunt moris, & conſuetudinis, in bonę fidei iudicijs debent venire. l. Quòd ſi nolit. §. aſſidua. ff. de ædilic. edic.

D TRIFARIAM.) vt c. qualiter, & quãdo. 2. extra de accuſa. & in extrauag. ad reprimendum. Quomodo in læſæ maieſt. cri. proced.

A INQVISITIO.) Eſt inquiſitio ſimplex, per quã iudex ſuo officio ſine accuſatore, vel denunciatore per ſe requirit delinquentes, vt l. congruit. ff. de offic. præſid. & d. extrauag. ad reprimendum, & d. c. qualiter, & quãdo. 2. extra de accuſa. quod quidẽ p ſe facere debet iudex, & non per latronum inſecutores, pœna contrafacienti imminente, vt in autẽt. de colla. §. iubemus autem omnes. coll. ix. Nec eo caſu iudex cenſetur accuſator, ſed quaſi denunciante fama, vel deferente clamore, debitũ ſui officij exequi, vt d. c. qualiter, & quando, & d. extrauag. ad reprimendum, quoniã factum ſe oſtendit. argu. l. j. ff. de in integ. reſti. Ita q̃ euidẽtia patrati ſceleris non indiget clamore accuſatoris, vt c. euidentia. extra de accuſa. Itidem ea quæ in iudicijs publicantur, non requirunt accuſationem, aut etiam probationem, vt l. ij. §. ſi public. ff. ad l. Iul. de adul. & l. nullũ. C. de teſtib. vnde Gregoriꝰ crimĩa ſemel audita, indiſcuſſa nullo modo præteribat, etiã ſi accuſatus cum accuſatore in gratiam redijſſet, vt c. crimina. extra de colluſ. deteg. Ita q̃ in criminalibus accuſatore deſiſtente, vel defuncto, poteſt iudex ad vlteriora procedere, vt C. de abolit. l. ij. & ff. de public. iudic. l. pe. Sed dic q̃ cum inquiſitio ſuccedat in locum accuſatoris, & iudex vices accuſatoris ſuſtineat, merito erit eiuſdem naturæ, cuius eſt accuſator, vt Bart. in d. l. ij. §. ſi public. ff. de adult. Nã contra iudicem inquirentem poſſunt eędem exceptiones opponi, quæ opponi poſſunt contra accuſatorem. vt quia eſt inimicus, vt glo. in d. c. qualiter & quando. in verſic. ad inquirendum, cum iuribus ibi alleg. aliàs aũt propter eius officium ceſſat omnis turpis ſuſpicio, vt l. fi. C. ad leg. Iul. repet. & l. j. ff. de offic. præſid. & d. l. cõgruit, eodem. & Bart. in d. §. ſi publico, & ĩ. in verbo Querimonia, verſic. Si autem officialis, fo. &c. Ideo in omnibus criminibus, in quibꝰ ſine metu calũniæ admittitur accuſator, in illis poteſt iudex inquirere, Bart. in d. l. ij. §. ſi publico. nu. ij. & l. ſi quis in hoc. C. de epiſco. & cleric. & idẽ obſerua tur iure municipali. Bartho. in d. §. ſi publico, maxime vbi Reſpublica reputat offenſa, vt l. j. in fi. ff. de abigeis, & C. ad leg. fla. de plagia. l. plagij. 2. & l. præſes, eodem. vbi autem non reputatur offenſa Reſpub. inquiri non poteſt, etiam ad priuatorum commodum, vt not. Inoc. in c. ad noſtram, l. ij. extra de iureiur. Iure aũt nouo ſunt quattuor regulæ, quibus proceditur per inquiſitionem ſine accuſatore, vt glo. in d. extrauag. ad reprimendũ. Quomodo in læſæ maie. cri. proced. in verſi. inquiſitionem.

PRIMA regula proceditur ad inquiſitionem ſuper denunciatione officialium, vt l. diuus. ff. de cuſto. reo. & d. l. ea quidẽ. C. de accuſ. & l. j. de decurio. lib. xij. C.

SECVNDA regula eſt propter incidentem iuris cognitionem. Nam vbicunq; iudex cognoſcendo principaliter, repererit incidenter delictum eſſe cõmiſſum, poteſt de illo cognoſcere, vt C. ſi aduerſus liber. l. pen. & C. de cõdit. ob turp. cauſ. l. quòd euitandi, & C. de calum. l. pe. & d. l. ij. §. ſi publico, & in d. extra. ad reprimẽdum. in glo. verſi. inquiſitionem.

TERTIA regula eſt, propter præcedentem generalem inquiſitionem. Nã vbicunq; iudex inquirendo generaliter de malefactoribus, reperit aliquẽ deliquiſſe,

poteſt ad inquiſitionem ſpecialem deſcendere, vt di. l.congruit,ff.de offic.præſ.&.ff.ad l.Iul.pecul.l.iiij.& in autenᵗ.de col.§.iubemus,col.ix.

QVARTA regula eſt propter magnam offenſionē. vbicunq; enim crimen committitur coram iudice,iudex poteſt ſuper illo procedere per inquiſitionem, vt c.de calū.l.i.& c. de teſtib.l.nullum, & l.pe.c. de proba. Idē etiam in crimine ſuſpecti tutoris.l. tutor quoq;.§.præterea,ff. de ſuſpect. tuto. Idem in carta falſa,vt d.l.pe.c. de proba. Idem in teſtibus falſis, vt d.l.Nullum.c.de teſtib.Idē in calumniatore.vt c.de calum.l.j.Idem in falſo.vt c. de fal.l.vbi. Idem in notorio, vt d.l. ea quidem.c.de accuſa. His ergo caſibꝰ ceſſantibus nemo, etiā criminoſus, poteſt ſine accuſatore damnari, vel arceri, vel ſi fuerit accuſator,& deſiterit,vt d. l.reſcripto.§. ſi quis accuſatorē, ff. de muner. & hono. iuncta glo. Ibidem gloſ. refert illud euang.Mulier, nemo te accuſat:nec te condēnabo, & in c.de manifeſta.ij.q.j.vbi dicitur q; iudicis nō eſt ſine accuſatore quem damnare: quia Dominus Iudā cum fuiſſet fur, quia nō eſt accuſatus,minime eiecit.& hoc verum, quia crimen illud tātum erat notū Domino, & incognitum alijs. Cognito autē crimine iſto, pellendum Apoſtolus de cœtu fraternitatis cenſuit, omnes enim crimen eius ſciebāt: ſcilicet Corinthij. Ideo ea, quæ ſunt tantum nota iudici, nō alijs, ſine examinatione feriri nō poſſunt, id eſt, ſine accuſatore dānari: quia in vna eadémq; cauſa nullus ſimul poteſt eſſe accuſator, & iudex. Si autē ea ſint nota alijs, & iudici:poteſt iudex ad vlteriora,ſcilicet ad condemnationē procedere,vt d.c. de manifeſta. iuncto.§.fi.regulariter tamen de conſuetudine in quolibet crimine, fiſcꝰ efficitur accuſator: & hoc fit, vt dū accuſatoris perſona aſſumitur, iudiciaria poteſtas amittatur, vt d.c.de manifeſta.§.ſed ſciendum,verſic. quæ iudici tantum.

SED quæro,quid ſi aliquis fecit iniuriam alicui iudici,officiali,poteſtati,vel alicui de ſua familia, vt notorium crimen,in perſona,vel rebus,verbo, vel facto,nūquid iudex illius curiæ poterit delinquentes punire? videtur q; non.eſſet iam aliquis iudex in re ſua, vel ſuorum,vel in proprio facto,quod eſſe non debet, vt c.nequis in ſua cauſ.iud.l. vna. & ff.de iuriſd.omnium iudic.l.qui iuriſditioni præeſt,nec in re ſua quis poteſt eſſe arbiter,vt ff.de arbit. l.pen.Sol. ſecundum Guy. dic q; ſi publice,& notoriē eſt facta offenſa iudici, vel ſuis,vt quia facta fuit dum ius reddebat, vel ſedebat pro tribunali, poterit tunc delinquentem, & offendentem punire.Nam hanc iniuriam ſine accuſatione, & iuris ordine prætermiſſo poteſt punire iudex,vt lxiij.diſtinc.c. ſalonitane.& hāc iniuriam iudex retractare, vel remittere non poteſt,quia nō tā ſibi facta eſt, q̄ communi & toti populo ciuitatis:vniuerſis enim redditur,quod pro omniū voto primatibus indulgetur, vt c. de aduocat.diuerſo.iudic.l.reſtituend. &.ff.de condi. & demonſtra.l. municipibus. Nam in præmiſſo caſu nō ipſi iudici, vt priuato: ſed vt iudici facta eſt iniuria: & non ipſe in ſuo negocio ſed vt alius procedit, & cōdemnat, vt ar.ff. de adoptio.l.ſi pater.§.q duos, vbi dicitur, Id quidē quis non poteſt facere tanq̄ ipſe:poteſt tanq̄ aliꝰ.Et ad hoc eſt nonus canō Innoc.c.Romana, extra de pœnis.lib. vj. Nam cui iuriſditio conceſſa eſt, id conceſſum ſibi videtur, ſine quibus iuriſdictio explicari non poteſt,vt ff.de iuriſdi.omnium iudic. l.ij.& extra de offic.& poteſt.iudic. deleg.c.j.& c.præterea, & c. ſuſpicionis. Alijs,vt domino Ioan. videtur procedendum ſecundum formam l. ff. de offic. præſidum.l.ſenatus. Quidam alij ſic diſtinguunt, talis iudex eſt qui habet merum imperium: & tunc poſſit hoc facere. an vero ſit municipalis,vel delegatus, & tunc non poſſit,vt ff.de iudic.l.in omnibus.Sed prima ſolutio magis placet.hæc dixit Albert. de Gand.titu. de pœnis.§. quoniam in.26.nota.

viij. Iulij ſuper eo,quod ad iuſtitię notiā puenit, mihíq; innotuit legionarios numero duodecim Domini noſtri Regis,contra eius conſtitutionem,ac publicum edictū Pariſijs præconio proclamatum non redijſſe ad operas, & aſſuetas artes:ſed tāquam errones, & nequā ſuperiorem noctem in vijs publicis per noctantes quendam iuuenem omnibus exutum indumentis, multíſq; ferramenti ictibus percuſſum, mortuum in quadriuio ſanctorum Innocentium reliquiſſe. Cuius quidē inquiſitionis teſtes infra nominati, iurati, auditi, & examinati per me fuerunt:& eorum nomina, cognomina,qualitates,ætates, domicilia, dicta,& teſtimonia me dictāte ab actuario excepta: Anno,diebus,modo & tenore ſequentibus.

Interrogabuntur teſtes,ſicut inferius patebit in formula accuſationis.

Denunciationis formula.

QVAESTIO per me Petrū Iabolenum prepoſitum,iudicem &c. habita eſt die, & anno &c.ſuper eo,quod magiſter Nicolaus Vrbanus ciuis Pariſienſis,& Claudius Lupus apparitor (ſeruiens quibuſdam nominatur)

dictæ præpoſituræ in iure denuncia-runt [A] Leonardum Nigrũ cerdonem in vico ſancti Martini Pariſijs habitan-tem, fuiſſe, & modo quoque eſſe graſſa-torum, latronum, & furum receptato-rem, [B] ac occultatorem, in magnã Rei-pub. pernitiem, maximum ciuiũ pericu-lum, & incommodum non minimum. In qua quæſtione ſiue inquiſitione po-ſtea appellati teſtes iurati, rogati, & au-diti à me fuerunt: & eorum nomina, co gnomina &c. actis per ſcribam inſcri-pta, anno, die &c.

In accuſationis formula vniuerſam criminandi rationem à principio ad fi-nem complectar. Quod vt clarius mõ-ſtretur, Primum fingo querimoniam, in qua plures [C] à pluribus accuſantur de vi, in qua Ioannes Plutus negociator Pari ſinus, diſcretus vir magiſter Chryſoſto-

A DENVNCIAVERVNT.) Denunciatio expedi-tur officio iudicis, vt c. Romana. §. ſane, de ſenſibus. lib. vj. & hoc quando iudex procedit ad informandũ, & inquirendum ſuper denunciatione, quæ illi fit per nunciatores ad hoc curioſos, vel per iudicem deputa-tos vt maleficia denun-cient, vt l. diuus. ff. de cu-ſto. & exhib. reorum, & l. ab accuſatione. §. nuncia tores, ff. ad turpil. & di. ex trauag. ad reprimẽdum. Tales tamen denuncia-tores non admittuntur ſi-ne fiſco, aut fiſci aduoca-to: quia apertiſſimi iuris eſt: vt quod ex cuiuſcun-que patrimonio cecide-rit in caſum ex delicto, & legibus, & recto iuris or-dine, fiſci aduocatis age-ntibus vindicari debeat, pœna contrafacienti im-minente, vt leg. omnes, de delato. lib. x. c. Et ſci-endum eſt q̃ licet tales nunciatores ſinẽ inſcrip-tione deferant, vt d. leg. ab accuſatore. §. nuncia-tores, & ibi glo. Et procu rator fiſcalis ſuper denun ciatione ſolus litem pro-ſequatur, nec in aliquo te neatur: ni ſit in eo dolus, fraus, aut cõcuſſio, vt notatur in c. fina. extra de calum. & leg. vnica. c. de ſumpt. recuper. lib. x. c. & leg. ij. §. ſi publicanus. ff. vi bono. rapto. debet tamen nunciator probare id, quod denunciat, vt c. de accuſa. leg. ea quidem, & glo. in d. §. nunciatores: quòd ſi non probauerit, tanquam fal-ſus denunciator tenetur ad expenſas, damna, & inter-eſſe partis denunciatæ, vt l. non ignoret. c. de fructib. & lit. expenſ.

NAM qui denunciationem alienis nominibus preſum-pſerit, delatorum numero adijcitur, atque ideo calum-nioſum caput & perſonã iudicio irritæ delationis, in-famiæ ſupplicium ſequetur. l. in nominis. c. de calum. Calumniari autem denunciator præſumitur, vbi ceſ-ſat in probatione, aut non probat quod intendit: ſi-cut in accuſatore dicimus, vt cap. cum dilectus, in gl. in verbo calũniandi, extra de calum. & ſecũda, quæſt. iiij. cap. qui non probauerit: & c. de aduocat. diuerſ. iud. l. j. Sed dic q̃ excuſatio à calumnia probatur per iuramentum denunciatoris, aut accuſatoris, vt d. cap. fiñ. extra de calũ. & ar. cap. præſentium, extra de teſti-bus, & extra de exceptio. cap. paſtoralis.

HODIE autem purgationes à calumnia ſunt arbi-trariæ, ad arbitriũ iudicis, vt cap. inquiſitionis, in fi. ex-tra de accuſa. & glo. in d. cap. fi. eodem. Nec vtique qui non probat quod intendit, protinus calumniari vide-tur. Nam eius rei inquiſitio arbitrio cognoſcentis ideo committitur, vt reo abſoluto de denunciato-ris, aut accuſatoris cõſilio quærere ĩcipiat: quo mẽte ductus ad accuſationẽ p-ceſſit. Et ſi quidem iuſtũ errorem repererit, abſol-uet eum. Si verò in eui-denti calumnia eum de-prehenderit, legitimam pœnam ei irrogabit. Quo rum alterutrum, ipſius verbis pronunciationis manifeſtabit. Nam ſiqui-dem ita pronunciauerit, non probaſti: pepercit ei. Si autem pronunciauerit, calumniatus eſt: condem-nauit eum. Et quanuis ni-hil de pœna ſubiecerit: ta-men legis poteſtas aduer ſus eum exercebitur: fa-cti quidem quæſtio, eſt in arbitrio iudicantis: pœnæ verò perſecutio, non eius: volũtati mãdat, ſed legis auctoritatire ſeruat. l. j. & l. in priuatis. ff. ad Turpil. & Bartho. in leg. ſciant. c. de probat. & leg. gene-raliter, in princ. ff. de de-curio.

B RECEPTATOREM. Præſes prouinciæ ex debito officij habet fures, la-trones, plagiarios, conquirere: & prout quiſque de-liquerit, in eos animaduertere, receptatoreſq; cohe-rcere: ſine quibus diutius latro latere non poteſt; vt d. l. congruit. ff. de offic. præſid. Quod ſi non fecerit, & reperta crimina non vindicauerit: tegere, vt conſcius, crimino ſa cenſebitur. l. ij. c. de commerc. & mercat. & debet puniri eadem pœna, qua malefactor, ſi malefactorem dimiſerit impunitum, vt l. fi. in. fi. c. ne ſanct. baptiſ. reiteret. Qui ergo malos percutit, & ha-bet vaſa interfectionis, vt occidat peſſimos & occidit, miniſter dei eſt, vt cap. qui malos. xxiij. q. v. quia cum homo iuſtè occiditur, lex eum occidit, non iudex, vt cap. homicidium. xxiij. q. v. & glo. in l. cum probatio. ff. de probat.

C PLVRES à pluribus accuſabũtur.) Quãdo enim plures pluribus iniuriam fecerunt: vt ecce hic nouem fecerunt inſultum contra quatuor, vt ĩ. patebit, punien tur inſultantes de tot inſultibus, quot ſunt inſultan-

tes: quia certum eſt, quòd quilibet inſultantium fecit inſultum contra quemlibet eorum, qui ſunt inſultati, vt l. ſi plures.ff.de iniur. coniuncta l.ſi quis in graui, §.ſi cum omnes domini.ff.ad ſenatuſc. ſylla.Quæritur ergo quando delictum committitur in plures, vtrum quilibet proſequendo ſuam, vel ſuorum iniuriã poſſit agere, vel accuſare, vt pœna inferatur in ſolidum, ex perſona vniuſcuiuſque, in hoc eſt diſtinguẽdũ. Aut delictum committitur principaliter in iniuriam eorum, in quos committitur: & tũc quilibet habet actionem per ſe in ſolidum, vt leg. j.in fin. ff. de iniur. & leg. eum qui nocentem.§.ſi nupta,eodem titu.vbi dicitur,ſi nupta filiafami.iniuriam acceperit:& vir,& pater iniuriarũ agãt.Pomponius rectè putat tanti patri condẽnandum eſſe reũ,quãti condemnaretur, ſi ea eſſet vidua. Viro tanti condemnaretur, ſi ea in nullius eſſet poteſtate, quòd ſua cuiuſque iniuria propriam æſtimationem haberet.Et ſic ex vna iniuria interdum tribus perſonis oritur actio iniuriarum: neque vnius actio per aliam conſumitur: vt puta vxori meæ filiæfamilias iniuria facta eſt,& mihi & patri eius,& ipſi vxori, & etiam auo,nurui,ſi habeat, iniuriarum actio incipiet competere, vt d. leg. prima.§. finali.ff. de iniurijs. Aut delictum committitur circa res principaliter, & tunc omnes, quorum intereſt, loco vnius habentur, vt leg. ~~prætor.ff.~~ ſi ~~ad~~ plures.ff. arbor furtim cæſa. vbi cauetur, Si plures eandem arborem furtim ceciderint, cum ſingulis in ſolidum agetur: acſi eadem arbor plurium fuerit, vniuerſis duntaxat vna, & ſemel pœna præſtabitur, & leg. item apud Labeonem.§. fin. cum leg. ſequenti.ff. de iniur. &.ff.de leg.ſecunda.l.ſi ſeruus plurium. Ecõtra autem quando plures inferunt iniuriam alicui perſonæ, vel conuicium fecerunt, aut aliquem ſimul ceciderunt, ſingulorum proprium eſt maleficium:& tanto maior eſt iniuria,quãtò à pluribus admiſſa eſt: imò etiam tot ſunt iniuriæ, quot & perſonæ iniuriam facientes,& ideo omnes tenentur, vt d.leg. ſi plures. ff. de iniur.

musCraſſus aduocatus,Iulianus xenius hoſpes, Dionyſius Dauus Craſſi famulus,ciues omnes Lutetiani,grauiter læſi ſunt,& cæſi ab Andrea Iro cerdone,Bernardo Thraſone,Claudio Caligula prĩcipis noſtri militibus, nobili Deſiderio

QVANDO AVTEM plures percuſſerunt vnum & ille mortuus eſt, quando apparet cuius ictu deceſſerit, iſto caſu ſi quidem inferens vulnus mortale primo percuſſit, alij inferentes alia vulnera percuſſerunt ſecundo,tunc quilibet tenetur de occiſo. Nam iſta vulnera ſecundo illata licet in homine ſano non eſſent mortalia: tamen in homine iam debilitato per primũ vulnus, ſecundum vulnus mortale eſt, vt l. qua actione,§. ſed & ſi quis ſeruum ægrotum.ff. ad leg.Aquil. ad idem facit l. ita vulneratus,in princ.eodem titu.

SI VERO percuſſerunt prius illi,qui intulerunt vulnera non mortalia, tunc tenetur de occiſo tantum ille, qui intulit vulnus mortale. nam ex illius ictu perijt, vt leg.Item Mella.§. ſed ſi ſeruum plures.ff.ad l. Aquil. Tamen ille, qui primo percuſſit, poterit puniri tanquam præſtans auxilium homicidæ, aſſiſtendo illi ad maleficium cõmittendũ, vt leg. quarta. ff.ad leg.Iul.de vi priuat. Et ſufficit etiam ſi ſolus vnus eſſet ad hoc condẽnatus,vt leg.ſecũda.§. dolo autem malo,verſic.ſed ſi vnus.ff.vi bono.rapto.

QVANDOQVE non poteſt apparere cui⁹ ictu quis deceſſerit:& hoc poteſt contingere duobus modis. Primo quia nullum vulnus erat per ſe mortale, ſed vulnera vtriuſque ſimul iuncta erant mortalia.iſto caſu omnes puniuntur de homicidio: quia omnes occiderunt,vt d.leg.Item Mella.§.ſi plures trabem.ff.ad leg.Aquil.& leg.ita vulneratus, in fina. eodem & ar.ff.arb.furt.cęſa.leg.ſi plures,& Inno.in cap. ſignificaſti.extra de homicid.

QVANDOQVE etiam non poteſt apparere cuius ictu perierit: quia ignoratur,quis eorũ illã percuſſionem fecerit. Conſtat enim quòd omnes percuſſerunt, ſed non conſtat quis eorum illam percuſſionem fecerit: quæ eſt mortalis:nec conſtat de prioritate, vel poſterioritate,& illo caſu omnes punientur.Nam omnes præſumuntur ſimul vulneraſſe: ſicut alibi vbi de ordine non apparet,præſumuntur ſimul deceſſiſſe, vt leg. ſi inter virum, & leg. ſed in illo.ff. de rebus dub. & ideo omnes tenentur, vt d.l. Item Mella.§. ſi plures trabem, &.§. ſed ſi ſeruum plures.ij.Reſpon.& d. leg. ita vulneratus, in fin. ff. ad leg. Aquiliam. Et ſic plures committentes vnum delictum, reputantur pro vno, vt leg. cum ſi exhibuiſſent. ff. de public. & vect.& leg.prima,& per totum.ff.ſi.familiar. furt. feciſſ. dicatur. In lege verò Cornelia de ſicarijs habetur plus reſpectus ad animum, quàm ad actum.Sed lex Aquilia magis reſpicit actum, quàm animum,vt videamus ex quo ictu ſecuta eſt mors: non vt videamus animum principaliter, vt d. leg. Item Mella.§. ſed ſi ſeruum plures.ad leg. Aquil. ff. Et ſic vbi quis in rixa eſt occiſus,vniuſcuiuſque ictus contemplari oportet: vt ille qui occidit, teneatur lege cornelia de ſicarijs, alij non, ſed lege Aquilia, vt leg. ſi in rixa.ff. ad leg. corneliam de ſica. & d.§. ſed ſi ſeruum plures. Si autem omnes iuiſſent ex propoſito occidendi, omnes tenentur de occiſo: licet vnus tantum percuſſerit.Ita tenet glo.in d.leg.ſi in rixa,& Exodi vigeſimo primo capit. Sic non eſt contemplandus ictus, ſed animus, vt lege prima.§. diuus, & lege diuus .ff. ad legem corneliam de ſica. Aliàs ſi non propoſito occidendi iuiſſent, nec apparet cuius ictu perierit occi-



ſus, ratione dubitationis nullus tenetur lege cornelia de ſica. quæ requirit dolum ſiue animum, vt d.leg. j.§.diuus,& d.leg.diuus,eodem. Quia ſanctius eſt impunitum relinqui facinus nocentis, quàm innocentem damnare,vt l.abſentem.ff. de pœnis. Et ſic debent omnes abſolui, quo ad pœnam leg. cor.de ſica. Sed quo ad pœnã legis aquilię,in qua venit leuiſſima culpa:vt l.in leg.ff. ad leg.aquiliã,omnes tenẽtur,vt d.leg.Itẽ Mela.§.ſed ſi ſeruũ plures, & hoc tenet Cy.in l.quoniam multa facinora. c. ad leg.Iul. de vi.in vlti. quæſt.

Anippo,Egidio Gnatone, Ferdinando paraſito Deſiderij famulis,nobili Girardo Milone,Henrico Nebulone, Iaccho Ebrione Milonis ſeruis, nõnullíſq; alijs ſocijs, & coniuratoribus viginti numero aut circiter.

QVANDOQVE plura delicta ſunt ab vno commiſſa vno actu: vt puta ab eo, qui occidit filium: ille tenetur lege cornelia de ſicarijs, & leg.pompeia de parricidijs, ſed licet vtraque lege teneatur, tamen non poteſt vtraque lege puniri, vt.l. ſenatus, & ibi Barth. ff.de accuſa.Sed in hoc eſt aduertendũ:q; qñq; ex vno facto reſultãt duo crimina, ſeu duo tituli criminis,quę ſe habẽt,vt genus & ſpecies,vt homicidiũ,quod eſt genus:& parricidiũ, quod eſt ſpecies homicidij. Iſto caſu non poteſt puniri niſi vna lege tantum.vt d.l. ſenatus, & l. prætor edixit .§.j.ff. de iniur. Si verò reſultant duo crimina,quæ ſe habent vt ſpecies ſeparatæ, & diſtinctæ,tunc ex vtraque parte punitur reus delinquendi, vt l. ſi adulterium cum inceſtu.ff. ad leg.Iul. de adult.Aliud eſt exemplum in delictis nominatis: Aliquis interfecit hominem in eccleſia,& ſic vno actu homicidium committitur, quia occidit hominem: & ſacrilegium, quia turbauit diuina officia, vt l.ſi quis in hoc genus ſacrilegij. c. de epiſcop.& cleri. tunc reſultant duo crimina diſtincta, & ſeparata,& ex vtroque punietur. Aliud exemplum in delictis non nominatis,vt ſi extrahendo tibi cultellum de manu vulneraui te & derobaui te,tunc ex vno actu reſultant duo crimina diſtincta,& ſeparata,& ex vtroque venio puniendus: nec habet locum d.l.ſenatus ſecundum Bart. ibidem vbi dicit text. Senatus cẽſuit,ne quis ob idem crimen pluribus legibus reus fieret.

QVANDOQVE plura delicta ſunt commiſſa ab vno pluribus actib9.Sciẽdum eſt quòd nunquam plura delicta concurrentia faciunt, vt vllius impunitas detur. Neq; enim delictum ob aliud delictum minuit pœnam, vt ſiquis ſubreptum ſeruum flagello cecideſit, duabus actionibus tenetur: furti, & iniuriarum: & ſi forte hunc eundem occiderit, tribus actionibus tenebitur, vt leg. nunquam. ff. de priuat. delictis, & ideo dicit Bart. q; quando ex pluribus delictis. ſequuntur plures effectus, plures pœnæ veniunt imponendæ, vt l.iij.ff.de termi.mot.vnde ſi plures iniurias mihi feceris: puta turba, & cœtu facto domũ meam introieris,& hoc facto efficiatur, vt ſimul & conuiciũ patiar, & verberer: tunc agendo,teneor has omnes iniurias, quas paſſus ſum, ſimul in vno libello coniungere, vt l.prætor.§.ſi mihi plures.ff.de iniur. Et tamen ex qualibet per ſe imponitur pœna,& ſequitur condemnatio ac ſi proponeretur in diuerſis libellis,vt leg.non eſt nouum.ff.de actio.empt.& l.ſi adulterium cũ inceſt.ff. ad leg. Iul. de adulteris. Ratio eſt, quia hæ iniuriæ ad diuerſos effectus tendunt. Si verò quis coadunauerit gẽtem, & miſerit illam ad aliquem locum: certe cum iſti actus tendant ad eundem effectum non punietur niſi vno effectu,vt l.iij. ff.ad l.Iul. de vi. Si autem per vnam, aut plures leges pro eodem crimine imponuntur plures pœnæ ſpeciales copulatiue: tunc iudex omnes pœnas imponere debet,vt l.qui ſepulchri.c.de ſepul.viol.& d.l. nunquam.ff.de priuat. delict.Si autem pro eodem crimine plures imponuntur pœnæ alternatiue vna, aut diuerſis legibus,tunc iudex inter pœnas eligit pro arbitrio,vt l.iij.c.de ſeruis fugit. & lxxxiij.diſt.in glo.in verſic. ſumme. idem ſi imponatur incerta pœna de certis, etiam eligit iudex, vt l.j.§.expilatores.ff.de effract.& expil. Aut abſolutè,tunc aut per eandem legẽ,tũc oratio abſoluta habet vim copulatiuæ, vt ff.de verbo. ſignific.l.ſæpe. Aut per aliam legem, tunc ſecus,quia vna tantum debet imponi: vt l.ſenatus conſuit.ff.de accuſa. & quod not.de pœnit.diſtin.j.c.pœnæ.in glo.vbi nota. quòd in verbis legis,& in verbis iudicis,ſemper minor pœna videtur impoſita, & hoc in pœnis miniſterio iudicis infligendis: & quando ambæ pœnæ ſunt ſpeciales.Sed ſi vna ſit ſpecialis, alia generalis,tunc aut veniunt ex eadem lege,& ſpecialis debet imponi: vt ff.de pœnis.leg.ſanctio legum.Aut ex diuerſis legibus,tunc aut vna pœna eſt ordinaria, alia arbitraria extraordinaria,tũc illa pœna debet imponi, quæ per legem poſteriorem imponitur. vt not.c. de accuſa.l.j. Aut vtraque pœna eſt ordinaria, tunc aut vna pœna applicatur parti,alia fiſco. vt pœna annullationis contractus, quæ applicatur parti, & pœna condemnationis fiſcalis, & vtraque imponitur, vt not.in l.ij.c.de ſacroſanc.eccleſia.Sicut incendiarius condemnatur fiſco,ita & parti, quia emendat damna edita.l. qui ædes.ff.de incend. rui.& naufra.Aut neutra pœna reſpicit partem,ſed rempublic.tunc vna reſpicit ſolutionem, & alia non,vt pœna infamiæ, tunc vtraque imponitur,vt ff.de pœnis.leg.qui vltimo, vna per legem, altera per iudicem: quia lex, & iudex in puniendo concurrunt. Aut per alteram pœnam purgatur delictum, & ſatisfit legi, & iuri, quæcunque pœna imponatur: tunc ſiue vna pœna includatur in altera: vt in homicidio, & parricidio: ſiue non, vnicum delictum, & vnus titulus maleficij punitur vna pœna tantum, vt ff.de accuſat. leg. ſenatus: & quidem not.in l.nullum.c.de teſti. & extra de iudi. cap. at ſi

cleri. Nam per impoſitionem vnius pœnæ alia pœna conſumitur, vt puta: ſi eſſent duo crimina ſimul commiſſa, & ex quolibet eorum debeat imponi pœna mortis, cũ quis non poſſet occidi, niſi ſemel. Ideo ſemel tantum punitur, vt Bart. in l. vulgaris. ff. de furtis. vbi dicit quòd ſi quis pluries ad vxorẽ alterius acceſſerit, vna tã tũ pœna imponet, licet ex quolibet coitu naſcat accuſatio. vt glo. in l. mariti. §. ſex menſiũ, in ver. commiſſi, in fi. ff. ad leg. Iul. de adult. & l. ſi diuturno. ff. de pœnis. Sed quia in his imponitur pœna capitis pro adulterio, non eſt iterabilis, vt l. quamuis, in fi. c. ad. l. Iul. de adult. Ideo vna tantum pœna imponitur. vt gloſ. in. d. l. vulgaris, in verſ. fur erit. vnde ſi vnus ſeruus plura delicta commiſerit, vna datione illius ſerui indiuidui, quia ſeruus diuidi non poteſt, dominus liberatur, vt l. ſi quis à multis. ff. de noxal. actio. & d. l. nunquam, ver. ſed ſi ſeruus. ff. de priuat. delict. Et licet pœna mortis non ſit reiterabilis, & quis non poſſit niſi ſemel mori: poteſt tamen pœna mortis exaggerari. ſicut cum quis eſt aggreſſor itinerum, & obſidet publicas ſtratas, & plura homicidia commiſit, expilatórque domorum nocturnus, tunc pœna mortis venit exaggerãda. quia debent ei crura, tibiæ, & brachia, in duas partes, & dorſum rũpi, & frangi, & in rota in altum erecta affigi: donec lãguendo vitam exhalauerit, ſecundum ordinationem domini noſtri regis publicatam in parlamento, Pariſijs vndecima die Ianuarij, Anno dñi milleſimo quĩgenteſimo, xxxiiij. ſecundũ quam ego feci exequi ad dictam pœnam rotæ duos inſidiatores, & itinerum graſſatores, nominatos ſcilicet Iohannem de congis, aliàs, de ſainct oyen, & alterũ Iohannẽ de Nouyon, aliàs Neron, die mercurij. xiij. martij. anno domini M. v^{c}. xxxvj. in foro pub. Firmitatis milonis apud Valeſium, ſequendo areſtum dominorum iudicum, per dominum noſtrum regem ad iudicandum proceſſus per me inſtructos in reformatione lucorum, ſyluarum, & nemorum Valeſij pro vltimo gradu, & iudicio delegatorum me relatore proceſſus prędictorum reorum exiſtente die quinta februarij anno M. v^{c}. xxxvj. SED QVAERITVR, quomodo iudex poteſt augere, vel minuere pœnam, cum hoc ſit in legis poteſtate, vt ff. ad turpil. l. i. §. i. in fi. vbi dicitur pœnæ perſecutio. i. executio, nõ voluntate iudicis mandat, ſed legis autoritati reſeruatur, & ff. ad municipal. l. ordine. ij. rñ. & in. c. ſi quẽ pœnituerit. ij. q. iij. cũ nec etiam poſſit iudex imponere noua genera pœnarum, cum iudex non debeat recedere à pœnis à iure & conſuetudine inductis, per l. moris. §. ſedenim ſciendum, & l. capitalium. §. maiores. ff. de pœnis, & Bal. in l. incredibile. c. de pœnis. Ita quòd quando pœna habet certos fines ex qualitate probationum, nunquam poteſt ex qualitate exaggerari, ſcilicet aggrauari pœna, vt leg. generaliter, in princ. vbi eſt tex. notab. ff. de decurio. Adhoc reſpõdere poſſemus, quòd iudex non poteſt ſine cauſæ cognitione augere, vel minuere pœnam, ſed cum cauſæ cognitione poteſt augere, vel minuere pœnam, ante ſententiam: vel in ſententia, vt l. hodie. ff. de pœnis, quia nonnunquam euenit, vt aliquorum malefi-cia exacerbentur, quoties nimium graſſantibus perſonis exẽplo opus ſit, vt ff. de pœnis. l. aut facta. §. vlt. Poſt ſententiam verò non poteſt: quia ſua dicta præſidi reuocare non licet. vt c. de pœnis. l. pœnam. & ff. de re iudic. l. cum quærebatur, & gloſ. in d. c. ſi quem pœnituerit. ij. q. iij. Mitiorẽ etiã ſententiã iudex certis rationibus motus dicere poteſt. l. Etſi ſeuerior. c. ex quibus cauſis infa. irrog. Et poteſt iudex inter pœnas mortis arbitrari, an igni ſubijciat, vel furcæ, vel decoletur. quia gratiam facere poteſt pœnæ, nõ vitæ. Sed leuioris pro ut dictauerit ſibi æquitas arbitrij, ſecundum dignitatem, ſecundum ætatem, ſecundum merita prioris vitæ, vt l. quid ergo. §. pœna grauior. ff. de his, qui not. infa. & d. l. & ſi ſeuerior. Exemplum enim eſt, vt cum quis inſtrumenta penes ſe depoſita, aduerſario tuo prodiderit, & inſpicienda exhibuit, & ideo deportari, & infamari in perpetuum debet, vt ff. de pœnis. l. ſiquis aliquid, §. inſtrumenta, & ff. ad l. cor. de fal. l. j. §. Is quis. Propter ætatem tamen magnam, vel paruam, iudex poteſt mitigare pœnam. vt ff. de minor. l. auxilium. §. ĩ delictis, & ff. de termino mot. l. ij. Aut quando delinquens ſine dolo deliquit, vt ff. de pœnis. l. reſpiciendum. §. delinquunt, & l. abſentem. §. fiñ. Aut quando non dolo, ſed laſciuia homicidium quis fecit, vt ff. ad leg. cor. de ſicar. l. in lege, & ff. ad leg. cor. de fal. l. falſi. j. §. ordine. Aut quando delinquens dicit ſe eſſe commilitonem Reipub. vt ff. de re milita. l. non omnes. §. fiñ. & glo. in d. leg. & ſi ſeuerior. Ex cauſa ergo, & perſona, & ætate, & ratione ſcandali, poteſt iudex arctare, vel ampliare pœnam. Ex cauſa, vt l. diſtinctio. c. vt conſtitueretur. vbi dicitur, detrahendum eſt aliquid ſeueritati, vt maioribus ſanandis malis, charitas ſincera ſubueniat. Ex perſona, vt xxiiij. quæſt. j. c. qui contra. & ff. de pœ. leg. capitalium. §. vltim. vbi dicitur maiores puniri minori ſupplicio, & ſeueri⁹ ſeruos, quàm liberos: famoſos, quàm integri ſtatus. Aetate. vt lxxxvj. diſtinctio. c. tanta nequitia, vbi dicitur: quantò morti vicinior effeceris, tantò ſolicitior, atq; timidior eſſe debes. Et quidem pœnæ ſententia inde fuerat iaculanda, ſed quia ſimplicitatem tuam, cum ſenectute cognouimus, interim tacemus. eos verò, quorum conſilio hoc egiſti, in duobus menſibus excommunicatos eſſe decreuimus: neque ſimplicitati tuæ, neque vlterius ſenectuti parcamus. Ratione etiam ſcandali, & tumultus aliqua poſtponuntur, & fiunt, quæ aliter non fierent, vt in c. de his verò, 50. diſtin. & cap. placuit. diſtin. j. & leg. qui cædem, & l. eiuſdẽ. §. penul. ff. ad l. cor. de ſicar. & ij. q. j. c. in primis. Et illud non tantum eſt verum in extraordinarijs criminibus, vt poſſit augeri vel minui pœna in ſententia, ſed etiam dici poteſt in publicis iudicijs, & ordinarijs, vt ff. de pœnis. l. reſpiciendum, in princip. & l. aut facta. §. fiñ. & ff. ad leg. cor. de falſ. leg. antepe. & plenius ſuper his dicere poſſumus in d. l. quid ergo. §. pœna grauior. ff. de his qui not. infa. in glo. ſed quomodo poteſt iudex. Sed quomõ in extraordinarijs criminibus poteſt augeri, vel minui pœna, cum nulla ſit per legem ſtatuta certa pœna? Reſpondere debemus, referre nos ad id quod fieri ſolet de tali crimine ex conſuetudine: quod cum exceſſeris, dicaris augere, vel minuere, vt argu.

ff.de damno infe.l. ſi finita.§.j.

D QVAERITVR.) Debemus enim prius inquirere de maleficio, q̃ iudicare, vt.ca. Deus omnipotens, ij q. j. Imò antequã iudex procedat ad aliquã inueſtigationem, & inquiſitionem, debet ei conſtare de maleficio.l. ſi is qui.§.ſi tu titiũ, ff. de furt. &.l.i.§.Itẽ illud. ff.ad Sylla.

E CONSANGVINEIS) Quilibet enim poteſt ſuã, vel ſuorum iniuriam perſequi,& exequi.l. non prohibentur milites,&.l. de crimine,&.l. cũ rationibus.c. qui accuſ.nõ poſſ. vel ſi res ad quẽcunq; pertineat.l.ſenatuſc.c.eodem.

F PROCVRATORE fiſcali iũcto.) Apertiſſimi iuris eſt, vt qđ ex cuiuſcunq; patrimonio ceciderit in caſum ex delicto, & legibus & recto iuris ordine, fiſci aduocatis agentibus, vindicari debeat, pœna contra facienti imminẽte: vt.l.omnes, de delato.lib.x.c.

Deinde ſuper vulneribus, & morte extra ordinẽ quæritur. [D] poſtulantibus relictis viduis, hæredibus, & conſanguineis [E] defunctorum, vnà cum procuratore fiſci iuncto, [F] ac inſtante.

Tertio, confecto de cõmiſſi iudicijs elogio edicit iudex Andreã Irum, vt per ſe reſpondeat, [G] accerſendum: cõtra quẽ initio agitur extraordinariè, [H] & tandẽ ordinarie. [I] Nam is priſtinæ redditus li

G PER ſe reſpondeat.) Quando ex elogio, ſeu inquiſitione conſtat iudici, modicé oneratum reum ſuper crimine impoſito, ex quo non poſſet ſubſequi pœna mortis, vel debilitationis membrorum, poteſt iudex reum citari facere coram ſe perſonaliter compariturum, quotiens neceſſarium, oportunum aut vtile ei videbitur.l. fi.c.de procur. Cum ex multis poſſit ſuum animum informare partis principalis miniſterio, quod non poſſet procuratoris medio: & in his nõ poteſt certa regula dari, cũ ex arbitrio depẽdeat iudicantis, vt not.in.c.paſtoralis, extra de iudic.& in.c.fi. & ibi glo. & docto.extra de procurat.& in.l.i.in princ.ff.eodem,&.c. de his, qui veniam ætat. impet.l.iij.ff. ex quibus cauſ.in poſſeſſ.eat. l.ait prætor.

H EXTRAORDINARIE.) Quando enim ſcelus eſt graue, de quo conſtat per informationes, & ex quo venit imponenda pœna corporalis, vel ſupra relegationẽ: contra reum extraordinarie procedendum eſt.l. ſolet, in verbo, ſed hoc genus mandati extraordinarium eſt, ff.de offi.proconſ.& legat.Ideo exhibẽdus eſt reus, nec à carcere relaxãdus, nec fideiuſſoribus committendus. Verum hanc carceris pœnam ante ſupplicium ſuſtinere debet, vt.l.diuus.l.j.ff.de cuſto.& exhibit.reo. Et illo caſu non poteſt reus audiri, & comparere per procuratorem.l.accuſatore.§.ad crimen.ff. de public.iudic. Sciendum eſt igitur de omni iniuria eum, qui paſſus eſt, poſſe criminaliter agere, vel ciuiliter. Et ſi quidem ciuiliter agitur, ordinariè agitur: pœna pecuniaria æſtimatione iudicis actori danda imponitur. Sin autem criminaliter agitur, vt quando fit captio corporis ſuper informationibus, interrogatio, cum repetitione, & confrontatione teſtium, contra reum, tunc officio iudicis extraordinaria, ſcilicet capitis, vel ſtatus, ſi iudici ſedeat: vel pecuniaria inferenda fiſco, non actori, pœna reo irrogatur, vt.l.fi. c.de iniur.&.§. In ſumma, Inſti.eodem.

I ET TANDEM ordinarie.) Vbi enim crimen non eſt probatum plenè, vel ſemiplenè, vt in diſcurſu præſentis proceſſus conſtabit, ita q; prima facie perſona videtur innocens, debet dimitti,& relaxari à carceribus, ſub fideiuſſoribus, ſi dare poſſit, vt.c. ad.l. cornel. de ſicar.l.j. Et.c.de adult.l.ſi qui, vel quia in alijs erat innocens, vt.ff. de re milita. l. non omnes.§. à barbaris, & in auteñ. vt ordo præfectur. col.v. debet autem reus dare idoneos fideiuſſores de veniendo ad iudicium, vtff. In ius voc. vt eant, vel ſoluãt leg.j.&.ij. Et dicuntur idonei fideiuſſores de iudicio ſiſti, facultatibus,& facilitate cõueniẽdi, vt .l. fideiuſſor for.ff.Qui ſatiſda.cog.nec ſunt idonei fideiuſſores, qui habent declinatoriam, ſiue præſcriptionem fori, vt.l. ſi fideiuſſor.ff. eodẽ ti. neq; videtur quis dediſſe fideiuſſorem, qui dedit eũ, qui priuilegio fori tutus eſt, niſi eidem priuilegio renunciauerit vt.l.j.ff. ſi quis in ius vocat. Quo autẽ ad fideiuſſorẽ, debet idem fideiuſſor idoneus exhibere reum in eadẽ cauſa, in qua tunc eſt, donec iudicium accipiatur: & vt ad experiendum nõ faciat ius actoris deterius, vt.l.j.§. ſi deſinat.ff.ſi ex noxa. cauſ. agat. vbi dicit tex. ſi deſinat ſeruus eſſe promiſſoris, vel actio amiſſa ſit, non videri in eadem cauſa ſtatum: vel ſi is, qui pari loco erat, in litigando cœperit eſſe in deteriore: vel loco, vel perſona mutata. Petit ergo fideiuſſor de iudicio ſiſti, quia vbi requiritur proferri diffinitiuè, vel abſolutiuè, exhibitio rei eſt neceſſaria, priuſq; pronuncietur, glo. in.l. conſentaneũ, in verbo, cogendum.c. quomodo & quãdo iudex. Et ſiue actio ſit pœnalis, ſiue non, fideiuſſor de iudicio ſiſti, in defectum exhibendi reum, tenetur ad verum intereſſe: ſcilicet ad id quod principaliter petitur, vt d.l.fideiuſſor.§.fi.&.l.ſequenti. ff. qui ſatiſd.cog.non tamen venit puniendus ſimilitudine ſuppli cij, quo debeat puniri ille, qui debebat exhiberi: quia qui ſe obligat ex ſuo contractu, non poteſt ſe obligare ad pœnam mortis, vt.l.liber homo.ff.ad leg.aquil. & glo. in.c. cum homo. xxiij.q.v. Sed quando reum criminis pro quo ſatiſdedit non exhibet, pœna pecuniaria plecti tur: & ſi dolo non exhibeat, extra ordinem venit damnãdus, vt.l.ſi quis, ff.de cuſto.& exhibit.reo.& Bart.ibidem. Sì verò officialis, vel commentarienſis non exhibet reum, lex eum ſimilitudine ſupplicij punit.l.ad cõmẽtariẽſem.c.de cuſto.& exhib.reo, &.l.milites.ff.eodem. Sed quæro, quid ſi reus ita pauper ſit, vt non poſſit ſatiſdare, neq; cautionẽ præſtare? dic q; tũc præſtabit iuratoriã cautionem, q; ſatiſfaciet, cũ peruenerit ad pin-

guiorē fortunam, vt c. Odouardus, extra de ſolutio. Præſtat igit, quam dare pōt, vt extra de donat. poſt diuor. reſtit. c. peñ. & glo. in c. ex parte. extra de verbo. ſignific. Sin autem reus bona immobilia poſſideat, committitur ſuæ promiſſioni, cum iureiurando, quam iuratoriam cautionem vocant, vel nudam promiſſionem, vel ſatiſdationē, quam pro qualitate perſonæ ſuæ quis dare cōpellitur, vt. ff. Qui ſatiſda. cogant. l. ſciendum &. §. ſed hodie, Inſti. de ſatiſdat. Et ſi reus eſſet forenſis, debet cōſtituere, & eligere domicilium, vbi conueniri poſſit, vt. l. domicilium. ff. ad municipal. & l. ſi in patria, de incol. lib. x. c. & vt ſtet certo loco, quādo eſt cōmodū alicuius, vt Barth. in l. titio centum. §. titio centum. ff. de cond. & demonſtra.

bertati ſe per procuratorem [K] defendet, ſequetúrque iudicium ciuile.

Quarto, contra Bernardum Thraſonem, Claudiū Caligulam legionarios, & nobilē Deſideriū Anippū litigatur extra ordinē facta prehēdēdi corporis poteſtate: qui abſentes, & exules citabūtur vno ædicto pro tribus: ſiue triū breuioribus interuallis denūciationum, trinóve nūdino cōmonebuntur, vt iudicio ſe ſiſtant, & (vt vulgo loquūtur) adiornabūtur ad tres breues dies [L], ad audientiam graphariatus. Poſtea dies illis dicentur ſolenniter voce tubæ, & præconis ter quaterni deni, & quater ex abundanti in ſtatutis plateis, locis plublicis, ad inclamandos dies. l. inter. ff. de public. iudic. Et condemnantur rei, ex illa triduana contumacia, ſecundum qualitatem probationum, & merita delictorum. Et hoc de ſtilo curiæ parlamenti Pariſini. De ſtilo vero præpoſituræ Pariſienſis, & fori epiſcopi, & de iure non veniunt rei condemnandi ex illa triduana contumacia trium dierū. d. l. inter, ibi, ne per triduum per ſingulos dies ter citatus reus condēnetur. ff. de pub. iud. Verum eſt q̄ pro contumacia multantur. Nam ſi quis in ius vocatus non ierit, ex cauſa à competenti iudice multa pro iuriſditione iudicis damnabitur, vt l. ij. ff. ſi quis in ius vocat. non ierit, de conſuetudine mulcta cuiuſlibet defectus in quolibet trium dierum eſt ſeptemdecim ſolidorū Pariſienſiū cum dimidio. Et talis mulcta, ſiue emenda applicat fiſco, & nō parti ciuili, tam de conſuetudine q̄ de iure, vt. l. v. & l. eos c. de modo mulcta. Quātū autem ad partē ciuilem, rei condemnantur in ſecunda citatione in expenſis cōtumacię, vt. l. ſancimus. c. de iudic. & extra de ꝓcur. c. querelam, & glo. in c. quoniam cōtra falſam, extra de prob. ad hoc enim vt rei prælibati condemnari poſſint abſentes de iure, & ſtilo prædict. præpoſiturarum vltra illam citationem ad tres breues dies debent iterum citari, & vocari per edicta, ſcilicet per tres quater denas, & quartam ex abundanti, vt. l. j. verſic. præſides, iuncta glo. ff. de requir. reis. Ratio ſiquidem eſt, quia vox præconis paucis innoteſcit, vt in auteñ. quia in prouincia. c. vbi de crimine agi oport. in glo. ibi, pręconia, & auteñ. at qui ſemel. c. quomodo & quando iudex. Ad perēptorium autem edictum de iure hoc ordine peruenitur, vt primo petatur poſt abſentiam reorum edictum primū, mox ſecundum per interuallum non minus decem dierum. Et tertiū, quibus propoſitis, tunc peremptorium impetret: quod inde hoc nomen ſumpſit, q̄ perimeret omnem diſceptationem, hoc eſt, vltra non patietur aduerſarios tergiuerſari. In peremptorio autem commina tur iudex, qui edictum edit: etiam diuerſa parte cogniturum ſe, & pronūciaturum. Et poſt edictum perempto rium impetratum, cum dies eius ſuperuenerit, tunc abſentes iterum, & quarto ex abundanti, citari debent: & ſiue reſponderunt, ſiue non, agetur cauſa: & pronunciabitur, non vtiq; ſecundum pręſentem, ſed & interdum vel abſens, ſi bonam cauſam habuerit, vincet, vt. l. ad peremptorium, cum leg. ſeq. ff. de iudic. Et licet de iure inter edicta ſit interuallū non minus decem dierum:

k PER PROCVRATOREM.) Iudex in delictis, vſque ad pœnam relegationis, poteſt recipere, & admittere reum ad comparē dum, & ſe defendendū per procuratorem: non tamen ad hoc neceſſitat, aut cogitur ad hoc, niſi velit, vt. l. ſi ſeruū. §. publice. ff. de procu. & glo. in l. reos, & l. abſentem. c. de accuſat, & l. diuus, j. ff. de cuſto. reo. Sed interdum quando crimen non eſt plenè probatum, adeò q̄ æquum ſibi videtur reum iuſtificari per ſuas defenſiones, ad id eum iudex admittit: quia defenſio eſt de iure diuino, naturali, & humano permiſſa: & debet iudex tunc concedere dari copiā titulorum, & reſpōſionis reo, vt. c. j. extra de accuſat. in vj. & c. qualiter & quando. 2. extra eodem. & etiam copiam aliorum actorum, ſi hoc requirat delatus, vt. l. is apud quem, cum ibi not. c. de edēdo. Item debet idē iudex ex officio, reo de aduocato, ſeu defenſore prouidere, vt not. in l. ſi non defenderetur. ff. de pœnis, & l. j. ff. de quæſtio. eo q̄ bonus iudex debet zelare potius innocentiam rei, q̄ culpam, ar. l. placuit. c. de iudic.

l ADIORNABVNTVR ad tres breues dies.) Quādo rei exhibendi ſe per cōtumaciam abſentāt, hinc nō poſſunt capi ad corpus, de conſuetudine citantur vnica citatione pro tribus, quod dicitur vnum ædictū pro tribus, vt. l. nunq̄. ff. de iudic. cōparituri ad tres breues dies continuos, & conſequentes corā iudice loci: & hoc præconia voce ad ſonum tubæ, cornu, vel campanæ, ſecundum morem locorum, vt not. glo. in l. ij. c. de decret. decurio. lib. x. c. & facit quod not. glo. in l. j. c. quæ ſit lōga cōſuet. & idē Angel. de malefic. in verbo, qui iudex cōmiſit. de conſuetudine Franciæ citantur rei regulariter ad ſonum tubæ. De iure citātur p triduum ter per

de consuetudine tamen est interuallum quatuordecim dierum: & in hoc discrepat à iure tantum. Et quãuis posset dici, q̃ iura hic proxime allegata, loquantur in ciuilibus: dic etiam q̃ eædẽ dilationes sunt in criminalibus, sicut in ciuilibus, vt Bart. & glo. in d.l. inter accusatorẽ. ff. de public. iudic. Quattuor ergo proponuntur edicta. Primum dicitur admonitorium, vt in auteñ. de hæred. & falc. §. quis autem non. col. j. Secũdum cõuẽtionale. Tertiũ, citatoriũ. Quartũ, perẽptorium, quod comminatoriũ dicitur. vt glo. in d.l. ad peremptoriũ, & l. in perẽptorio. ff. de iudic.

M DESTINATIS.) Edicta de iure solent fieri in quadã dealbatione in prætorio. Item fiũt per voces præconum: & hoc obseruat consuetudo præpositurę, & vicecomitatus Parisiẽsis cum sono tubæ. Item p nuncium sine tuba, cũ affixione edictorum in quadriuijs publicis, vti obseruat stilus fori epi Paſ. & hoc imitat ius, vt in auteñ. de litigios. §. omnem, col. viij. Ratio quare hæc edicta affigãtur in scriptis in pdictis quadriuijs est, quia vox prẽconis paucis ĩnotescit, vt supra dictũ est: quia audiẽtibus tantum, & quibus hi dixerint. Sed edictũ sic per multos dies positũ, omnib⁹ liquet, vt in auteñ. ac qui semel, iuncta glo. c. quomodo & quando iudex. Contra corrumpentem vero album propositum, vel quod in albo proponitur, datur actio popularis in quĩgẽtos aureos. l. si quis id quod, ff. de iurisd. omnium iudic.

N COMMISSIONIS rogatoriæ.) Sunt nõnulli de crimine accusati, qui latent, aut relinquunt prouinciam, in qua deliquerunt, & in alia prouincia degunt. Tunc solent præsides prouinciarum, in quibus delictum est cõmissum, vti publica epistola, scilicet commissione rogatoria: & scribere ad collegas suos, vbi factores scilicet rei agere dicuntur, & desiderare, vt cũ fidis custodibus ad se remittãtur, vt l. solent. ff. de custod. & exhib. reorum, & in auteñ. vt nulli iudic. §. si verò quis. Iudex verò, qui has publicas susceperit litteras, debet suo periculo, & officij sui, huiusmodi reos comprehendere, & ad iudicem prouinciæ transmittere in qua peccauerint, supplicijs legitimis subijciendos. q̃ si hoc facere, aut officium eius tradere neglexerit, tunc & ipsum iudicem tres auri libras, & officium eius alias tres pro pœna ferre decebit. Et si idẽ iudex, aut aliqui officij ei⁹ propter lucrum huiusmodi personam non comprehendat, aut comprehendens non transmittat, & hoc agens conuincatur, spoliatus singulo exilio tradetur, vt in d. auteñ. vt nulli iudic. §. si vero. Et c. de his, qui latro. vel alijs crimi. reos occult.

O FIGVRATIVE.) Absentes, & fugitiui rei criminis per edicta citati, pro qualitate delicti, & probationis possunt cõdemnari, tex. cum glo. in l. si apparitor, de coarta. lib. xij. c. & l. ad commẽtariensem. c. de custo. reo. & l. ne diu. c. de pœnis, glo. in c. qualiter & quando, in verbo. Inquirẽdum, versic. si verò infamatus, extra de accusat. & extra, vt lite nõ cõtesta. c. quoniam. §. sunt & alij. Et licet hi text. videantur speciales, & q̃ regulariter nõ possit ferri sententia in absentem supra relegationẽ sanctiúsq̃ sit impunitum relinqui facinus nocentis, q̃ innocentem dãnare: sed tã tũ pœna pecuniaria, vel ea, quæ æstimationem continget, possit irrogari vsq; ad relegationẽ ĩclusiue, vt l. absentem. ff. de pœnis, &. l. absentẽ. c. de accusa. & l. j. §. j. ff. an per alium causa appel. Tamẽ de statuto Italiæ potest in reos absentes irrogari pœna pro qualitate delicti, scilicet pœna sanguinis, vt Bart. in l. j. ff. de requir. reis. & idem obseruatur de consuetudine regni Franciæ, vt contumax siue bannitus habeatur pro confesso: nec postea auditur de crimine, immo quotiescunq; reperitur reus, non est opus alio nouo processu, sed paratur sola executio, dummodo notescat iudici cõtumacem esse illum, de quo agebatur in processu, vt Bart. in l. diuus, versic. sic & diuus. ff. de cu. & exhib. reo. & Bart. in d. l. j. ff. de requir. reis. Verũtamẽ priusq̃ iudex procedat ad condemnationem absentis, debet habere fidem de maleficio impositio per examen testium secundum Bartho. in leg. inter. ff. de public. iudic. Qui igitur apud fiscum causam defendere sæpius conuenti neglexerint, rebus iudicatis subijciendi sunt: ex eo apparet si sæpe conuenti præsentiam sui facere noluerint, vt leg. contumacia. §. contumax, & l. de vno quoq; §. qui apud. ff. de re iudic.

mationes, & proscriptiones destinatis M pœna corporis, ac bonorum omniũ publicatione. Tandem contumacia tãquã eius criminis, quo accusati erant, habebuntur confessi.

Quinto, Bernardus Thraso à iurisdictione, in quã fugerat in iurisdictionẽ domicilij & delicti remittetur rescripto præpositi Parisiẽsis, aut (vt cũ vulgo loquar) secũdum requisitionem factam in subsidium iuris virtute cõmissionis rogatoriæ N decretæ per dictum iudicẽ delicti ad iudicem, ad quem fugerat: & vltimum patietur supplicium.

Sexto, Claudius Caligula migrabit ex vrbe aliò, carebit publico, nec reperietur: propterea non remittetur ad iudicẽ habitationis, & in tabula, siue statua, vltimum subibit supplicium: id est, statua, vel tabula ad postem in celebri quodam cõpito affigetur, in qua imago eius depingetur illo affecta supplicio, quod figuratiue, O siue per figurã dicũt.

Septimo, Desiderius Anippus, pscriptus vltro carcerē ditionis ordinariæ introibit, & ibi offeret remissionem[P] pœnę delicti à principe impetratam: quę comprobata, à reatu eum soluet.

Octauo, Girardus Milo nobilis, Gnato & Parasitus assecłæ Desiderij, Nebulo & Ebrio ministri Girardi conijciuntur in vincula à iudice ordinario loci delicti: & extraordinariè contra eos lis examinatur.

Nono, Egidius Gnato non conuincetur testimonio, nec cōfitebitur: ideo torquebitur.[Q] Nec demū confitebitur: eò relaxabitur, & vadimonio obstringetur.

Decimo, Ferdinādus Parasitus tormētis cruciabitur, fatebitúrque nihil: Plectetur tamen duplici mulcta,[R] honoraria, & pecuniaria: aut, si mauis honobili, & vtili: ipse exulabit omnibus suis

P OFFERET remissionem.) Remissionarius, in criminalibus petens restitutionem aduersus sentētiā, vel appellans à sententia criminali, tenetur personaliter comparere in iudicio genib⁹ flexis, capite discooperto, ante faciem iudicis pro tribunali sedentis. l.j. ibi, si se obtulerit. c. ad l. cor. de sicar. & l.j.§. sin autem. ff. an per aliū caus. appell. redd. poss. arg. l. lege cornelia. ff. ad senatusc. sylla. ibi. ex vinculis causam dicant, & Bal. in l. j.§. eum qui, in fi. ff. de postul. Nec posset reus in cōtrarium impetrare, vt sci licet non teneatur personaliter comparere. l. fi. in fi. c. de iniur. Et ad hoc ordinatio regis Ludoui. xij.

Q TORQVEBITVR.) In criminibus scrutandis vbi alijs probationibus veritas illuminari non potest, quæstio adhiberi solet, interrogandíque sunt rei. l. quotiens. c. de Quæstio. Sed ita demū ad tormēta veniri oportet, cum suspecti sūt rei, & alijs argumētis ita probatio, admouetur, vt sola cōfessio deesse videat, l. j. ff. de quę stio. Quæstiones autē non semp, neq; in oī causa, & psona desiderādę sūt, sed tantum cum capitalia, & atrociora sunt maleficia, quæ non aliter explorari, & inuestigari possūnt, quàm per reorum quæstiones, tunc efficacissimæ ad inquirendam veritatem, æstimātur. l. edictū. ff. de. q. Sed si tortus nō confiteatur in tortura delictum, videtur q; sit liberandus, quasi sint purgata iudicia, secūdum Bart. in l. fi. ff. de quæstio. & vbi ex tortura non potest crimen inueniri, tortus absoluitur. Nam licet iudicia præcesserint torturam, non excusatur accusator à calumnia. Et propterea damnum læso contingens indebitè, debet illi emendare, secundum Bal. in l. fi. ff. de calū. & facit secundum eundem, quod not. in l. pe. c. de cond. ob caus. dat. & l. domin⁹. c. de quæstio. vbi dominus, cuius seruus est tortus, agit contra calumniatorem, & quæ habentur in l. sed si vnus. ff. de iniur. Si verò iudicia sint manifesta, ex quibus reus est tortus, excusant accusatorem à calumnia, secundum Bal. in l. iij. c. ad leg. iul. de adult. vnde reus tortus, liberandus erit ab illa inquisitione tantum, sed non diffinitiue à delicto, p not. per Salyc. in l. si hi qui adulterij. c. ad leg. Iul. de adult. vbi dicit per glos. ibi positam, q; si iudex habet sufficientia iudicia contra accusatum, qui pluries tortus nihil confessus est, non debet ipsum diffinitiue absoluere, sed debet concedere abolitionē accusationis, per. l. abolitionē. c. de gener. aboli. Et idē ipse tenet in l. si quis alicui. c. ad leg. Iul. maiest. vbi dicit, si reus delatus in illo crimine tortus nihil cōfessus fuit, propter quod accusator tortus fuit, qui nihil pbauit, q; iudex neutrum absoluet, sed rē indiscussā dimittet: & ideo debet liberari fide iussoribus, & nō diffiniti ue absolui à crimine, quia possent superuenire alia iudicia. Et idē videt tenere Salyce. in repet. l. siqui dē. c. de accus. Et sic erit iudici relinquendum pro animi arbitrio, an sint iudicia manifesta, vel nō manifesta, l. iij.§. eiusdē, &.§. tu magis scire potes. ff. de testib.

R. DVPLICI mulcta.) In actione iniuriarū, altera actio ad damnū pertinet culpa datum, altera ad cōtumeliā, l. itē apud Labeonem.§. siquis seruo verberato, ff. de iniur. & l. sed & si, ff. ad l. aquil. qui enim vitam, morésque nostros corrumpūt, deteriores sunt his qui substantias aliorum, prædiáq; diripiunt: ipsi enim ea, quæ extra nos sunt (licet nostra sint) auferunt, nostri quoq; detractores, & morum corruptores nostrorum, siue qui aduersus nos armantur, proprie nosmetipsos decipiunt, & ideo iustè infames sunt, vt c. deteriores. vj. q. j. & xxiij. dist. c. illud. Ideo ex eo crimine purgare se debent, vbi dignoscuntur deliquisse, & publicè iniuriam abiurare, iuxta considerationem iudicis, vt c. inter solicitudines, iūcta glos. extra de purga. cano. Et hoc etiam notatur in quolibet horrendo crimine, & iurare debent se nunquam similia commissuros, vt xij. q. ij. c. de viro. & xxiij. q. viij. c. pessimam, & j. q. vij. c. quotiens, vbi pœnitens iurat, q; de cætero non labetur. Corripienda sunt igitur crimina coram omnibus, quæ peccantur coram omnibus: secretius, quæ peccantur secretius: & distinguenda sunt tempora, & concordabit scriptura, vt c. si peccauerit. ij. q. j. Quòd si dānatus renuerit facere hanc emendam honorabilē, durius, & acerbi⁹ punietur, d. c. inter solicitudines, extra. de purg. cano. Et ita vidi practicari Parisijs ī curia parlamenti anno domini millesimo quingēteſimo. xxix. Aprilis xvij. contra & aduersus Iohannem Berquin, qui accusatus de hæresi, per arestum curiæ fuit cōdēnatus ad emendam honorabilem faciendam, super pe

tram marmoream graduum palatij: qui renuens hanc facere, remissus ad carceres per alterum arestum igne concremari condemnatus fuit. quem ego tunc officio patroni in senatu Par. fungens, executioni demandari vidi ante communes Parisi. ædes. Et hoc idē videtur obseruari in bannito, siue misso in perpetuū exiliū: q si reuertatur, nec optē perauerit exilio, pœna capitis plectetur. Nā contumacia eius cumulat pœnam. Et si ad tempus exulat, nec obediat, in perpetuum exulabit, nemóque poterit commeatum eundi, remeatúmve domi dare exuli: nisi imperator, vel rex, ex aliqua iusta causa, tex. for. in l. Relegati. ff. de pœnis. vbi dicit glos. q̄ sola voluntas principis reputatur iusta causa.

bonis publicatis.[s]

Vndecimo, Gerardus Milo nobilis, necis conuictus testimonio, capite obtruncabitur,[t] suis bonis proscriptis.

s BONIS publicatis.) Quæro vtrum reus conuictus in criminalibus debeat condemnari in expens. canoni stę dicunt q̄ sic. Quia plus delinquit, qui temere insistit quàm qui desistit, vt c. calumniam, extra de pœnis, & victus victori in expens. etiam in criminali debet condemnari. vt l. cum quidam, in verbo, obnoxios sibi, & ibi Bal. c. de fruct. & lit. expens. Sed hoc à pœna confiscationis citra. Nam vbi reus pateretur vniuersalem confiscationem bonorum, vt hic, nulla alia afflictio pecuniaria addi potest, vt d. c. calumniam, & c. de fideiuss. l. j. & ff. de capit. diminut. d. l. tutelas. §. si libertate. nec vlla restitutionis æquitas est aduersus eum, qui nudus exulat, d. l. tutelas. §. Item cum ciuitas. Et siquā do pœna in supplicio cōsistit, nō venit refectio expēsarum, vt Bal. in le. non ignorat. c. de fruct. & lit. expens. Sed adhuc quæro, an si procurator regis, seu fiscalis solus litem prosequatur aduersus reum criminaliter, & reus vincat, & obtineat, an dictus fiscus teneatur ad expensas, damna, & interesse erga reum prędictum? Dic q̄ non: nec in aliquo tenetur. Nam qui iure publico vtitur, non videtur iniurię faciendæ causa hoc facere. Iuris enim executio, non habet iniuriam, vt l. iniuriarū. §. is qui iure, ff. de iniur. Subuenitur siquidem alicui ratione officij, si illicitè non fiat, vt ff. de rei vendicat. l. qui restituere, & ff. quòd metus caus. l. continet, & ff. ad l. aquil. l. q. ēadmodum. §. pe. Si tamen esset dolus, fraus, calumnia, aut concussio in procuratore fiscali, teneretur in expens. damnis, & interesse, & nomine proprio, non fiscali condemnandus, vt in c. fi. extra de calumniat, & l. vnica, c. de sumptuum recuper. lib. x. c. & ad instar priuati redigeretur, l. qui fundum. §. si tutor, iuncta glos. ff. pro empto. Si verò fiscus obtineat, nec etiam repetet à reo criminis impensas, siue criminaliter, siue ciuiliter agatur. Nam eodem priuilegio, quo fiscus, potiturus est reus: nec est ferendum fiscum qui præfatam prærogatiuam prętendit, aliquid plus ab aduersarijs suis quærere concedi, quàm ipse ab alio pulsatus, facere patiatur, vt leg. fi. c. de fruct. & lit. expens.

t CAPITE obtruncabitur.) Nobiles & Barones, vel in dignitate cōstituti vbi ex delicto per legem imponitur pœna mortis, debent decapitari. l. capitalium, §. nonnunquam. ff. de pœnis, & Bal. in l. data opera. c. qui accus. non poss. Pro homicidio siquidem perpetrato, quis tenetur duplici modo. Primo, pro publico interesse, criminaliter erga fiscum. Secundo, ciuiliter erga conquerentem pro priuato interesse. Nec altera actionum præiudicat alteri, vt l. inde Neratius. §. si dolo. ff. ad leg. aquil. Quia alterum vtilitas priuatorum, alterum vigor publicæ disciplinæ postulat, l. licitatio. §. quod illicitè. ff. de public. & vecti. Quo autem ad interesse priuatū, tenetur reus actione legis aquiliæ ad damna, & interesse erga hæredes occisi suam, aut suorū iniuriam persequentes, vt l. sed & si. ff. ad l. aquil. & l. dominū. c. de iniur. Aestimatio autem damni aut iniuriæ, ad iudicem spectat, vt l. j. §. spectat. ff. de iniur. quādo videlicet illa æstimatio descēdit ex lege cornelia de sicarijs, vt l. iniuriarum, & l. cōstitutionibus, ff. de iniur. Alias autem iniurias non descendentes ex lege corne. de sicar. prætores permiserunt ipsis, qui iniuriam passi sunt, eam æstimare: vt iudex tanti reum condemnet, quanti iniuriā passus æstimauerit, vel minoris, prout ei visum fuerit, vt §. pœna autem, Insti. de iniur. Si verò homicidium esset cōmissum, non dolo, sed leuissima culpa tantum, vt cum à diligenti præuideri potuit, & non est præuisum, aut prouisum: sed tunc denunciatum esset, cum periculum euitari non possit, vt l. si putator. ff. ad lege. aquil. vel cum prohibere potuit, & non prohibuit, vt l. sciētiam, ff. eodem. vt puta siquis ex alto se præcipitauerit, & super alium venerit, eúmque occiderit: aut putator ex arbore cum ramum deiecerit, non proclamauerit, & prætereuntē occiderit: ad cohercionem legis cornelię de sicar. non pertinet, vt l. in lege. ff. ad leg. cornel. de sicar. Sed tamen reus ex illa culpa leuissima tenetur actione legis aquiliæ pecuniariter, scilicet ad damnū, & interesse ciuiliter, vt l. in lege. ij. ff. ad l. aquil. & l. ait lex, & l. proinde, ff. eodem: in delictis siquidem venit omne interesse, vt ff. de furtis. leg. inficiando. §. j. & ibi Bart. & ff. de conditio. furt. l. j. iiij. & ff. de vi & vi armat. l. interdicto. & l. apud Iulianum. §. j. ff. de l. j. & l. si seruū. ff. de verbo. oblig. Et quāuis de iure digestorū in interesse non attendatur lucrum cessans, sed damnum, vt ff. de damno infec. l. Proculus, & l. iniuriarum. §. siquis de honoribus. ff. de iniur. & glo. in l. si sterilis. §. cum per venditorem. ff. de actio. empti. Tamen hodie de iure Codicis, interesse venit generaliter in lucro cessante, sicut in damno vitando, vt leg. vnica. c. de senten. quæ pro eo, quod interest profe. Et ideo fit q̄ in actione legis aquilię, nō solum venit æstimatio rei, sed etiam æstimatio extra rem, vt §. Illud, Insti. de l. aquil. Quo verò ad interesse publicum, vbi homicidiū est dolo commissum, agitur principaliter actione iniuriarum de ipsa cæde, vel veneno dato, vt vindicetur, & non vt damnum sartiatur, vt l. prætor. §. quid ergo. ff. de iniurijs, & tunc tenetur actione legis corneliæ de sicar. ille solus, qui in dolo est, non autem qui in culpa

lata est. Nam dolus pro facto accipitur: in lege autem cornelia lata culpa non accipitur pro dolo, vt l. in lege, ff. ad leg. Cornel. de sicar. pœna autem legis Cornel. de sicar. pro homicidio est mors. & solent rei capite puniri, vt l. eiusdē legis. §. legis. vers. sed solent. ff. ad l. cornel. de sicar. atrociora sunt delicta, quæ proueniunt ex animo, vt glos. in l. auxilium. §. in delictis. ff. de mino. Et ideo vbi delicta sunt animo, siue dolo commissa, aut pensatis insidijs, restitutionem nō merentur, & nec etiā minor restitueretur, vt l. j. c. si adue. delict. &, dolus siquidem ex iudicijs perspicuis comprobatur, l. dolū. c. de dolo. Et in talibus grauibus delictis, culpa esset relaxare vindictā, vt c. j. extra de postul. prælato. facilitas enim veniæ prębet incentiuum delinquendi, vt xxiiij. q. iiij. ca. est iniusta, & sic sub spe veniæ quis peccare non debet, vt extra de cleric. excommuni. ministrant. c. Illud. verum interest reipub. ne delicta remaneant impunita. l. itavulneratus. §. cum neque impunita. ff. ad leg. aquil.

Duodecimò, Henricus Nebulo Milonis famulus patibulo affixus strāgulabitur,[v] bonis suis confiscatis.[x]

Tredecimo; Iacchus Ebrio alter ex

v STRANGVLABITVR.) Viles personæ, vt famuli, vel infames, comburuntur, vel furcis suspenduntur. l. in seruorum. §. j. ff. de pœnis, & idem Bal. in d. l. data opera. c. qui accusa. non poss.

x BONIS eius confiscatis.) Cum vita adimitur, aut ciuitas, aut seruilis conditio irrogatur, supplicij damnatione bona publicantur. Id est, confiscantur, vt l. j. ff. de bonis damnato. & c. de pœnis. l. in metallum. cum enim ciuitas amissa est, nulla restitutionis æquitas est aduersus eum, qui amissis bonis nudus exulat: & eo ipso, q̄ quis amittit ciuitatem, perdit omnia bona sua, sine aliqua publicatione. l. tutelas. §. Item cum ciuitas, ff. de capit. diminutio. Hinc capite diminuti amissione ciuitatis, seu libertatis, non possūt conueniri, nec etiā conuenire actiuè, nec passiuè: sed datur plenè actio in eos, ad quos bona eorum peruenerunt. Et quod cum eis contractum est postquàm diminuti sunt, perinde est, ac si contractum non esset, aut factum, vt l. ij. iuncta glos. ff. de capit. diminutio. Aduertendum est tamen, q̄ licet olim propter damnationem ad mortem, bona essent cōfiscata, licet in sententia nihil dictum esset de confiscatione, excepta certa parte, quæ filijs reseruabat, vt d. l. j. ff. de bonis damnat. Hodie tamē bona damnatorum nō intelliguntur confiscata, q̄uis quis sit ad mortem condemnatus, nisi in sententia capitali facta sit mentio de cōfiscatione bonorum, vt l. amissione. §. qui deficiunt, ff. de capit. diminut. vbi dicit tex. Qui deficiunt, capite minuuntur, deficere autem dicūtur, qui ab his, quorum sub imperio sunt desistunt: & in hostium numero se conferunt. Sed & hi quos senatus hostes iudicauit, vel relegati scilicet deportati, vtique vsq̄ adeo minuuntur capite, vt ciuitatem amittāt. Opus est itaque, vt in sententia expresse declarentur bona confiscata, aliàs non applicantur fisco: nec censentur confiscata. Imò ea bona damnati descēdentib⁹ & alijs reseruantur, vt l. defunctis, c. si reus vel accus. mort. fuer. & in autē. bona damnatorum, c. de bonis, q̄script. Quinimo per iudicē ipsi potest bannito in sententia reseruari pars bonorum, vt est casus in l. si qua militi, §. j. ff. ex quib. caus. maior. iuncta glos. in verbo fuit. Si tamen reus esset solenniter confessus delictū, ex quo veniunt bona confiscanda, & postea, ante actam causam idē reus decesserit, non obstante eius morte, veniunt eius bona fisco applicanda, secūdum Bal. in l. j. c. ex delic. defuncto. nec dicet iudex, q̄ reū mortuum cōdemnat: sed q̄ cōfiscat bona rei mortui. all. idem Bal. in d. l. j. Specul. tit. de accusat. §. j. versic. q̄ si latro, & Bartho. in l. j. ff. de priuat. delict. hæres tamen defuncti posset reuocare confessionem illius, & probare contrariū eius, quod confessus est, per ea, quæ not. ff. de appell. l. creditor, §. iussus, in glo. ordi. all. per Bal. in d. l. j. ff. ex delic. defunct. vbi dicit, quòd etiam sine confessione quando est conclusum in causa, & liquide probatum est maleficium, non impeditur sententia: quia cum esset de necessitate eam ferri, quodammodo ttahitur retro ar. ff. de iniur. l. denique. §. dic ergo, & per nouissimam constitutionem domini nostri regis Francisci, art. 90. Sic requiritur sententia, vel æquipollēs, vel aliquid quod necessario infert in confiscationem, quod est notabile. Et quod de confiscatione dicitur, idem potest dici in pœnis pecuniarijs consistentibus in certa quantitate, puta in cētum, vel in mille: qnia eadem est ratio, & natura litis secundum eundem Bal. in d. l. j. c. ex delictis defunct. Cauetur etiam, quòd si appellans in fatum concessit sine hęrede, cuiusq̄ generis appellatio euanescit. Quòd si appellatori hæres extiterit, si quidem nullius alteri⁹ interest causas appellationis reddi, cogendus non est peragere appellationem. Si verò fisci, vel alterius contra quem appellatum est, interest: hæres appellationis causas reddere necesse habet. Nullius autem interest, veluti cum sine ademptione bonorum relegatus est. Nam si ademptis bonis relegatus, vel in insulā deportatus prouocatione interposita decesserit, quamuis pēdente appellatione, morte rei crimen extinctum sit aduersus quam non aliter is qui emolumentum successionis habet, obtinere potest: quàm si in reddēdis causis appellationis iniquitatem sentētiæ detexerit, vt leg. vnica, ff. si pend. appel. mors inter. Sic vbi iudex in sententia condemnat reum ad mortem cum publicatione, seu confiscatione bonorum, si appelletur, & interim moriatur reus: Sicut mors superueniens extinguit crimen, ita etiam confiscationem bonorum, quia est accessoria ad pœnam, vt l. iij. c. si pend, appell. mors inter. Sed si condemnet reum ad pœnā corporis afflictiuam, & copulatiuè æqualiter, & principaliter ad confiscationem bonorum, sic dicendo reum ad pœnam mortis condemnamus, & eius bona confiscata declaramus: tunc si moriatur condemnatus pendente appellatione, licet crimen quo ad impositionem pœnæ corporalis sit extinctū, vt d. l. vnica, ff. si pend. appell.

famulis Milonis, flagellabitur, & exulabit [Y] publicatis itē bonis. Ita dissimili pœna [Z] punientur rei eiusdē delicti, rationibus infra sequentibus ordine.

Proœmium criminationis.

Fama [A] constans ferebat tres, aut quatuor viros in platea crucis Tiroueri Parisijs miserè trucidatos: hac impulsi sta tores [B] vltro veniunt eò, qui trucidatorum frontem consignent ac locent in iuris præsidio, iudicisque potestate: &, quod frequentius dicitur, iustitiæ imponant manum: ne interea summoueantur, [C] sed spectandi omnibus sit copia, si forte agnosci possint. Deinceps trucidati in prætorium deferuntur, vt ibi medicus, & chirurgus, iurisditionis, præpositi mandato vulnera inspiciant: eorum latitudinem, ac magnitudinem perpendent: atque renuncient, quæ lætalia vulnera, & quanta, & quæ non: quantum incommodent, quantóq; ære curari queant vulnera Daui.

mors inter. non tamen est extinctum quo ad confiscationem bonorum, in qua reus fuit principaliter, & copulatiuè condemnatus: quia condemnatio confiscationis bonorum non fuit accessoria ad pœnam corporalem, sed principalis, vt d.ll. & Bart. in l.j.c.si pend. appell. mors inter. & Angel. de malefic. in verbo, & eius bona publicamus.


Y ❧ FLAGELLABITVR & exulabit.) Sūt enim pœnæ corporales, quibus citra ademptionē vitæ præsides quemq; affigere possunt. Et sunt pœnæ quędā, quę coercionem corporis, aut exilium, aut seruitutem iniungunt, aut ciuitatem auferunt: velut fustium admonitio, flagellorum castigatio, vinculorū verberatio: aut damnum cum infamia, aut dignitatis alicuius aliquam depositionem, aut alicuius actus prohibitionem. l. si quis forte. §. fi. cum duabus ll. sequent. ff. de pœnis. Et hæ pœnæ dicuntur minores, quæ non requirunt actum consummatum, sed inchoatum, vt l.j.§.fi.ff. q̄ quisque iur. Pœnæ verò maiores, scilicet amissiones vitæ, & membri: requirunt actum consummatum, vt l.j.§. qui puero. ff. de extraordin. crimi. Ibi perfecto flagitio punitur capite, imperfecto deportatur, & Bal. in l.si quis nō dicam rapere. c. de episc. & cleric. Cohercione autem corporis cohercentur hi, qui semel tantum turbulentis acclamationibus se accommodauerunt. Nam fustibus cæsi dimittuntur, & exilio damnantur, vt l. capitalium. §. solēt. ff. de pœnis, & l. exilium. ff. de interd. & relegatis, vbi loquitur de triplici exilio, scilicet cæterorum locorum interdictione, aut lata fuga, vt omnium locorum interdictione præter certum locum, aut insulæ vinculo, id est, relegatione in insulam: vbi nō stat cū hominibus. Sed exilium propriè dicitur, deportatio: improprie autem relegatio, vt glo. in d.l. exilium. Et sic est capitalis damnatio, vbi mors, vel ciuitatis amissio, vel seruitutis impositio, sequitur, vt l. rei capitalis. ff. de pœnis. Et tunc bona sine etiam publicatione confiscantur, per d.l.j.ff. de bonis damnato. & & l. tutelas. §. Item cum ciuitas, ff. de capit. dimi. hodie tamen requiritur sententia, vt s. dixi.

Z ❧ DISSIMILI pœna.) Quia idē excessus, magis est in vno, quàm in alio puniendus, vt cap. sicut dignū, in fi. extra de homicid. & cap. cum quidam. extra de iureiur. & cap. excommunicamus. §. credentes. extra de hæretic. & xxxij. q. v. cap. qui viderit. Diuersitas siquidem personarū diuersitatem exigit pœnarum: vt aliter ex ijsdem facinoribus puniantur serui, q̄ liberi: aliter in vilissimo, & cōpedito, quàm in medij actus homine, ius æstimationis constituatur. vt §. pœna autem, Insti. de iniur. & l. aut facta, §. persona. ff. de pœnis.

A ❧ FAMA.) Dic quòd fama de maleficio est sufficiēs ad hoc, vt possit specialiter inqri de maleficio contra aliquem, vt Bart. in l.ij.§.fi publico, ff. ad leg. Iul. de adult. Nota tamen quòd aliud est fama, aliud manifestum, & aliud notorium: vt glo. in cap. de manifesta. ij. q. j. & infra dixi super facto probatorio.

B ❧ STATORES. Quando est fama de maleficio, iudex debet mittere militem, vel alium officialem, ad videndum hominem mortuum, & eius vulnera: Et facit scribere, vt postea possit inquiri, vt not. Bart. in l.fi. ff. de quæst. Et ideo vbi est homicidium perpetratum, nec potest directo constare iudici, quis illud commiserit: iudex potest mittere pro vicinis tabellionem, aut quem alium officialem, vt inquirat. Nam vicini debēt verisimiliter potius scire maleficium iuxta eos perpetratū, quàm alij. not. in l.iij. circa princ. ff. de testib. & extra de presumptio. ca. quosdam, & cap. quanto, & idem Bart. in d.l.fi. ff. de quæst. & l.j.§.j.ff. de fluuio, ibi aut æstimatione circumcolentium.

C ❧ SVMMOVEANTVR.) Ad custodienda ea, quæ sine custodia salua esse non possunt, mittendi sunt custodes, vt l.j.§. idem ait, ff. de vent. in possess. mitt. Et interim annotantur. i. sub sigillo ponuntur, vt l.fi. iunct. glo. ff. de requir. reis. Hinc Danielis. 14. ca. Claude hostium, & signa annulo tuo: & iterum egressi clauserunt hostium, & signantes annulo regis abierunt.



Medici,& chirurgi renũciatio,in-
cepti rapportum nominant.

Renunciamus nos Claudius Galenus medicinæ doctor, & Aeſculapius Chiron chirurgus præpoſituræ, &c. annuis ſtipendijs authorati die xj.mẽſis octobris,anno domini.1540.à præpoſito,aut ab eo,qui illius vicem ſuſtinet accitos,[A] ad præpoſituræ tribunal veniſſe:& illic tria cadauera,quæ dicebantur Chryſoſtomi Craſſi in ſuprema curia aduocati, Ioannis Pluti negotiatoris, & Iuliani Xenij cauponis vrbis,dum viuerent,ciuium pertẽtaſſe, & inſpexiſſe eorum vulnera:Craſſi aduocati vulnera 4. vnum in capite anciſo ferro illatum,ſciſſa calua ad cerebrum perueniens: alterum in latere ſiniſtro enſis,aut alterius gladij cuſpide immiſſum quatuor digitos ad ima cordis tranſiẽs:quę duo erant letalia:aliud in vmbilico profunditate duorum digitorum,reliquũ in inguine digito cum dimidio profundũ:quæ poſteriora duo medicabilia erant: negotiatoris vero duo,quorum alterũ gutture perforato, alterum in facie longitudine 4.profũditate vnius digiti: illud letale,[B] hoc medibile.Cauponis item duo:vnum in bracchio ſiniſtro,os pertingens,hiatus trium digitorũ,& profunditatis vnius, quod ſanari poterat: alterum in ſtomacho latitudinis duorum digitorum corpus tranſfodiens ipſum, eo mortiferũ: ijſque vulneribus letalibus ſaucios interijſſe.Similiter viſitauiſſe,& inſpexiſſe duo vulnera Dionyſij Daui Craſſi aſſeclæ:vnum in capite ſecũdum aurẽ ſiniſtram, longitudine digitorum 5. & profunditate 2.alterum manu ſiniſtra ferè amputata, quæ vulnera mortis,[C] talẽ vel nõ: ſi vulnerat⁹ſurrexerit & ãbulauerit poſt triduum, non videtur poſtea decedens deceſſiſſe ex illis vulneribus,ſecundum gl.in l.ĩ.c.de.emẽd.ſeruo. tex.eſt etiam in c.ij.extra de cleric. percuſ. & Bart. in l.ſi ĩ rixa. ĩ xij.not.ff.ad l.cor.de ſica.lex autẽ videtur innuere, quòd qui poſt vulnus deceſſit,videtur ex huiuſmodi vulnere deceſſiſſe. vt l.huic ſcripturę,§. ſi ſeruus.ver. manumiſ.ibi q̃ ex eo mortuo demum apparuit.ff.ad l. aquil. Nã præſumitur ſemper vuln⁹ mortale, ex quo quis poſtea deceſſit. quia nihil intereſt,occidit quis illũ, an mortis cauſam prębeat,vt ff.ad l.cor.de ſicar.l. nihil intereſſe,& ff.ad l. aquil.l. qui occidit,§.pe. Niſi inducatur pręſumptio facti prę cedentis,&ſubſequentis in cõtrarium,vt l. ſiquis,c.ad l.Iul.de adult.& ff. Quib⁹ mod.pig.vel.hypo.ſoluit. l.ſicut,§. ſuperuacuã, & ff. de accuſa.l.ſi cui,§. eiuſdẽ. Quia regulariter ex his q̃ præcedunt,& ſequunt,prę ſumptionem accipi oportet,vt ff.manda.l. ſi ꝓcurator,in princ.& ff.de poll.l. j.§.q̃ ſi tibi,& §.q̃ ſi ſeru⁹, in fi. oportet enim iudicẽ cuncta rimari,vt c.de iud. l.iudices. Si autem vulnus nõ durauerit vſq; ad mortem:non præſumitur ex illo mortu⁹,vt arg.in l.ſi ꝓ parte,§.verſum,ff.de in rẽ verſ.& ff.quod cuiuſq; vniuer.l.Item eorum,§.quod ſi actor,& ff. de fideiuſſ.l. qui ſic.Sed quid ſi eodem durante vulnerare,alia ſuperuenit ĩfirmitas, & mortuus eſt ? nunquid ex illo vulnere præſumitur mortuus?dic,quòd ſic.quia ſemper vulnus ad alia accidentia videtur dediſſe cauſam, vt extra de homicid. cap. præſbyterum,& c.audientiam, & c. cæterum,& ff.

A ACCITOS.) Iudex debet committere medicos & chirurgos iuratos, pro contemplatione vulnerum peritos, & illos cõſulere:qui conſiderata quantitate,loco,& qualitate vulnerum ſecundum artẽ ſuã exponant:& referãt ſi vulnera fuerint mortalia, vel occaſione eorum vulnerũ mortis cauſa data.vt l.vlt. & l.ſi ſemel.§.cauſa.de re. milita.li.xij.c.& l.j.§.j.&l. iij.ff.de vent. inſpicien. & extra de homicid.c.ſignificaſti,& leg.cum ita,ff.de verbo.oblig.& l.comparationes,c. de fid.inſtru. Et debent ij medici & chirurgi iurare coram iudice de veritate dicenda.Nam licitum eſt iuramentum pro veritate inquirenda, ſiue in teſtibus, ſiue in alijs,vt c. Quanq̃.xiiij.q.ij.quia fidelius durant,quæ vincula ſacramenti ligant, vt cap. omne,xij.q.j.ĩ qualibet tamẽ relatione,aut viſitatione,non eſt opus iuramẽto: dũ modo ſint ſemel iurati, & ad hoc deſtinati, & cõmiſſi in officium:& hoc de conſuetudine. Si autẽ plures non inueniãtur medici,aut chirurgi,ſtatur dicto vnius, vt in auten. de non alienand.§.quod autẽ,coll. ij. & Bart.in tracta.de percuſſ.In his enim quæ conſiſtũt in artis peritia,vt medici,& obſtetricis,vel ſimilium,ſufficit eorũ teſtimonium de credulitate. Non enim ſunt propriè teſtes, ſed magis vt iudices aſſumuntur ad illum cauſæ articulum iudicãdum, vt l.j. ff.de ventre inſpic.

B LETALE.) Vbi eſt certum, quenquam mortiferè percuſſum fuiſſe, non eſt coniecturis locus,vt ff. ad leg.aquil.l. vt ait lex.§. quod ſi mortiferum, & l. ita vulnerat⁹,ĩ prin. eodẽ.

C MORTIS.) Quando eſt dubiũ an vuln⁹ ſit mor

ad leg.Cornel.de ſicar.l. Iulianus,& ff. ad.leg.aquil.l. qua actione.§.Celſus.Sed hæc ita vera ſunt,niſi propter imperitiam,vel negligẽtiam medicantis, vel propter culpam,& inordinatam vitam illius percuſſi, ipſe deceſſerit. quia tũc non præſumitur q̃ ex illo vulnere deceſſerit, vt ff.ad l.aquil. l.qui occidit,§.fi.& d.l.qua actiõe,§.fi.& extra de homic.c.exhib. & c.tua nos.

D OSTENSIS ijs.) Ad recognoſcendũ, & deſignãdũ eum, cuius nomine noxali quis agit,corporis exhibitio eſt neceſſaria: maxime vbi nomẽ nõ tenetur,aut nõ recognoſcitur is, cuius cauſa noxali agit:vt l.iij.§.Siquis noxali,ff. ad exhibẽd.vbi dicit tex. Si quis noxali iudicio experiri velit, ad exhibẽdũ actio eſt ei neceſſaria. Quid enim ſi dñs quidem paratꝰ ſit defendere:actor vero deſignare non poſſit niſi ex præſentibus : quia aut ſeruũ nõ recognoſcit, aut nomẽ nõ tenet, nónne ęquum eſt ei familia exhiberi:vt noxiũ ſeruũ agnoſcat? Quod ex cauſa debet fieri ad deſignandũ cuius nomine noxali quis agit. Recẽſione,id eſt,nominatione ſeruorũ facta d.l.iij. §.ſiqs noxali,ff. ad exhib. iudicem ſiquidem ad exhibendum cognoſcere decet, an iuſtam,& probabilem cauſam habeat actionis, propter quam exhiberi ſibi deſideret,d.l.iij.§.ſi mecum, in fiñ.

vitij, aut impotẽtię exitũ habitura ſint ſatis perſpici non poteſt. Et hæc quidẽ vera eſſe confirmamus teſtibus chirographis noſtris adſcriptis anno & die quibus ſup.

Hoc acto iudex, ſiue eius actuarius, ſiue quiſquis alius, cui demãdata fuerit hæc cura,oſtẽſis ijs,D qui eos viuentes nouerũt, incipiet quærere ſup libello,ac querimonia hæredũ,aut amicorũ defunctorũ:qui libellus, vt infra exponemus,ſcribetur:interim iudex hæredibus, aut amicis cadauera exportari, & tradi ſepulturę permittet requirẽtibus. Sin minus,ſtatuet eos deferri in hoſpitale ſanctæ Caterinæ , in vico ſancti Dionyſij locũ aſſuetũ,& ad hoc Pariſijs fundatum,vt inhumentur.

Accuſationis formula.

CõquerũturA apud dominũ præpoſitarũ.Et poteſt ciuiliter,& criminaliter in his intentari:vna tamẽ via electa,ceſſat alia,vt ff.de iniur.l.quod ſenatuſc.& l.præter,§.j.Quòd ſi agatur ex ciuili,reſtat tantũ actio , ſeu perſecutio damni,vt ff.de iniur.l. Itẽ apud,§.Siquis ſeruo verberato. Si verò agat criminaliter ad pœnam, & vincat accuſator,victoria erit fiſci,nõ ſua. Nec poterit dicere reum ſibi obnoxium, ſed fiſco:cũ non proſequatur ciuiliter actionẽ damni,ſed pœnã,vt not.in l. agraria,ff. de termi.amot. & ff.de popul.actio.ſuper Rub.& l.iij.in princ.ff. de ſepulc. viol. & Bal.in l. cũ quidam,C.de fruct. & lit. expen.Sed dic q̃ ciuilis,& criminalis actiõ non poſſunt ſimul & ſemel intentari,illud eſſe verum,quãdo vtrũq; petitur per modũ actionis principaliter intẽtatæ,& tendũt ad vindictam.Sed ſiquis accuſat criminaliter,& per officiũ iudicis petit reſtitutio rei ex æquitate:hoc poſſet fieri,vt l. interdum,§.qui furẽ,ff. de furt.& l.iij.§.ſi dicatur , ff. finiũ regund. & Barth.in.l.vnica,C. quãdo ciuil.act.cri. non præiud. Et ſic vbi vna actio cõpetit ad vindictã alia ad rei familiaris proſecutionẽ, vtraq; experiri licet:nec vna tollitur per aliam:ſiue in publicis ſiue in priuatis criminibus ſit intentata, vt ſi quis per vim de poſſeſſione deiectus , ſi de ea re recuperanda interdicto vnde vi fuerit vſus: non prohibetur etiã lege Iulia de vi publico iudicio inſtituere actionẽ,vt l.vnica,C.quãdo ciuil.act.crimi. nõ preiud. Quiſquis ideò ſe iniuriam paſſum ab aliquo putauerit,& querelam deferre voluerit,non ad ſtationarios, ſcilicet pedaneos iudices recurrat, ſed præſidalem adeat poteſtatem , aut libellos offerens , aut querelas ſuas apud acta deponens , vt d. can. nullus, l.ij.iiij.q. iiij.& hoc in priuatis delictis,quia in priuato nullus regulariter poteſt accuſare, niſi ſua interſit,vt ff.de priuat.delict.l.fiñ.& nor.C.de furt.l. manifeſtiſſimi. Et Bonifa.in titu.de public.iudic.Eſt etiam notandum,q̃ iudex ex leui culpa non poteſt procedere per inquiſitionem:quia reſpubli.non reputatur offenſa: nec poteſt iudex ad priuatorum commodum inquirere,nor. Innoc.in c.ad noſtrã.le.ij.extra de iureiur.Nã quis nõ poteſt in aliqua pœna criminaliter puniri ex leui culpa,ſed tantũ emendatione damni:q̃ ſi non poſſet emẽdare,luit in corpore,l. qui ædes,ff. de incend. ruin.& naufra. Et ideò multæ informationes poſſent impu

A CONQVERVNTVR.) Scilicet accuſatiõe.Eſt autem accuſatio,ius perſequendi vindictam publicam vt Inſti.de public.iudic.in princ.& glo.in verſi.per accuſationẽ.in extrauaganti,ad reprimendũ.Quomodo in læſ.maieſt. cri.proc.Et ius ex quo ſumitur vindicta, eſt duplex:ſcilicet accuſatio,& officiũ iudicis.Hoc aũt exercetur quãdo per inquiſitionẽ ad alterius denũciationẽ proceditur . Nã ſuper denũciatione inquiritur, vt l.diuus,ff.de cuſto.reo.Poteſt etiam ſumi accuſatio pro libello accuſatorio,vt hic, & ff. de accuſ.l. ſi cui,in princ.& ff.ad turpil.l.j.§.accuſationẽ,& gl.in d.extrauag.verſi.accuſationẽ,quãdo ſcilicet ad inſtãtiã conquerẽtiũ iudex,aut eius tabellio,aut irenarcha,ſup cõtẽtis in libello,aut querimonia,inquirit, ſicuti in actione iniuriarũ,quæ deſcẽdit ex lege Cornelia de iniurijs quæ cõpetit in tribus caſibus:vt ſiquis pulſauit, verberauit,vel domũ introiuit,vt ff.de iniur.l.lex Cornelia, & c.nullus,l.ij.iiij.q.iiij. ex quibus reſultat vindicta & pſecutio iniuriæ,Inſti.de iniurijs,§.pe.& ff.eodẽ l.iniu

gnari, quia vbi abeſt dolus, & lata culpa, non poteſt formari inquiſitio, vel accuſatio, vt l.j. in fiñ. ff. de abige. & C. ad leg. fauiam de plagia. l. plagij. la. ij. & l. præſes, eodem. Sed ſi ex leui culpa contractetur maleficium, ſcilicet homicidium, ſicut reſpublica cenſeretur offenſa, & ex eo inquiri, & puniri maleficium poſſet, propter leuem, ſi ſit leuiſſimam culpam, ſed leuius, vt l. abſentem, in fi. ff. de pœnis. punitur etiam propter malum exemplũ, licet delictum non ſit dolo commiſſum, vt l. ſiquis aliquid. §. qui abortiuus, ff. eodẽ, & l. iij. §. alio ſenatuſcõſulto. ff. ad l. Cornel. de ſica. Poſſet etiã quis puniri criminaliter propter leuem, vel leuiſſimam culpam, glo. in l. reſpiciendũ §. delinquunt, ff. de pœnis, allegat d. l. abſentem, in fiñ. Quæro quid ſi accuſator calumnioſè accuſationẽ inſtituerit, nec probauerit? dic q̃ infamatur, vt l. ex varia, C. de delato. li. x. & gl. in l. ex quibuſdã, ff. de iure fiſc. Etiam in damnis, & intereſſe condemnatur: & extra ordinem pro qualitate admiſſi, ſiue in priuatis, ſiue in extraordinarijs criminibus plectitur, l. in priuatis, ff. ad turpil. & cap. cum dilectus, extra de calum. & c. j. §. adijcientes, de elect. lib. vj. Ratio ſiquidẽ eſt, vt nulli temeritas ſua lucratiua concedatur, ſed vt imprudens calumniantium refrenetur audacia. Præterea ſi quis cauſa cognita cõuictus fuerit, ſine iuſta & legitima petitione quemq̃ in iudicio pulſaſſe, omnes ei legitimas expenſas, ſumptúſq̃, & damna, quæ ab exordio cœptæ controuerſiæ ipſorũ, vitio toleraſſe eundẽ conſtiterit, reddere cogetur, vt hac ſaltem cenſuræ iuſtiſſimę formidine reuocat⁹, & improbis cõflictationibus occupatus: iámq̃ ſopitis clamoribus iurgiorũ magiſtra deinceps neceſſitate acquieſcat, vt l. omnes qui. §. fi. C. de epiſco. & cleric. & ſupra dixi in verbo, denũciationem, in princ. & l. eum quem, ff. de iudic. Sed adhuc quæro quomodo accuſatorum, & denunciatorũ detegatur temeritas? Reſpon. q̃ tribus modis, & trib⁹ ſubijcitur pœnis. Aut enim calumniantur, aut præuaricantur, aut tergiuerſantur. Calumniari autẽ eſt falſa crimina intendere. Tergiuerſari eſt in vniuerſum ab accuſatione deſiſtere. Præuaricari verò eſt vera crimina abſcondere, & calumniatoribus pœna lege Rhemia irrogatur, vt l. j. ff. ad turpil. ſed in publicis iudicijs ſimilitudine ſupplicij, vt glo. ibidem, & l. iij. C. qui accuſ. non poſ. & C. de accuſ. l. fiñ. In priuatis autem, & extraordinarijs criminibus pœna imponitur accuſatori, vel denunciatori pro motu iudicis, vt l. in priuatis, ff. ad turpil. & glo. in d. l. j. §. calumniatoribus, ff. eodem & l. fiñ. C. de accuſa. Vbi enim non eſt pœna taxata à lege, relinquitur arbitrio iudicis, vt l. fiñ. C. de actio. & hoc debet fieri ſeruato ordine iuris: ſcilicet accuſatione facta, & productis probationibus ab eo, qui calumniatorem dicit, vt glo. in d. l. j. §. calumniatoribus. Item dic q̃ calumniator poteſt puniri multis modis, vt Inno. in c. j. extra de calum. Primo ex iudicis officio mercenario, & tũc pœna debet inferi ĩ ipſa ſentẽtia, vt l. j. C. de calũ. vel ſaltem per illã diem, qua lata eſt ſentẽtia abſolutoria, quia tanto tẽpore durat iudicis officiũ in acceſſorijs, vt c. cũ appellationibus, de appel. lib. vj. & l. Paulus, ff. de re iudic. Poſt diem autẽ puniri nõ poteſt iudicis officio mercenario, quia expirat ex quo lata eſt ſentẽtia ſuper principali, venit etiam acceſſoriè ad ipſum factum prĩcipale, l. iiij. C. depoſit. Secundo poteſt calũniator puniri ex officio iudicis nobili, l. j. §. j. ff. ad ſenat. turpil. Ex tali officio poteſt iudex procedere etiã longe poſt ſententiã abſolutoriã, ex quo commiſit delictum in præſentia iudicis. Poteſt etiam iudex ſecularis ex officio ſuo nobili poſtea inquirere, & punire, argu. l. nullum, C. de teſtib. Barth. d. l. ij. §. ſi publico, ff. de adulte. Tertio modo poteſt puniri calũniator per viã accuſationis, vt ſi non fuit punitus in ipſa ſententia abſolutoria, poteſt de nouo accuſari, ſicut de quolibet alio delicto, vt l. j. ff. de calum. & glo. in cap. j. extra, eodem. Quæro quæ differentia pœnę eſt inter tergiuerſatores, & præuaricatores? Reſpon. eadem eſt pœna alterutrius, per glo. in Rub. C. ad turpil. & pro motu iudicis puniuntur, per l. abſentem, circa medium, ff. de pœnis. Temere ergo accuſans tenetur actione iniuriarum, ſi deſiſtat ante inſcriptionem, vt l. Item apud Labeonem, §. ſi quid libello, ff. de iniur. Et licet de iure inſcriptio ad pœnam talionis debeat precedere accuſationem, vt l. ſi libellorum. §. Item ſubſcribere, & l. ſi cui, ff. de accuſa. hodie tamen de ſtatuto, ſiue de forma ſtatutorum, non inſcribitur, nec punitur accuſator pœna talionis, nec ponitur in carcere, vt Bart. in l. accuſatore, §. crimẽ, nu. 2. ff. de public. iudic. & idẽ obſeruat de conſuetudine regni Franciæ: excepto crimine falſi, in quo inſcribitur apud acta vt in auteñ. de Quæſtore, verſic. ſuper hoc. Et licet ſupra dixerimus quòd vbi accuſator ceſſat in probatione, aut non probat quod intendit, calumniari præſumitur. vt glo. in verbo calumniandi, in cap. cum dilectus, extra de calum. & ij. quæſt. iij. cap. qui non probauerit, & C. de aduocat. diuerſo. iud. leg. j. Sunt tamen caſus excepti, in quibus non ſtatim præſumitur calumnia, quando quis deficit in probando, vt gloſ. in leg. athletas, §. præuaricator, ff. de his qui notantur infamia. Primus caſus eſt quando quis accuſat ex

tũ vel eius vicariũ Antonia Diana vidua defuncti Ioannis Pluti negotiatoris ciuis Luteciani, dũ viueret invico ſãcti Honorati ſub interſignio galli coronati domũ incolẽtis, tã ſuo nomine, q̃ vt adminiſtratrix corporũ, & bonorũ Iacobi, & Petri Plutorũ ſuorũ, & ſui defũcti mariti filiorũ annis minorũ: Auguſtinus Plutus defũcti dicti filius ãnis maior, Benedictus Craſſus diſcreti viri magiſtri Chryſoſtomi Craſſi, dũ ſuperſtes eſſet, in ſupremo ſenatu aduocati

frater,& Maria Martha, Iuliani Xenij hoſpitis paulò antè in vico ſancti Martini coponã habẽtis ſub interſignio lupi & vulpis,Clemens Xenius defuncti frater, & Dionyſius Dauus famulus quõdã dicti magiſtri Chryſoſtomi, de Andrea Iro cerdone,huius vrbis incola,Bernardo Thraſone,Cl̃audio Caligula dñi noſtri regis legionarijs, nobili Deſiderio Anippo,Egidio Gnatone, Ferdinãdo paraſito Deſiderij ſeruis, nobili Girardo Milone,Hẽrico Nebulo=

neceſſitate officij, vt eſt in tutore, l.ij. C. qui accuſa. nõ poſſunt.Secũdus caſus eſt quãdo,quis ex neceſſitate hoc facit:vt quia hæres, qui tenetur vindicare necẽ defuncti,l.cũ fratrem,C.de his,quibus vt indig. Tertius caſus ratione immẽſi doloris, vt quando maritus accuſat vxorem de adulterio,vt l.quãuis,C. ad l.Iuliã de adulte.Quartus,propter immenſitatem delicti,vt quando quis accuſat de falſa moneta. nã vt facili⁹ reperiatur accuſator, ius non vult,vt deficiẽs in probatione incõtinẽti pr̃ſumatur calũniari,vt l.j.C de falſ.monet.Quintus,ratione infamiæ præcedentis, vt ſi accuſatus erat infamatus de delicto,l. miles.§.mulier,ff. de adulte. Bartho.in d.l.j. C. de falſ. moneta. Sextus, ſi audiuit illum criminoſum à fide dignis perſonis:ſecus ſi à vilibus,vt cap.inquiſitioni,extra de ſenten.exco. Septimus, quando teſtes deceperunt accuſatorem, vt quia promiſerunt teſtificari & defecerunt. vt glo.in cap. paulum.ij. q.iij. qualiter autem puniantur teſtes in hoc deficientes,Bal.in l. preſbyteri, C.de epiſco.& cleric. infra dicemus. Octauus, quando ſemiplenè probauit accuſator, excuſatur à calumnia. Sed tamen ad expenſas, quas propter hoc pars altera ſe feciſſe docuerit, iuramento medio condemnabitur. Qui verò in probatione defecerit omnino eius quod obijcit in perſonam, calumniæ pœnam incurret,cum expenſis.vt cap.j.§. adijcientes, de electio.lib.vj.& ca.cũ dilectus,extra de calum. vbi hi caſus enumerantur. Sed quia ſupra dictum eſt,q̃ ac cuſator ſemiplenè probãs excuſatur à calumnia, hoc verum eſt,quando reus ex ſua parte nihil probat: ſecus autem ſi accuſatorem reprobet. quia tunc accuſator cenſetur calumniari,vt Bal.in l.ſciant cuncti.C.de proba.& l. noſtris C.de calum.s̃.dixi in denunciatione.Quia etiam ſupra loquuti ſumus de accuſatore priuato, nunc quæro quid ſi fiſcus aut procurator Cæſaris accuſator deficiat in probando, an teneatur ad expenſas,damna & intereſſe partis accuſatæ.Dic q̃ ſi fiſcus ſolus litẽ,ſiue accuſationem proſequatur,licet nõ probauerit,quod intendebat,ſed ſuccubuerit,nõ tamẽ in aliquo tenetur:dummodo abſit dolus,fraus,vel calumnia euidens:quia officium excuſat quem à calumnia pr̃ſumpta,quæ poteſt velari prætextu officij, ſed non à calumnia manifeſta,vnde error,& officium excuſant maleficium. vt ecce publicanus pecus meum abduxit, dum putat contra legem vectigalis aliquid à me factum,q̃uis errauerit, agi tamen cum eo vi bonorum raptorum non poteſt:ſanè ſi dolo caret, vt l.ij. §.ſi publicanus,ff. vi bonorum rapto. Et l.ij.& ibi Bal. C. qui accuſ.non poſſ.Et licet regulariter actor, ſeu accuſator præſumatur in dolo,& calumnia,quando non probat accuſationem per eum propoſitam,per quam alteri obijcitur dolus. Tamen hoc fallit in officiali, quem officium vrget.Nam cura, & ſollicitudo potius in dubio præſumitur eum ſollicitaſſe, quàm odium aduerſarij, quod idem in iudice præſumitur, vt Bal.in d.l.ij.C. qui accuſa. non poſſ. Si autem dolus, vel calumnia in eo arguatur euidens,tenetur ad expenſas,damna,& intereſſe actione legis aquiliæ,cum ſit damnũ iniuria datum, vt d.l.ij. §. ſi publicanus, ff.vi bono.rapt̃.magiſtratus etiam tenetur de damno dato, niſi id fecerit iuridicè ſuum officium exequendo.Ita q̃ ſi per impe ritiam illicitam capturam fecerit, ad intereſſe tenetur.vt l.Quemadmodũ.§. magiſtratus, ff. ad leg. aquil. & ibi Bal. not. Si tamen ille, quem magiſtratus ceperit, ſe vulnerauerit, vel laqueo ſe ſuſpenderit,nõ tenet,vt Bal.in d.§.magiſtrat⁹,alleg.l.vt vim.ff.de iuſti.& iur.& l.nõ videtur, §.qui iuſſu. ff.de regul.iur.& ff.de. pigno.act.l. fi. Sed quæritur quo nomine veniant condemnandi iſti officiales, qui calumnioſam euidẽter inſtituerũt actionẽ, ſiue accuſationem, an nomine officialium, an nomine proprio?Reſpon. q̃ ſi fiſcus,tutor,curator, vel prælatus eccleſiæ calumnioſam inſtituerint actionem, nominibus proprijs, & non nominibus officialium, veniunt condemnandi: ne ſub prætextu,aut velamine officij propter ſuas ſimultates, vel latens odiũ, ſecurẽ lites exercere poſſe exiſtiment, l. non eſt ignotum, iuncta glo.C.de adminiſt.tuto.& ff.eodẽ.l.quotiẽs.§. ſicut.& l.ij.C.qui accuſ.nõ poſſ.& ff.mãdati,l.quintus, & l.idẽq̃,§.idẽ labeo ait,ff. eodẽ & ff. de appell.l. tutor,& ff.de procur.l.qui proprio,§.litis. Idẽ etiã in generali procuratore,qui ſi nomine dñi calũnioſam litẽ inſtituerit,& ſuccubuerit,& ſic cõſtet q̃ ſit delictũ: ipſe procurator nomine proprio,& nõ dñs,debet cõdẽnari in expenſis, niſi habuerit ſpeciale mãdatũ, vel ratũ habeat dñs,vt gl.in l.iij.§. ſi procurator,ff. quod quiſq; iur.Bart. in l.j.§.ſi ꝓcurator,ff. Siquis ius dicẽs nõ obtẽp.& l.j.§.deieciſſe.& §.quotiẽs,ff.de vi,& vi armat.quia nec dñs ꝓcuratori iniquũ q̃d mãdaſſe videt vt ff.de pecul.l.qui peculiũ,& ff.de pact.l. ſi cõtra iuris,§.filio⁹,& ff.de cõd.indeb.l.ſi ꝓcurator.§.q̃ ſi inde bitũ,& gl.in l.iij.§.ſi ꝓcurat.eodẽ. Sed interdũ mitius agit cũ officiali,q̃ cũ alio, etiã in apto crimine,vt Bal. in d.l.ij.C. q̃ accuſ.nõ poſ.& ff.de pub.& vec.l.ſi multi.pro ſimplici verò culpa ꝓcuratoris,venit dñs eiusdẽ cõdẽnandus:nam quibus rerũ adminiſtratio pmiſſa eſt,eorũ culpam abeſſe,præſtare non inique dõmini coguntur.l.Quod ſi nolit,§. quod in procuratore,

ff. de ædilic. edict. Sed hoc de cõsuetudine in alio procuratore, q̃ regio, quia rex non subijcitur expensis, nec actiuè nec passiuè. Dicã ĩ. in requisitorio decreti procuratoris fiscalis in fi. infor. Quæro autẽ quæ differentia est inter deferre, & accusare? Respon. q̃ deferre idẽ est quod accusare reo absẽte. vt si quis Meuiã professus est de adulterio reã deferre: q̃ dicat eã cũ Caio Seio adulteriũ cõmisisse: Accusare autẽ est reo præsente, vt l. libellorũ, ff. de accusa. Hi aũt deferre nõ possunt: Mulieres, ꝓpter sexus infirmitatẽ. Itẽ clarissimi viri. Itẽ dãnati, vt hi, qui fustibus cæsi in opus publicũ dãnati sunt. Itẽ hi, qui in metallũ damnati sunt, deferre prohibẽtur. Hoc ideò, ne desperati ad delationẽ facile possint sine causa confugere. Causas autem quas ante damnationem cœperũt deferre, possunt post damnationem exequi. Item tutor, vel curator causam pupillorũ, vel adolescentiũ deferre non potest: quod idem obseruandum est in eo, qui quasi procurator gessit negotia. non prohibetur tamen procuratorẽ interrogari posse: sed prohibitũ est procuratori accusare eũ, cui⁹ negotia gessit. Et tutor, qui aut detulit, aut mandauit, seueriss. mè punitur. sed nec is, qui aliquã rẽ vendidit, deferre potest. hi & alij sunt casus in l. deferre, ff. de iure fisc.

ACCVSATIO itidem non debet fieri nisi ab idoneis, & probatissimis viris, qui suspicionib⁹, & sceleribus carent. vnde dominus sacri corporis sui tractatores à vilib⁹, ac reprobis, & nõ idoneis psonis, infamari noluit, nec calũniari, sed ipse ꝓprio flagello peccãtes sacerdotes à tẽplo eiecit, vt c. accusatio. ij. q. vij. Ideo accusator admitti non debet, anteq̃ eius æstimationis suspicio, vel opinio discutiat: qua intẽtiõe, qua fide, qua temeritate, qua vita, qua cõsciẽtia, quóve merito: si ꝓ inimicitia, vel odio, aut cupiditate, ista pſumpserit, vt d. ij. q. vij. c. siqui sũt, & hoc nisi supradicti suã, suorúmq; iniuriã ꝓsequãtur, & exequãtur, l. nõ ꝓhibẽtur milites, & l. de crimine, & l. cũ rationibus, C. qui accusa. nõ poss. vel nisi res ad eos pertineant, l. senatusc. C. eodem: quia tunc supra dicti accusare possunt, vt iur. supradict. Sunt etiam nonnulli, qui præpositos suos peruerse reprehendunt, si parum ipsi molesti fuerint, aut extiterint. Ideo ex his omnibus datur intelligi, q̃ illi ab accusatione remouẽtur, qui nõ affectione charitatis, sed prauitate suæ actionis, vitam eorum diffamare, & reprehendere, quærũt. vt d. ij. q. vij. c. sunt nonnulli. Vnde sancti patres prouide statuerunt accusationẽ in iudices, seu prælatos non facile admitti: ne cõcussis colũnis corruat ædificiũ. Nõ possũt siquidẽ iudices omnibus complacere: cum ex officio suo teneantur, non solum arguere, sed etiam increpare, nõnunq̃ vero ligare: & frequenter odium multorũ incurrũt, & insidias patiũtur. Quin etiã qua si signum ad sagittam positi sunt. vt d. cap. qualiter & quãdo l. ij. extra de accus. Tolerãda tamẽ nõ sũt quæ ab insolertia iudicum sunt repta, vel à puersis, aut iratis iudicibus sunt acta, l. nemo carcerem, de exacto. lib. x. C. maximè vbi est contemptus legũ, siue iudiciorum superiorũ vt cap. j. extra de postul. præla. & l. penul. & fiñ. de vestib. olobe. lib. xj. C. & l. vellera, eodem. De consuetudine regni Franciæ nemo priuatus admittitur ad accusandũ criminaliter sed ciuiliter tantũ pro suo interesse. Sed fiscus prosequit criminaliter ꝓ interesse publi. & sic alterum vtilitas priuatorũ, alterũ vigor publ. disciplinæ postulat, vt l. licitatio, §. quod illicitè, ff. de publica.

ne Iaccho Ebriõe famulis Milonis, & nõnullis alijs sectatoribus, fautoribus, cõscijs, & participibus admissi facinoris die xj. mẽsis Octob. Anno [B]domini M.v[c].xl. aientes, verissimé q̃; affirmãtes q̃uis defuncti probatæ vitæ, atq; famæ integræ nemini vnq̃ iniuriã, aut damnũ dedissent, viri probati, & tales à probatis quibuscunq;, & maxime vicinis existimati, tamẽ prætextu odij cuiusdã cõcepti ratiõe certę litis nuper agitatę, atq; decisę p arestũ curię in cõmodũ, & vtilitatẽ defunctorũ Pluti & Xenij cõtra dictũ Milonẽ, eundẽ Milonẽ dolo malo, insidijs excogitatis heri hora nona noctis post cœnã stipatũ nominatis viris, telis & clypeis armatis, ensibus strictis, meditate, clã, & in tenebris expectasse, atq; obseruasse prętereũtes dictos defunctos in quadriuio crucis Tiroueri iuxta fontẽ eius loci, irruisse, ac impetum fecisse in defunctos Plutum, & Xeniũ, pariter in defunctũ magistrũ Chrysostomũ Crassum aduocatũ, qui vnà cũ illis cœnauerat, sícq; vulneribus crudeliter cõfossos dimiserũt vt ne pũcto quidẽ tẽporis supuixerint. Ad hæc Dionysiũ Dauũ seruũ defũcti Crassi lumen illis accensa teda præferentem, & qui ad tuitionem gladiũ eduxerat, ita

B ANNO.) In libelli accusatorij cõceptione prætor vel proconsul, aut iudex, dies, mensis, annus, ciuitas, locus, & personæ accusantiũ & accusatorũ, & qualitas cõmissi criminis, designandi sunt, vt l. libellorũ. ff. de accus. Nã qui actionẽ famosam intẽdit nõ debet vagari cum discrimine alienæ æstimationis, sed designare certũ: & specialiter dicere quam se iniuriã passumcõtendit, vt l. prætor, ff. de iniur. & ff. de rei vendic. l. si

in rē. Ratio ſiquidē eſt,quia atrocior fit iniuria, aut ꝑ perſona,aut pro tēpore,aut re ipſa,vt l. aut facta,ff.de pœnis,& §.pœna. Inſti.de iniur. &.ff. de iniur.l.prætor.§.fi.& l.vulneris,& l.ſed eſt quæſtionis,ff.eodem.

C SECRETE.)Teſtes debent examinari in ſecreto,vt c. quia propter, ibi, q̄ ſecrete,& ſigillatim vota cūctorū diligenter exquirant, & inſcriptis reda cta &c. extra de electio. vbi dicit glo.q̄ teſtes in ſecreto deponere debent,vt liberius dicant veritatem, aliàs non valet, & l.nullū, ibi,ita ad iudicantis intrare ſecretum.c.de teſtib.& c.venerabili, extra eodē, & c.inquiſitionis.§. tertiæ dubitationis, ibi, qui poſt iuramētum interrogati ſecreto, extra de accuſat. & glo. in d.c. venerabili, in verbo, Sigillatim,quæ dicit,q̄ ideo examinātur ſeparatim, ne vnus inſtruat alium,& ſequatur dictum alteri⁹. Et Barth.in auteñ. de teſti.§. & hoc verum.& ſigillatim debent deponere, quando ſingulariter deponunt, vt idem Barth. in l.ſi qñ,nu.3.C.de bonis vacant. lib.x.Et ſi diſcordāt, debent reduci ad concordiam veriſimilem, Barth. in l.ſcripturæ,in ſecūda lectura,nu.4.c. de fide inſtr.

D SEORSVM.) In criminalibus informatio, ſiue examen teſtium debet fieri ſeparatim, & ſigillatim, non vocata parte delata,ſiue accuſata.Et in hoc datur iudici licentia recipiendi iuramenta teſtium in abſentia partis delatæ,ar.l.Heremius. ff. de euictio. & Baldus in l. ſi quando, c. de teſtibus, & ibi glo . Et hoc propter timorem ſubornationis, vel fugæ accuſati, ſi publicationem informationis haberet, vt not. Io. And. ad Specul. in titu.de teſti.§.nūc tractādum. Et ſi teſtis dictum ſuum, ſiue depoſitionem, reuelet, punietur crimine falſi,vt l. qui falſo.ff.de teſtib. Ideo debet teſtis iurare de nō reuelanda eius depoſitione, vt ſpecul. in d.titu.de teſt.§.ſequitur. Teſtes igit̄ poſſunt examinari ante litem conteſtatā, ad ordinē cauſæ parte abſente,& non vocata,vt Barth. in l.dies cautioni.§.prætor ait,nu.18.ff.de damno infect.

E SCRIBA.) In iudicio tam ordinario,q̄ extraordinario iudex debet ſemper adhibere publicā (ſi poteſt habere)perſonam,aut duos viros idoneos,qui fidelitervniuerſa iudicij acta cōſcribāt,videlicet citationes,dilationes,recuſationes,exceptiones, petitiones, reſpōſiones,interrogationes,cōfeſſiones,teſtiū depoſitiones,inſtrumētorū productiones , interlocutiones, appellationes,renūciationes, concluſiones , & cætera, quę occurrerint cōpetenti ordine cōſcribēda, loca deſignando,& tēpora,& pſonas, vt c.quoniam cōtra falſum,extra de prob.Nuſq̄ enim procedendū eſt in criminalibus ſine ſcriptura,vt c.ſiquis cū clerico.§. Itē in criminalibus.xj.q.j.& hoc vt geſta ſcilicet acta apud iudicē,vel cōfeſſiones partium,& dicta teſtiū trāſferātur in publica monumēta per graffariū, perpetuāque firmitatē habeāt, mortēq̄ iudicis non pereat publica fides,vt l.geſta, iūcta glo.c. de re iudic. & c.de donat.l. in donationibus. depoſitiones ſiquidē teſtiū in publicū redactæ inſtrumētū, perpetuā habēt firmitatē, vt c.ſignificaſti,cū gl.2.extra de teſtibus.

F DELEGATO.) Iudex enim poteſt cōmittere ſuum graffariū ad recipiendū teſtes, & eorū iura mēta,& dicta in ſuo territorio. extra territoriū aūt iudicē territorij cōmittit ſecūdum Bart.in l. cum ab initio, ff. Quēadmo.teſta. aperi. cōtrarium tamen videtur tenere glo.in c.præſentiū.§.teſtes,verbo īterrogatus de teſtib.in.vj.An autē graffarius poſſit eſſe rogatus,& ſcribere commiſſionem ſibi delegatam,ſuper teſtibus recipiendis?dic q̄ ſic ſecundum eundem Barth.in l.ex ſententia,ff. de teſtament.tutel. Tutius autem ſi roget alium,qui ſcribat,vt ibidem.

G EXAMINATI.) debet enim prius conſtare, & inquiri de maleficio, q̄ iudicari:nec mala proximorū prius quiſq̄ præſumat credere, quàm probare: mala enim audita nullum mouere debent, nec paſſim dicta abſq̄ certa probatione quiſquam credere debet. Sed ante audita diligenter inquirere: ne præcipitanter agat quicquam. Vnde ait Dominus omnipotens,cui nihil eſt abſconditum,Deſcendam, & videbo vtrum clamorem, qui venit ad me opere compleuerint,an non eſt ita,vt ſciam,vt c.Deus omnipotēs,ij.q.j. & Geneſ. xviij.c.Ratio enim quare Deus(qui omnia ſcit)voluit informari,eſt vt nullum vnquam præſumere liceat ſimul eſſe iudicē,& teſtem.Nam in omni iudicio,quatuor pſonas neceſſe eſt eſſe:ſcilicet iudices electos, accuſatores idoneos,defenſores congruos,atq̄ teſtes legitimos.Iudices autem debent vti æquitate, Teſtes veritate,Accuſatores intentione ad amplificandā cauſam , Defenſores extenuatione ad minuendam cauſam,vt c.nullus,iiij.q.iiij.

ſauciū,ac vulneratum,vt inde vſq; res ei fuerit cū chirurgis, & nunc quoq; de vita piclitetur, atq; mors certior immineat, q̄ ſpes vlla ſalutis affulgeat.Itaq; eiuſmodi cōquerētespoſtulāt defuncto rū corpora,& ſuperſtitis Daui viſitari, ac circūſpici,eorúmq; vulnera à chirurgis pertentari , atq; inſpici,ſupérq; illiuſmodi plagis,ac morte ſecuta inquiri,ac ius ſibi reddi.

Subſignato hoc libello teſtes inferius nominati ſecrete ,C ac ſeorſum D à me Cn.Flauio ſcriba E præpoſituræ in eam rem delegato F iurati,auditi,examinati G fuerunt,& eorum nomina,cognomina, anni, qualitates , conditiones , domicilia , dicta , & teſtimonia actis redacta anno diebus & forma ſequentibus,

FIGVRA QVAESTIONIS



Mercurij vndecima menſis octob. anno 1540.

Primus teſtis.

Apelles Cous,[A] pictor,[B] in vico ſancti Honorati Pariſijs habitãs, annos natus [C] viginti & vnũ, vt aiebat, teſtis à conquerentibus contrà dictos reos ꝓductus, & ſuper ijs rogatus capitulis, quæ ĩ dicta querimonia, & libello enarrantur ei perlecta, ſacramento [D] prius præſtito, dixit dictos defunctos, & vulneratum Dauum, pariter dictos Andream Irum cerdonẽ in vico galli Pariſijs morantem, Bernardum Thraſonẽ, Claudiũ Caligulam domini noſtri regis legionarios, nobilem Deſiderium Anippum, de facie tantum ſibi cognitos, reliquos eorum participes in libello, & querimonia nominatos prorſum ignotos. Et heri circa horam nonam [E]

A ❧ APELLES Cous.) Debet deſignari nomen, & cognomẽ teſtis, vt quid, & à quo ſit dictum appareat, vt c. qualiter, & quando, l. ij. §. debet, & cap. olim. extra de accuſ. Interdũ etiã adijcitur nomen adiectiuũ, ſicuti: Apelles Cous dictus bonus. quia talia nomina ſignãdorum hominũ gratia reperta ſunt, & ad homines cognoſcendos, vt Inſti. de l. §. ſi quis in nomine, & l. ad recognoſcendos, c. de ingenu. manu. Error tamẽ in nomine proprio, vel adiectiuo, non vitiat, ſecus in nomine appellatiuo, & ſubſtantiuo: quia ſunt immutabilia. vel ſi erretur in corpore, nocet, vt l. ſi qs ĩ fundi vocabulo, ff. de l. j. Tamẽ ſi modicum erretur in nomine, dũ quolibet alio modo intelligi poſſit, & conſtet de corpore, nihil intereſt, vt d. §. ſi quis, Inſti. de lega.

B ❧ PICTOR.) Debet apponi qualitas teſtis in eius depoſitione: quia eiꝰ fides approbatur ex illius dignitate, vt in aut. de teſtib. §. ſancimus. Nam magis nobili, quàm plebeio: magis honeſto, q̃ inhoneſto: magis diuiti, quàm pauperi creditur, vt l. teſtiũ, §. quæ argumenta, ff. de teſtib. & c. eodem, leg. omnes. Ideo teſtium fides dignitas, mores & grauitas examinanda ſunt, vt l. in teſtibus, ff. eodem. quia teſtibus digniorib⁹, etiam paucioribus numero creditur, magis q̃ pluribus numero, ſiue ab eadem parte, ſiue à diuerſis ꝓducantur, vt Bart. in l. ob carmen, §. ſi teſtes, nu. j. ff. de teſtib. & in au. de teſtib. §. ſi verò quidam, & ibidẽ Bart. nu. 3. Sed quæro an mulier cuius fragilis eſt ſexus, ius dicẽdi teſtimonium habeat in iudicio: dic q̃ ſic, vt ca. ex eo, xv. q. iij. iuncta glo. ibidem, quæ dicit, q̃ ſecũdũ leges mulier in omni cauſa poteſt teſtificari, ſiue ſit ciuilis, ſiue criminalis, niſi in vltimis volũtatibus. Secundum canones verò mulier in nullo crimine teſtificari poteſt, niſi in exceptis, ſed in ciuilibus poteſt teſtificari: nec obſtat xxxiij. q. v. c. mulierẽ, & extra de verbo. ſig. c. forus, vbi dic. q̃ mulier non poteſt eſſe teſtis: ſed intelligas in criminalibus cauſis, & vltimis voluntatibus, vt glo. in d. c. ex eo.

C ❧ ANNOS natus.) Requiritur ætas in teſte in criminalibꝰ, vt ſit maior viginti annis, vt l. in teſtimoniũ, in fi. ff. de teſtib. tñ ꝓximꝰ pubertati & doli capax, licet non ſit teſtis, facit iudicium, vt ff. de. liberal. cauſ. l. fin.

D ❧ SACRAMENTO.) Debet iurare teſtis de veritate dicenda, aliàs ei nõ adhibet fides, vt l. iuſiurandi, c. de teſtib. & c. q̃q̃. xiiij. q. ij. fidelius ſiquidẽ durãt, quę vincula ſacramenti ligant. vt c. omne, xij. q. j. & ad hoc quis iurat, vt quod verum eſt loquat̃, nec teſtis fidelis mentietur. quia os qd̃ mentitur, occidit aĩam, vt c. iuramentũ, xxij. q. v. iuncta glo. ver. diſtantiã. quia in oĩ iuramẽto teſtis eſt deꝰ, q̃ñ iurat̃, vt in aut. quib. mod. natu. effic. legit. §. quiſquis, iuncta glo. in verb. quidẽ deo. Et tres comites debet habere iuramentũ, ſcilicet veritatẽ, iudiciũ, & iuſtitiã, vt c. & ſi Chriſtꝰ, extra de iure. & Hier. iiij. c. vbi dic. Et iurabũt in veritate, iudicio, & iuſtitia, &c. Sed quęro an in deciſionibꝰ cauſ. poſſint allegari autoritates veteris, & noui teſtamẽti: dic q̃ ſic. Nã lex dei præferẽt legi poſitiuæ. Ita q̃ papa cõdens cõſtitutionẽ cõtra legẽ diuinã, potiꝰ dicit errare, q̃ legem cõdere, vt Panor. ĩ d. c. q̃liter, & q̃ñ. l. ij. ext. de accuſ. ĩnoc. in c. qui in eccleſia. extra, de cõſti. & not. ĩ c. fi. extra de cõſuet. & xxv. q. j. c. ſũt quidã & bona glo. ĩ c. de libellis, xx. d. forma autẽ iuramẽtĩ teſtiũ eſt, vt corã iudice iurẽt tactis ſacroſanctis euãgelijs, prębito etiã legaliter ſacramẽto, vt quę ĩ veri tate rerũ nouerũt, ꝓfeſſiõe ſuę teſtificationis aperiant, vt c. hortamur, iij. q. ix. & ꝓ vtraq; parte veritatẽ dicent, vt glo. in l. iuriſiurandi, c. de teſt. & arg. in aut. de ſanct. epiſc. §. nulli vero, col. ix. & xiiij. q. v. c. non ſanè. Et quòd nec prece, precio, dono, amore, fauore, aut dolo, odio, vel timore negabunt veritatem, vt xxxv. q. vj. cap. de parentela, & d. gloſ. leg. iuriſiurandi, & quòd non admiſcent falſitatem teſtimonio, vt c. de epiſc. & cleric. l. preſbtyer. & ij. q. iiij. c. nullam.

E NONAM.) In delictis teſtis debet deponere, & concordare de loco, & tempore: aliàs varietas loci, & temporis reprobat teſtẽ, vt in Daniele, & Suſanna, vt ca. nos, §. Item Daniel, ij. q. vij. & Danielis xiij. c. Item temporis, vt in decre. iij. q. ix. c. nihilominus, & xxxv. q. vj. c. de parentela. & hoc locũ habet quãdo de certo tẽpore eſt quęſtio, qd̃ exigit ad alicuiꝰ rei, & facti exiſtẽtiã in actu nõ reiterabili, vt in homicidio: aliàs ſecꝰ qa delictũ, vel rebellio, põt, ꝓbari ꝑ teſtes ſingulares: & ſufficit q̃ teſtes diuerſis tꝑibꝰ viderĩt, vel eodẽ loco, vel diuerſis locis, vel audierĩt à diuerſ. vel q̃ aliqua ps vicinię clamet de hoc actu reiterabili, vt c. qualiter & q̃ñ, l. ij. & ibi. In. ext. de ac. & ad id facit c. ſup eo, ext. de eo, q cog. cõſang. vxo. ſuę, & extr. de purg. cano. c. ij. &

vide amplè Bart.in l.ob carmen,§. teſtes.& addit ibi dem.ff.de teſtib.vbi quæritur quõ quis probetur vſurarius,& extra de electio.c.cũ dilectus. vbi ſingularitas teſtium reprobatur regulariter. Singuli tamen de collegio admittũt ĩ teſtimoniũ pro collegio,vt ibidẽ: idem etiã dicẽdum eſt in ciuili, vt ſi dicam q̃ poſſederim, & inducã plures teſtes,&vnus dicat ego vidi eũ poſſidere per annũ, alij p alium annũ,& ſic de cæteris : eorũ teſtimoniũ tenet.Quia hoc ſolũ quæritur, an poſſederĩ: quod omnes teſtes dicunt,vt glo.in d.l. ob carmẽ,§.fi.in fi.ff.de teſtib.allegat l.ſi quis libertatem,§. quotiens .in fi.ff.de petit.hære.&ff.de p̃bat.l. ſi arbiter,&l.ĩ omni,eodẽ, & ff. de ædilit. edict.l.j.§. cauſa eſt. In defectu ergo p̃bationũ,vbi ex qualitate delicti, ſeu negotij natura nõ põt haberi p̃batio legitima,admittitur probatio minus legitima,& aliàs inſufficiens, tex.cũ glo. in c. præterea, ext.de teſtib.& app.in ca.venerabilis,col. ij.extra de teſtib.cogẽd.& l.ſi hi qui adulterij. c.ad l. Iul.de adult.

F ☞ VESPERTINAM.) Nox enim aggrauat delictũ,vt c.ad l.Iul.de adult. l.Gracchus,& ff.de effrac.l.fi.Nam tenebræ ſunt aptę ad malum committendum, vt ff. de vent.inſpic.l.j.§. tria luminaria.

G ☞ IVXTA fontem crucis.) Teſtis enim debet deponere de loco,vt d.c.nos,§.Itẽ Daniel.ij.q.vij. Si autem interrogaretur particulariter , & diuiſim de loco loci,puta ĩ qua ſtrata,& qua pte ſtratæ,agri,vel dom⁹, & dicat ſe neſcire,in qua parte ſtratæ,agri,vel dom⁹, ob hoc non eſſet repellendus à teſtimonio, arg.leg.ſi quis fundum,ff.de acquir.poſſeſſ. quam vide.

H ☞ VOCEM Craſſi.) Valet teſtimonium de auditu auditus,ſiue de auditu alieno,videlicet quãdo quis audiuit vocẽ alicuius,licet non viderit loquentem,& ſit paries medius vel cortina inter teſtem, & loquentem auditũ,vt glo.not.in l.ij.§.idẽ Labeo,l.j.in verſ. audierint,ff.de aqua pluuia arcend.& Bal.in l.conuenticulã, c.de epiſc.& cleric.Et ſic qñq; credulitatis teſtimoniũ recipitur,vt glo.in d.§. idem labeo.& in aut.vt hi,qui ob ſe.habe.phib.res mino.& §.ſiverò abſũt,& in aut. de ſanc.epiſco.§.j.col.9.

I ☞ ANIMADVERTISSE.) Hic teſtis deponens ſe vidiſſe probat, licet interrogatus aliam cauſam non deponeret,vt c.cũ cauſam, extra de teſtib. quia in dicto ſenſu exprimit q̃d verũ eſt.quod enim demõſtratum eſt,amplius demõſtrari fruſtra eſt : nec repugnat q̃ viſu decipi poteſt,ſimiliter & in cæteris ſenſib⁹ , vt l.j.in fi.ff.de dote prælegat.ſufficit enim ſi teſtis interrogetur de aliquo viſibili , per viſum cauſam reddat, vt dicat quòd id ſcit ſcire, quia vidit:& eodẽ modo ſi de dicto,vel cantu p̃ auditum:& iſtud legibus comprobatur,vt ff.de teſtamẽ. l.qui teſtamẽto,§. fi.ibi,dicant quid nouerint,& aut. de hære. & falc. §.ſi verò abſint.Iſte tamen teſtis ſolus probationem non faceret . Nã vnius teſtimoniũ nemo iudicũ in quacunq; cauſa facile patitur admitti:cum vnius teſtis reſponſio non audiatur, etiam ſi præclaræ curiæ honore p̃fulgeat, l. iuriſiurandi, in fi.c.de teſtib. & talis p̃batio dicitur minor probatio,quæ rem perfectè non demonſtrat , ſed indiget ſuppleri per alium,aut alios teſtes,aut iudicia.Si tamen eſſet caſus torturæ; eſſet ſufficiens probatio , ad perueniendum ad tortu ram . Nam vnus teſtis de viſu,facit iudicium ad torturam,vt gloſ.in leg. iij.c. ad l.Iul.maieſt. & c.fi. extra de iureiur.& leg. fi. ff. de quæſtio. & hoc in priuatis perſonis. Porrò in principe ſecus. Nã principis verbo, eiúſque narrationi ſuper rebus per ſe,vel in ſua præſentia geſtis creditur,etiam ſi ſolus teſtificetur.per ca. cum à nobis , extra,de teſtib.q̃d & in his quoque,que ante principatũ ſe præſente geſta ſunt locum habet,glo.ſing.in ca.j.in verbo ſtatuit.de renuncia.lib.vj.glo.in c. ad apoſtolicę,in verbo,promiſiſſent,de re iudic.eodem.lib.

K ☞ NVDIS enſibus.)Debet inquiri quo genere teli fuit facta percuſſio.Nã animus occidendi probatur ex qualitate percutiẽdi.debem⁹ eñ inſpicere quo gladio, baculo,aut lancea:& ſi talis percuſſio fuerit facta in capite,aut in alia parte corporis : quia cum graue ſit inſtrumẽtum,non ſolet leuem plagam inferre , tũ etiam ratione partis,ſcilicet capitis,in qua quis fuit percuſſ⁹, in qua de modico quis ſolet lædi letaliter,vt c.ſignificaſti.in fi.extra de homicid.& l.j.§.diuus, ff. ad l.cor. de ſicar.& c.eodem.l.j.&.iiij.

L ☞ DIFFVGIENTEM.) Vbi quis viſus eſt fugere cũ gladio euaginato,& ibi quis reperitur mortuus, ex hoc eſt homicidiũ manifeſtum q̃ ipſe fecerit, quia reperit in actu p̃pinquo ad ipſum delictũ,per l.fur.ff. de furt.ad probandũ aũt illud manifeſtũ,& notorium

veſpertinam, F in ſua officina ſedentem,vehementem clamorẽ maximúmque tumultum iuxta fontẽ crucis G Troueri audiſſe, ſtridentes enſes,iurãtes homines mortem , & ſanguinem dei, identidémque repetentes,occide,occide.Contrà in ijſdem turbis alios exclamantes, Obſecro populares ferte miſeris,atque innocentibus auxilium : ſubuenite inopibus.inter eos etiam audiuiſſe vocem Craſſi, H aduocati, quibus auditis perterritum aperta altera officinę ſuę feneſtra candelam lucentẽ p̃tuliſſe foras , ac animaduertiſſe, I dictos Thraſonẽ, & Caligulã nudis enſibus, K hinc atq; illinc cedẽtes , humi proſtratos dictos defunctos.Pariter conſpexiſſe nobilẽ Deſideriũ Anippũ denudato enſe poſt inſultum cum ſupra dictis & pluribus alijs diffugientem, L ab eo ta-

sufficiunt duo testes: sicut duo possunt probare famã, vt cap.tam literas,extra de testib. Et per duos testes probatur quòd septem interfuerunt,vt c.de bono.possess.l.bonorum . per duos etiam testes probatur subscriptio trium,vt c.de fid.instru.l.comparationes, & c.de testib.leg.testium,& glo.in cap.dominus omnipotens, §. quando autem crimen est notum iudici. ij.q.j.

men percussum neminem, quod sciuerit. Adhæc alios sibi ignotos insolentius,atque atrocius ferentes.Ac ex reis se agnoscere posse duos, vel tres ipso intuitu :[M] quorum vnus est prolixa barba,[N] capillóque tonso:alter imberbis Cęsarie tõsa,& femoralibus dissectis : alius , & tertius thorace rubeo, cum caligis,& calceamentis albis, nec rara nec prolixa barba. Præterea dictũ Irum post supra nominatos ligneũ baculum gestãtem à cruce Tiroueri lata via sancti Honorati solum versus pœnitentium Vestalium cœnobium fugientem.[O] In cæde fuerit,nécne nescire omnino . Tandem paulò pòst dictos exanimes,& grauiter vulneratum Dauum ad chirurgum baiulari,continuó que apparitores adfuisse, qui mortuorum consignarent frontem viridi cera, in prætoriúmq; detulisse. Atq; famam esse[P] dictos Thrasonem, & Caligulam iniquos, & sceleroſos : eos, complurésque alios ab illis occisos.Sed hoc vltimum se scire,verum ex auditu[Q] tantũ. Hæc nec alia,aut plura scit,dixit,& vidit de expositis in libello diligenter auditus,interrogatus, & examinatus.

M ¶ IPSO intuitu.)Si testis petat sibi exhiberi rẽ, vel personam, de qua interrogatur,vt illam cognoscat : debet fieri exhibitio personæ cum indumentis, & qualitatibus eius,secundum Bart.in l.si cum exhibuissent,§.ante autem,numero secũdo.ff.de public. & vectigal.& l.stigmata, de fabricens.lib.xj.c. quia veritas magis oculata fide,quàm per aures animis hominum infigitur, vt §. fi.Insti.de grad.cognat.vn de Horatius in arte poetica,Segnius irritãt animos demissa per aures , Quàm quæ sunt oculis subiecta fidelibus . Plus est ergo factis demonstrare, quàm verbis dicere,l.si tamen,§. ei qui,ff.de ędilit.edict.

N ¶ PROLIXA barba.) Vbi is, cuius causa noxali actione agitur est absens, nec tenetur eius nomen, sed ignoratur : inquirendum est de eius signis,quę indumenta gerit,quam faciem habet,an sit iuuenis, vel senex,vt Bart.in l.j.de mendicant. valid. lib . xj. c.& captus reus exhibendus est testibus, ad recognoscendũ.vt l.iij.§.si quis noxali,ff.ad exhib.& infra suo ordine dicemus, & possumus agnosci ex aspectu. Nã per caput, cuius sit imago dignoscimus, l.cũ quis. ff.de relig.& sumpt.fune.& l.item apud labeonem,§. cum quis, ff.de interrog.

O ¶ FVGIENTEM.)Fuga enim facit indicium,vt supra dixi , maximè vbi inuenitur in actu proximo delicti, vt l.lege cornel. ff.ad senatusc. Syllan. ibi versic.cauetur. vt de his qui ante quæstionẽ habitam fugerunt,leg.Iul. de sicarijs, iudicium fiat: ita vt ex vinculis causam dicant,& conuicti perinde, ac si seruui,puniantur.

P ¶ FAMAM esse.)Testis deponens super fama debet nominare,à quibus audiuit : nec requiritur, quòd nominet omnes , sed satis est quòd nominet aliquos, & ab alijs, de quibus nõ recordatur,dicat se audiuisse, vt Bart.in l.de minore,§.plurium,num.23.ff. de quæstio.Quæro quot testes requirãtur pro communi opinione,vel fama,glo.in l. iij.§.idem diuus, ff. de testi.dicit,quòd maior pars populi debet esse in illa opinione,sed l.j.c.de testib. & l.si arbiter,ff.de probat. videntur dicere, quòd omniũ debeat esse opinio. Tamen secundum Bart.in d.l. de minore,§.plurium, dicit , quòd sufficit fama inter vicinos,& consanguineos,per dict.glo.l.iij.§.idem diuus , ibi multorum opinio qui hoc scire possunt,ff.de testib . Quomodo autem testes debeant deponere super communi fama,vel opinione,do. gl. in cap.j. de præscriptio.libro sexto.

Q ¶ EX auditu.) Hoc testimonium de auditu alieno non probat, vt ca.licet ex quadã,& cap. series,extra de testib. & ff.de aqua pluuia arcend.l.ij.§.idẽ labeo,& not.c.de testib.l.testium . Si autem scriptura continens dicta testiũ despiret,& extarent qui dicerent se vidisse aliquos testes idoneos iurare in causa, & solenniter examinari, & dicerent se vidisse, tunc eorũ testimonio standum esset,vt not.ff.de testib.l.curent.& c. eodem, l.testium. Et ideò vbicunque dictum testis habet se in plus,sed ratio testis habet se in minus,vt hîc,in prędicta depositione.Tunc ratio minuit dictum.Vel si ratio esset friuola, & non concludens,tunc etiam trahit ad se dictum,vt nõ concludat,nec probet aliquid , vt hîc in illis verbis, alios plures occiderunt: & hoc scit esse verum,quia dici audiuit. Et hoc probatur per rationem naturalem, quia cum ratio sit fundamentum,destructa ratione,destruitur fundamentum,vt Bal.in l.conuenticulam,c. de episcop.& cleric. Si autem dictum, & ratio congrueret, & vtrunque tendat ad probationem,esset efficax probatio.Si autem neutrum tendat ad probandum, tunc

certum eſt,quòd nulla reſultat probatio: quia ex impertinentibus nil pertinẽs poteſt reſultare,iuxta not. in ſimili.in l.j.in princ.ff.de edendo.vbicunque ergo oppoſitum eius,quod teſtis deponit, non poteſt ſtare cum veritate cauſæ, per quam teſtis fundat dictum ſuum: ibi nunquam teſtis probat.quia ad conceſſionem cauſæ impertinentis, vel non inferentis,non ſequitur conceſſio antecedẽtis. verbi gratia,teſtis dicit, ſcio quia credo. quia credulitas ſtat cum oppoſita veritate ſimul; id eſt, ſtare poteſt, teſtis nihil probat.Nam poſſibile eſt, quòd ego credo,tamen nõ eſt verum, vt not.c.de teſtament.milit.l.de tutela. Sed vbi teſtis in dicto minus probat, in ratione vero probat efficacius, ſemper attenditur ratio.vt exemplum:teſtis dicit: Credo, quia vidi & præſens fui,tũc probat vi rationis: quæ neceſſario infert ita eſſe & fuiſſe.& ſic ratio eſt in teſte, quæ dat eſſe rei, id eſt teſtimonio,vt not. c.de teſtib.l.ſolam, & ff.de acquir. poſſeſſ.l. ſi is qui animo. maior ergo difficultas,quæ ſit in materia teſtium, eſt concludere per rationem. vnde ſi teſtis diceret ita,nihil ſcio, niſi quia vidi contenta in articulo: illa ratio præponderat dicto,quia probat veritatem articulo,vt autent. ſed iudex.c. de epiſcop. & cleric. dum dicit, dicant quod nouerint,& ff.de teſta.l.qui teſtamento.§.j.& ff.de teſtib.l.teſtium,in verbo,preſto fuerint,& in verbo,ſub preſentia.Et nota,quòd ratio teſtis non debet eſſe idẽ quod dictum,ſed aliud à dicto. Et ſufficit, quòd dictum ſit in genere, & ratio foret in ſpecie, vt not. in l.j.in glo.& ibi Bart.ff.de exceptio. facit quidem not. Bal.in.l.fi.ff.de offic.procur.Cæſar.

A ☞ VT præcedens productus.) Quæritur teſtis productus in iudicio,& non citatus monitus iurat, & deponit, an valeat eius depoſitio? Et primo videtur ꝙ non,l.preſbyter,c. de epiſcop. & cleric. nam videtur ſuſpectus,ex quo ſe ingerit,per dict.l.contrarium tamen determinatur. nam eo ipſo, quòd iudex defert iuramentum teſti, tacitè videtur eum monere, quòd deponat verum, per glo.in l.poſt legatum,§.is vero, ff. de his,quib. vt indig. & ita ſentit Bal.in d.l.preſbyte.Quid autem,ſi teſtis citatus, vt veritas occultetur, nolit comparere? an vt falſus teſtis poſſit puniri? dic ꝙ non,vt Innoc.in cap.j.extra de falſ.quia falſitas teſtis eſt propriè periurium:ſed talis teſtis nõ eſt periurus,quia non acceſſit ad iurãdum: ſed ſecundũ quoſdam tenetur de falſo in genere, quia facit nè veritas appareat, animo occultãdę veritatis:quod nõ creditur verũ, niſi forte eſſet teſtis rogatus, qui aſſumpſit ſibi officiũ teſtificãdi.Nã poſt aſſumptũ officiũ,non debet tacere veritatẽ,vt l.j.in princ.ff.ad leg.Cornel. de fal. Tamẽ probabilius eſt dicere, ꝙ criminaliter puniatur crimine ſtellionatus: & ciuiliter teneatur parti, vel Reip.per actionẽ de dolo, arg.eorũ,quæ not.per Cy. in tit.de ſepul.viol.& Bal. in l.preſbyteri.c.de epiſc. & cleric.

Secundus teſtis.

Lucius Licinius tonſor Pariſijs in dicto vico ſancti Honorati ſub interſignio Elementorum habitans triginta ſuæ ætatis annorum,vti refert,teſtis,vt præcedens,productus, [A] & iureiurando [B] obſtrictus tactis dei ſacroſanctis euangelijs,dixit dictos conquerentes, & pariter dictos defunctos probos, & honeſtos nouiſſe,tam intuitu q̃, cõſuetudine: quòd aliàs eorum fuerit vicinus. [C] Sed dictorũ reorum nullum,prę terquam Thraſonem,Caligulam,& Anippum: quos ſic biennio nominari vidit. [D] Ad hæc die heſterna ſub

B ☞ IVREIVRANDO) Quæro quid ſi tabellio negligẽs fuit in faciendo iurare teſtes,vel omittat iuramẽtũ, nunquid teneatur de falſo? Primo videtur ꝙ nõ:ſed debet ab officio remoueri,l.ſi quis,verſic. nõ ex malitia,ff.de off.præfe. præto. Dic tamẽ ꝙ cõmittit falſum,quia prætermiſſione ſolẽnitatis,falſum cõmittitur,vt c.de teſtamẽt. l.iubemus,in fi.& facit l.§. qui in rationibus,ff.de falſis,& Bart. in l.ſi quis legatũ,ff.eodẽ.Et hoc ideò eſt, qa iuramẽtũ teſtis eſt ſpeciale, & cauſa immediata, & locus eſt cõcomitãtia ſpecierũ, nõ generũ,vt c.abbate ſanè,de re iudic.lib. vj. Adeò ꝙ iuramẽtũ teſtis eſt magis ſubſtantia,& materia,q̃ ſolẽnitas.Ad hoc facit quod not.in Cle.ſæpe extra de verb.ſignifi.Et ideo ſi notarius,vel graffarius omittat dictũ iuramẽtũ, tenetur ad intereſſe partis,nõ ſolũ ratione falſitatis,quæ eſt ſtudioſa mutatio veri,ſed etiã ratione erroris,quia error ĩ graffario,& teſte,eſt lata culpa,vt l.fi.c. de magiſt.cõueniẽ.Si autẽ ſcriptũ ſit iuramẽtũ,vt hic,creditur graffario teſtẽ iuraſſe,vt not.glo.in l. Theopõp⁹, ff.de dote præleg. de quo ibi per Bartho.

C ☞ EORVM fuerit vicinus.) Videtur ꝙ huic dicto teſtis nõ ſit ſtandũ, quia ꝑ nullũ ſenſum corporis cauſam reddit.Dic tamẽ ſtandũ eſſe.ſufficit enim ſenſum exprimere,vel aliquid per quod ſecũdũ cõmuniter accidentia,ꝑ ſenſum habeatur notitia.quia eorũvicinus eſt:videtur ſecundũ quod cõmuniter accidit,vitam & mores eorũ defunctorũ cognoſcere, & per viſum cauſam reddiſſe quod videtur legibus cõprobatũ,vt c.de in integ.reſt.l.tutela,& ff.vnde cognat l.optaui.& extra de præſcriptio.c. quoſdã, & c.fi. & ff.locati,l. dominus horreorum,& ff.de fund.inſtruc.l.ſi ita, in fiñ. Et poteſt teſtis, & debet dicere, quod nouit, ſcilicet quod ſenſu percepit, vt ff.de teſta.l. qui teſtament.§. fi. & l.j.ff.de flu. & ne quid in flu.

D ☞ NOMINARI vidit.) Quæritur an valeat hoc dictum teſtis cum magis auditu,q̃ viſu percipitur actus nominãdi? Reſpõ.Iaco.de Aret.& Cy.in l.teſtiũ,c.de teſtib.& per ſpecul. in titu.de teſti.§.nunc tractandũ, verſic. de auditu, ꝙ appellatio videndi, videtur cõ-

horam nonam veſperi [E] audito clamore ſua è tonſtrina inviam accenſa candela proſilijſſe,& circũactis vndiq; oculis aliquot homines,numero decẽ, aut plures,mucronibus immiſſis pręcipitãter irruentes cum hac adhortatione, Occide morte dei, Occide: ac crebris ictibus pulſantes dictos Craſſum,Plutum,Xenium cõſpexiſſe. Mox eoſdem Craſſum, Plutũ, Xenium collapſos ad fontẽ crucis Tiroueri, Dauũ ſe, & magiſtrum Craſſum gladio defendentẽ, [F] & in aduerſarios fortiter reluctantem: cæſis,ac proiectis, interim rauca voce clamantibus, atq; inuocantibus modo deũ,modo Ieſum,modo amicos,modo adiutorium, modo confeſſarium. Atq; illico vicini per altiores ædiũ feneſtras ignita ſtramina vndequaque dimiſiſſe,vt dignoſcerentur interfectores,crebríſq; micans erat ignibus æther. Præ-

munis ad omnẽ ſenſum,quo aliquid percipitur.Quotidie enim dicimus,vidi tale vinum eſſe dulce,& vidi talem rem eſſe mollem.Sępe enim dicimus, manibus tangere, id quod non eſt tangibile, vt in epiſto.cano. Ioannis in princ. ibi, manus noſtræ pertractauerunt, quæ ſunt de regno vitæ, ſed in noſtram claram peruenit notitiam &c.

E HORAM nonam veſperi.) Teſtis examinatus ſuper maleficio, ſi non eſſet interrogatus de loco & tempore, non valeret eius dictum, neq; depoſitio,vt not.Bart. in l.j. §.Item notandum, ff. de aleato.& Bal.in l. conuenticulã,C.de epiſco.& cleric. nam in facto, & actu non reiterabili, vt in homicidio,requiritur ſcientia tẽporis,& loci, vt c.teſtes, §. fi.iij.q.ix.ſecus autem in actibus reiterabilibus,vt c. ſuper eo,extra de eo, qui cogno. conſang. ſuæ vxo. & glo. in c. nihilominus, iij.q.ix. & etiam glo. in l. ob carmen.§.ſi teſtes,ff.de teſtib.Et ideò teſtis interrogatus ſuper vno facto,ſi diſcrepet de tempore, & loco, repellitur à teſtimonio,vt c.teſtes.§.fi.iij.q.ix.

F DEFENDENTEM) Quæriturquomodo hic teſtis probet defenſionẽ: dic q; eo ipſo, q; teſtis dicit aliquem veniſſe cum cultello contra alterum, qui venientem ſtatim occidit, probatur defenſio occidẽtis. vt l.ſed & ſi quemcunq;.& ibi Barth.ff. ad l.aquil.tangitur per glo.in l.ij.c. vnde vi, & l. ſi ex plagijs.§. tabernarius,ff.ad leg.aquil.Sed talis defenſio debet fieri cum moderamine inculpatę tutelę,vt l.j.c.vnde vi. & l.vt vim,ff.de iuſtit. & iur.moderamen autẽ inculpatæ tutelę,eſt offenſio circa defenſionem, & dicitur moderata defenſio,quãdo aliter quis nõ poteſt euadere,ſiue pertrãſire,quin recipiat offenſionem,vt d.leg. vt vim,& ibi Barth.ff. de iuſt. & iur. & l.ſcientiam,§. qui cum aliter,ff.ad leg.aquil. & glo.in l.j.c. vnde vi, Bart.in d.l.vt vim,dicit,q; ad maiorem cautelã,defenſor debet clamare, ſuccurrite, vel occurrite,vt docet gl.in l.iiij.ff.ad leg.aquil.& in l.furem nocturnũ,ff. ad l.Cornel.de ſica.Et adhuc determinat Barth.in d.l.vt vim,q; ſi quis ciuis in ſua ciuitate eſt offenſus, & potuit fugere,& non fugit,quia timet verecundiam in fugiendo,optime poteſt ſe defendere, vſq; ad actum ociſionis. quia eſt magna offenſa & verecundia. Sed in illo qui non timet verecundiam,vt eſt Florentinus, in quo non eſt verecundia,debet fugere: q; ſi non fugiat (quod tarde euenit) punitur. Et hanc opinionem ponit Cy.in l.j.C.vnde vi,& Barth.in l.j.ff. eodem. Sed quæro,vtrum ob tutelam alterius, liceat alium offendere:vt in tex.noſtro.Reſpon. affectionem conſiderari debere. Nam iniuria facta filio,fit patri: & ſi facta fuerit vxori, videtur facta viro, vt l.j.ff. de iniur.Si facta fuerit conſanguineo, videt facta ſibi, vt l.lex Cornelia,ff.eodẽ, & leg.j.ij.&.iij. ff. de lib. cauſ. Et ſi facta domino, videtur facta ſeruo,cũ beneficio affici hominẽ interſit hominis,affectionis ratione.vt l.ſeruꝰ, ea lege ff. de ſeruis export. & ff. de tutel. & rat. diſt.l.j.§. ſed nõnulloſ. Et ideò his caſibus, licita eſt offenſio pro defenſione cõſanguineorum, vel dominorũ, vt d.l.vt vim,iuncta glo. & ibi Bart. Quando autẽ offenſa eſt licita, defenſio de facto poteſt prohiberi, vt Bart. in l.facultas,nu.3. c.de iure fiſci,lib.x.c. An autem extraneo non coniuncto pro defenſione alterius liceat alium offendere? dic q; ſic, ſecundum Barth.in d.l.vt vim.nu.7. ff.de iuſtit.& iure,quia cũ ſit permiſſa defenſio, pro tutela rerum ſuarum, conuocatis amicis,& vicinis, vt l.iij.& l.cum fundus.ff.de vi,& vi armat.Multo fortius pro corpore tuendo, vt l. ſancimus.in fi.c. de ſacroſanc.eccle. Cum enim inter nos cognationem quandam natura conſtituerit, quia omnes ab Adam deſcendimus,hominem homini inſidiari nefas eſt, vt d.l.vt vim.Et ita videtur omnis peccare,qui non defendit alium,ſi poteſt, vt glo.in c. quantę, extra de ſenten.exco.alleg.xxiij.q. iij.c. non inferenda,& c.vlti.Et ſi non poſſit aliter defendere,ſaltem defendat clamore. Sed videtur q; quis non teneatur alium defendere,ſi velit:quia licitum eſt recipere pecuniam pro defenſione alicuius, vt ff. Quod metus cauſa,l.metum,§.ſed licet,non repetitur ſi data fuerit, vt ibidem dicitur,& ff. de donat.l.ſi pater.§.j. Ergo vnus alium defendere non tenetur. quia ſi ad hoc teneretur,pecunia repeti poſſet:cum indebitè exigeret, vt ff.de cond.ob.turp.cauſam,l.ſi. Opinio tamen Ioã. eſt,q; quilibet tenetur defendere aliũ per capitula præ dicta &.xc.diſt.c.præcipimꝰ,& iij.q.j.c.nulli,& c.ſeq. Nec obſtat quod dicitur,q; poteſt dari pecunia pro defenſione.Nã & officiali datur pecunia, qui tamen gra-

tis tenetur impendere officium ſuũ vt xxiij.q. v.c. nõ ſane. Et hoc pertinet ad publicũ ius, vt j. diſt. c. ius publicum, vnde propter publicam vtilitatem, ampliãda ſunt verba edicti, quia fauore religionis multa contra rationẽ inſtituunt, vt ff. de relig. & ſumpt. funer. l. ſunt perſonę. Sed hæc ita generaliter dicere graue eſt, quoniam poſſet aliquis periculum incurrere. Vnde alij dicunt, quòd ad ſolos iudices, vel alios, qui habent aliã poteſtatem, pertinet, & nõ ad alios, & ad hoc tenentur ratione poteſtatis, & nõ alij, vt xxiij. q. iiij. c. forte, & c. duo iſta nomina. Vnde ſi ego qui non habeo aliquam poteſtatem, video q̃ quis vult verberare clericũ, ſiue percutere, ſine meo conſilio, vel auxilio: non credo q̃ ſum excommunicatus, ſi non prohibeo illum, licet aliàs forte peccẽ: quia ipſum nõ defendo, cum poſſim. pœna enim nõ debet amplius egredi, q̃ delictũ reperiatur: vt extra de his quę fiũt à maio. parte ca. j. c. quæ ſunt, & c. de pœnis, l. ſancimus. Et quod dicit, qui cum poſſunt, intellige de his, qui ratione poteſtatis, quam habent in illos, ad hoc tenentur: aliàs conſentire videntur, & præſtare auctoritatem, ſi vident illum, & non prohibent. Alia eſt prohibitio ſociorũ, & aliorũ quia illi ſolũmodo admonẽdi ſunt verbis, ſed non factis, vt dicit H. lxxxiij. diſt. c. error, ar. cõtra. xxiij. q. iij. c. non inferenda. Vbi dicitur, q̃ tenẽtur iniuriam propulſare à ſocio, ſed ibi exponitur, ſi poteſt, id eſt, ſi eſt in poteſtate conſtitutus. Etſi tenear iniuriam propulſare, nõ tamen ſum propter hoc excommunicatus. nam nullus eſt excommunicatus ex facto alterius, niſi participando, vel in locutione, vel in oratione, aut in crimine, vt c. ſuper, extra de ſenten. exco. vel niſi mandatum, vel auctoritatem præſtiterit, vt c. mulieres, eodem, ſed is nullo tali modo participat. Et capitula, quæ inducit Ioan. pro ſe, loquuntur de prælatis. Hæc d. glo. in d. c. quantæ, extra de ſenten. excommu.

terea inter homicidas cognouiſſe [G] ſupra nominatos Thraſonem, Caligulã, & Anippum enſes exertos circũferentes cum cæteris cõſcijs, & participibus hac atq; illac à cæſis curſitantes: nõnullos, præter Thraſonem, Caligulam & Anippum agnoſcere ſi iſterentur, & oſtenderentur: quorum vnus erat proli xa barba, & crinibus tonſis, caligis partim rubeis, partim croceis. Alius thorace rubeo, & caligis albis. Hæc teſtatus eſt, & dixit, plura alia neſciens, de omnibus querimonię articulis, ſiue capitulis diligẽter percũctatus, iuratus, auditus, atq; examinatus.

Tertius teſtis.

Claudius Cornelius in foro Lutetia no (nominant Caſtelletum) procurator in quadriuio Guillorio habitãs, quadragenarius, vti affirmat, aut circa, teſtis productus, & iuratus vt ſuprà, dicit defunctos recitatos tam viſu, [A] q̃ cõſuetudine nouiſſe: ſed de reis nullum, demptis tamen nobili Girardo Milone, & duobus eiuſdẽ famulis, quos tantũ de facie cognoſcit: quorum vnus eſt ætatis viginti quinq; annorũ: alter verò tredecim [B] aut circiter. Inſuper nudiuſter-

ſupiori quo ad nominatos Thraſonẽ, Polemiũ Anippũ. Quod de neceſſitate fieri decet, vt Bal. in l. nõ hoc C. vnde legit. alleg. l. non omnium, ff. de legib. & l. fiñ. ff. de offic. procur. Cæſa. Et talis probatio, quæ fit per duos teſtes de veritate, dicitur eſſe mitior, & ſufficit in ciuili, & criminali, l. vbi numerus, ff. de teſtib. In criminali tamen facilius eliditur. q̃ in ciuili, quia in criminali debent eſſe teſtes omni exceptione maiores, vt l. fi. C. de proba. Sic in probatione proſpectiua, ſiue intuitiua, quando teſtes deponentes viderũt factum, & deponũt de hoc in ſufficiẽti numero, & qualitas teſtiũ eſt approbata in iure, tũc talem probationem, appellamus pleniſſimã: quia quicquid ei adiungitur, ſuperuacuũ reputatur, de quo talis datur regula. q̃ ſi conſtat de crimine per hũc modum, nõ recipitur negatiua probatio in contrarium, vt Bal. in l. ſciant cuncti, C. de proba. & extra de probat. cap. ad noſtram.

A TAM VISV) Teſtes debent cognoſcere partes, & illis eſſe notæ, vt l. ſcimus, §. q̃ ſi ignarus, in verbo ibi, teſtibus videlicet aſſumendis, qui hęrẽ cognoſcãt, iuncta gl. in d. verſi. cognoſcãt, C. de iure delib. regula autẽ eſt, q̃ vbicũq; teſtis nõ teſtificatur de facto eius, contra quẽ producitur, eius teſtimoniũ valet, licet non cognoſcat eũ, cõtra quẽ producit, verbi gratia, teſtis deponit me tunc tẽporis fuiſſe abſentẽ, cum tale quid fieret, &c. Similiter in actione reali nõ requiritur q̃ teſtis cognoſcat illũ, cõtra quẽ eſt productus, vt ſi deponat in rei vendicatione, quæ per me contra te intentatur poſſediſſe me x. vel xl. annis, ſufficit cognoſcere tantum producentem. Si verò teſtis deponit de facto eius, contra quẽ eſt productus, vt ſi dicat, & deponat te vulnus tali intuliſſe, vel quid dixiſſe, tunc teſtis debet cognoſcere illum, contra quem producitur, vt gl. in l. teſtiũ, verſi. quãta fides, ff. de teſtib. & gl. in d. l. fi. §. q̃ ſi ignar⁹, C. de iure delib. cũ iurib. ibidẽ alleg.

G COGNOVISSE.) Iſta depoſitio concludit cum

B TREDECIM.) Probatio ætatis fit duobus mo-

dis:vno modo per teſtes de veritate: Alio modo per aſpectum.Quo ad primum remitto ad Barth.in l. de ætate,ff.de mino.Quo autem ad ſecundum,ſcilicet de probatione ætatis, quę fit per aſpectũ,videtur debere fieri per iudicem,vt ff.de mino.l.minor xxv.annis, adito præſide ex aſpectu corporis,&c.non autẽ per teſtes videtur poſſe probari,quia minor ætas non videtur:vnde ſi teſtis deponeret per aſpectum, eſſet magis iudex,quàm teſtis, cum deponere debeat de his, quæ percipiuntur per ſenſum corporeum, ſecundum Innoc.in cap. cũ cauſam, extra de teſtibus, & C.de teſtib.l.teſtium,& ff. de teſtamẽt.l. qui teſtamẽto,in fi.dic tamẽ ſecundũ Barth. in d.l.de ætate, q̃ percipere per ſenſum corporeum, ſine indicio alterius non ſufficit. Et ideo impuberes,licet ſenſu percipiant,tamẽ quia intellectus nõ iudicaret,propter ætatis defectũ, non ſunt idonei,vt l.lex Iulia,ff. de teſtib. & l.j.C.de fal. monet.Item ſubſtãtia rei, vel perſonæ nunquam percipitur per ſenſum corporeũ immediate. Vnde ſi tu diceres,q̃ hoc ſcamnum eſt de ligno:quare? quia vides lignum,impropria eſt locutio:nam tu vides colorem, qui in obiecto viſus,ex colore iudicas, q̃ eſt lignum, vnde iſtud percipis iudicio intellectus, per colorẽ repræſentatum in intellectum per viſum, & ideò, licet hoc non percipiatur immediate per ſenſum, valet teſtimonium,vt in auteñ.de teſtib.§.& licet,& C.de teſtib.l.teſtiũ,cum auteñ. ibi poſita. Teſtes igitur poſſunt probare ætatem per viſum, & aſpectum, vt hic. Nam in eo quod eſt cognoſcibile per aſpectum, ſecundum communem hominum notitiam,in eo eſt ſufficiens redditio rationis in teſte per aſpectum, licet iſtud conſiſtat in iudicio intellectus,tex.eſt in l.pediculis,§. Nerati[9], ff.de aur.& argẽt. lega.& C.de cano. fru.vrb.Ro.l.j.lib.xj. C. ibi iſta teſtatio præſens aſpectus probet nihil in his eſſe vitij &c. Et ſic teſtis per aſpectum reddit ſufficientem rationem, & facit plenam fidem,hoc probatur in l.de ætate,in fi. ff. de minor.xxv.annis.

C ☞ IN preſentiarũ nõ meminit.)Obliuio in teſte nõ eſt lata culpa:quia licitum eſt,& ſi non recordatur, dicere non recordari,per not.Bart.in l.j.§.ſi quis,ff.quẽ admo.teſta. aper.& eſt etiam multum excuſabile dictum teſtis, ſi dicat ſe non recordari dę tẽpore,vt Innoc.in cap.qualiter & quando,extra de accuſa.Si autẽ eſſet quæſtio de facto ipſius teſtis, certum eſt, q̃ debet recordari eſſe certus, & memor eorum, quæ fecit vt not.Barth.in l.filio, ff.de adimend.lega. Aliàs non reddens cauſam concludẽtem, quare non recordetur, tenetur pœna falſi: ſicuti ſi deponeret tacita veritate, vt l.preſbyteri, & ibi Bal.C.de epiſc.& cleric.Si verò eſſet probabilis cauſa obliuionis, non puniretur teſtis,vt Bal.in d.l. preſbyteri. Et debet teſtis magis recordari de loco,& de perſonis, q̃ de die, & tempore,ibidem Bal.& Innoc. in d.c.qualiter.

tius prandendo in parui cerui diuerſorio huius vrbis,prope palatium cũ aliquot ſuis clientulis, quorũ in preſentiarum non meminit,[C]vidiſſe dictum Milonem, in alia diuerſorij menſa, pariter prandentem cum quibuſdam alijs ſibi incognitis,& inter alia ſuis ſodalibus narrantẽ cauſa, quæ agitata fuerat inter tunc viuentes,& nunc defunctos Plutum,Xenium, & ſe,aſtu & verſutia dicti tunc viuẽtis,& nunc defuncti magiſtri Chryſoſtomi Craſſi in parlamẽto aduocati,cecidiſſe.Prẽterea per ſanguinem Chriſti deierantẽ,ante elapſam hebdomadã ſe de aduerſarijs vindicaturum[D]:eóſq; nulla alia,quàm ſua manu morte perituros, [E] audientibus

D ☞ VINDICATVRVM) Regulariter iudiciorum vigor, iuriſq; publici tutela in medio videtur eſſe conſtituta,ne quiſq̃ ſibiipſi permittere valeat vltionem,l.nullus, C. de Iudęis,& cęli. Caſu tamen,quo quis eſſet implicitus ſceleribus, nec vellet venire coram iudice, nec iudex poſſet eum cogere, tunc permiſſa eſſet propria vltio offenſo, vt glo.in d.l.nullus,cum pluribus iurib.ibidẽ allega.

E ☞ PERITVROS.)Hic ſunt minæ præcedentes, quæ faciunt præſumptionem contra Girardum Milonem,vt Bal.in l. pacumeuius,ff.de hæred .inſtitu.& arg.l.ſi hi q adulterij, C. ad leg.Iul.de adult.& ff.mandat,l.ſi verò non remunerandi,& ff.de Repud.l.iij. & ad leg.Iul.maieſt.l.famoſi.Contrarium tamen videtur,quia ſæpe minus faciunt homines,qui magna minantur, arg.l.metum, ff. quod met. cauſ. Sed in hoc diſtinguendum eſt, an dictus Milo ſit bonæ famæ,vel non.Primo caſu ſi ſit bonæ famæ,& grauis perſona,non præſumitur: quia qualitas vitæ præcedentis elidit huiuſmodi indicia, vt extra de præſumptio. cap. cum in iuuentute,& ff. de re militari,l.nõ omnes.§.à barbaris.Ideò iudex ampliorem rei veritatem inquiret, vt C.de accuſ.l. ſinguli. Secundo caſu ſi ſit malæ famæ præſumitur feciſſe.ff. de ſuſpect. tutor.l. iiij. & C. ſiquis imper. maled.l.j. dũ dicit ex perſonis dicta penſemus, & ff.de actio. & oblig.l.ſi.intellige tamen ſi prælibatus Milo erat malus in eodẽ genere mali,& malæ famę,in eodẽ genere malitiæ, vt quia erat homicida,vel percuſſor, & ſolebat perducere minas ad effectum,vt d.l. non omnes, §.à barbaris,verſ.ſi autẽ emanſor,& Bart.in l.ſi. ff.de quæſtio.& Abb.in cap.tertio loco,extra de prob.Ediuerſo autem contra eum non præſumitur, vt quia erat meretricator, vel latro,aut fur, & ideò glo.in d.l. pacumeuius diſcutit, q̃ contra aliquem præſumitur, quia ſolitus eſt talia cõmittere,ſiue facere. Nã ex diſſimilibus nõ ſumeretur coniectura. facit ad hoc ff.de

excuſa.tutor.l. ſpadonem,§. quod nimiũ,vbi infamis, non tamen ſuſpectus in tutela, quia non eſt in eodem genere malitiæ,& facit C.de prob.l. iubemus,& ff.de edendo, l.ſi quis ex argentarijs, §.ij. Eſt ergo hic tantum indicium medium intellectuale veritatis elicien-

de ex ſingulari circunſtantia inſurgens, vt C. de rei vendic.l.indicia.Et dicitur indiciũ ab indicando, quia indicat,& demõſtrat,vt c. ex ſtudijs,de præſumpt.extra. Eſt tamẽ notandum ꝙ quando ex præſumptione hominis præſumitur contra aliquem propter malã famã ĩ eodem genere malitiæ,poteſt admitti probatio in contrarium,vt extra de ſponſa.c.cũ in tua,& ij. q.v.c.preſbyter & c.ſi mala fama,&extra de purgat. cano.& c.cum p.& ff.quod met.cauſ.l.nõ ẽ veriſimile, & contra præſumptionem veriſimilem inducũtur teſtes, vt c. quia veriſimile, extra de præſumptio. fortius ergo eſt inquirendum de maleficio, vt d.l. ſinguli,C.de accuſ.

duobus eiuſdem ſeruis ante conſpectũ ſtantibus,& ei miniſtrantibus cum nõnullis alijs famulantibus, & aſſiſtentibus.deinde heſterna dieveſperi ſub horam nonam à domo ſui cuiuſdam amici in platea ſcholæ ſancti Germani Antiſſiodorenſis habitantis,in ſuam redeũdo obuios habuiſſe Milonẽ,& eius ſeruos accelerantes à cruce Tiroueri per medium vici arboris ſiccæ,ac inter fugiendum,[F] ſanguinolentos[G] enſes tunicis abſtergentes luce ardentis tedæ, quã ſuus circunferebat puer vidiſſe,iactantémq; dictum Milonem hæc aut ſimilia,vt illi digne mulctati ſunt, ſteti ꝓmiſſis.audita ſimiliter & hæc à puero Dauide Dama,putare[H] demum hodie vulgo ferri dictos defũctos à dicto Milone,aut ab alijs eius cauſa, & ſuaſu ſuperiori nocte interẽptos iuxta crucẽ Tiroueri.Et hæc,nec plus,aut alia dixit.

Quartus teſtis.

Dauid Damas domeſticus dicti Cornelij, annorum ætatis ſuæ tredecim,[A] teſtis,vt præcedentes,productus,ſolito

F ☞ INTER FVGIENDVM.) Fuga eſt aliud indicium,vt d.l. lege cornelia ff.ad ſenatuſc.ſyllan.Fuga ſiquidem accuſat fugiẽtem,vt in auẽ.de teſtib.§.ſi verò noluerit,& fugiẽs habetur pro cõfeſſo,vt C. de aſſeſſo.l.iij. vnde ſua ſcientia,& fuga eũ condẽnat,vt ff.de ſuſpect.tutor.l.impuberibus,in fi.& ff. de teſti. leg.iij.

G ☞ SANGVINOLENTOS:) Delatio gladij poteſt eſſe indicium,quod lex præſumit ad malum, vt C. vt armo.vſus,l.vna lib. xj.& in aut.de armis,col.vj. Sanguinolentia gladij dicitur aliud indicium,ex quo capitur coniectura ſicut & aliàs ff. de donat. inter vir.& vxo.l.vtrum.

H ☞ PVTARE.) Dicitur quãtum ad iuris effectum, quod iuſta ratione putatur,vt l.cum quidam,§.j.ff. de acquir.hęred.ibi,quod ſupereſt. Iuſta autem ratio eſt ſi illud dicatur ab eo de cuius facto agitur:quod enim aſſerit,credere videtur,vt d.§.j.ibi, ꝙ ſi putetur, niſi dictis ipſius habeat communem opinionẽ cõtrariam, vt d.§.ibi,quid ergo ſi ipſa. Totiens igitur ei ſua præſumptio proficit,quotiens concurrit cum veritate, vt d.l.Cum quidam,§.quod dicitur,ibi, totiens igitur, ff. de acquir.hæred,vide Bart.ibidem.Si tamen teſtis diceret,& deponeret aliqua vera eſſe ſimpliciter, quia ita credit,non eſſet eius dicto ſtandũ:quia magis iudicaret,quàm teſtaretur:niſi cauſam,propter quam credit,ſufficientem annectat,vt Cy.& Iac.de Aret.in l.teſtium,C. de teſtib.poſt glo.ibidem.

A ☞ AETATIS ſuę.) Tredecim hic teſtis videtur reprobari à iure defectu ętatis:quia in criminalibus teſtes debẽt eſſe maiores viginti annis,vt l.in teſtimonium,in fi.iuncta l. præcedẽ.ff.de teſtib. Dic,ꝙ licet memoratus teſtis ſit ſuſpectus ad teſtimonium ferendum, tamen concludit eius depoſitio:quia eſt cõformis præcedẽti depoſitioni habili.Ita ꝙ ſi præcedens depoſitio reperiatur omni exceptione maior, ſcilicet ſine obiectione, & reprobatione:iſta vlt.inhabilis depoſitio ſupplebitur per habilem,vt not.Bal.in leg.ſi quis,§. quid enim,in princ.ff. de edendo,& Iaſon in l. cunctos populos, col.xij.ver.ſic.iſtam regulam ponit Bal.in. ij. lectura, C. de ſumma trinit.& fid.catholic. Nam propter communionem,& ſocietatẽ inhabiles gaudent priuilegio habiliũ, vt eſt tex. in l. ſi communem fundũ, ff.quemadmo.ſeruit. amitta.& Boerius in tit. de iuriſd.omniũ iudic.§.ix.glo. iij.Dic etiam,ꝙ licet ſit inhabilis per ſe, tamen facit indicium,etiam licet ſit impubes,dum tamen ſit doli capax,vt glo.in d.l.in teſtimonium,& l.fi.ff.de liberali cauſa. Impubes ergo, vel paruulus teſtis eſſe nõ poteſt,ideò quia omne quod teſtibus aſtipulatur id iurationis adiectione affirmare debent,vt cap.j.xxij.q.j.& cap.quãquã,xiiij.q.ij.Sed paruuli, ſiue pueri ante annos quattuordecim non coguntur iurare,quia ſine ętate rationabili ſunt,vt cap.paruuli,& ca.pueri,xxij.q.v. Igit non poſſunt eſſe teſtes,quia iuramẽto debet adeſſe iudiciũ,vt iiij.q.iij.c.j.verũ hęc etas neſcit quid agat, vt C.de fal.monet.l.j.nec poteſt impubes peierare,vn de ſacramentum calumniæ præſtare non poteſt,l. qui iuraſſe,ff.de iureiur.poſſet tamẽ dici, ꝙ ſi impubes ſit doli capax,quia tunc calumnioſè quid petere poteſt,vt extra de delict.puer.ca.j.tunc ſi nouerit veritatem,bene poterit præſtare ſacramentum calumniæ,arg.C.de iureiur.propter cal.dand.l.ij. §.j. De veritate verò di-

cenda tenetur iurare. Nam ab impuberibus, & timidis ſumitur initium quæſtionis, l. vnius, in princ. ff. de quæſtio. Item impubes ferula percutitur pro veritate dicēda, vt ff. ad ſyllania. l. j. §. impubes. Et tenet confeſſio, quā facit, licet cōtra eā poſſet reſtitui, vt ff. de cōfeſſ. l. certū, §. pe. qd falſū eſt, niſi eſſet doli capax, vt d. c. pueri, & c. puuli, xxij. q. v. hoc autē certum eſt, q ſi quis ſpōte receperit iuramentū minoris valet, & tenet tale iuramentū minoris, vt d. l. qui iuraſſe, ff. de iureiu. Itē in caſu poteſt quis cōuenire ratione iuramēti qd prēſtitit dū eſſet impubes, vt ſi quis īpubes iurauerit ſe præſtaturū operas, ipſe pubes factus bene conuenit de hoc iuramento, vt ff. de liber. cauſ. l. fi. in fi. Quòd ſi peierauerit, talis pœnitētia erit ei imponenda, qualis & de adulte. & de fornicatione, & de homicidio ſponte commiſſo, & de cæteris criminalibus vitijs, vt c. fi. xxij. q. j. Et qui ſemel peieratus fuerit, amplius teſtis eſſe nō poteſt, nec ad ſacramentū accedere, nec in ſua cauſa, nec alterius poterit eſſe iurator, vt d. ca. paruuli, xxij. q. v. & ſi teſtis in criminali depoſuerit falſū, punit pœna talionis, vt ij. q. iij. §. j. ī glo. ordin. & eſt tex. in l. j. §. j. ff. ad l. cornel. de ſicar. vbi dicit Bart. q eadē pœna punitur poteſtas compellens teſtem ad dicendū falſum, quod eſt notandum: Item ſi iudex deprehendat teſtem in falſitate, nō eſt neceſſaria citatio, ex quo eſt teſtis præſens, & ad hoc C. de teſti. l. nullum, & qd not. ff. de his, qui not. infa. l. ictus fuſtium. Si autem teſtis, qui falſum depoſuit, ſit abſens, & falſitas liquet iudici, non tamen poterit teſtem falſidicum condemnare ſine citatione: quia quando factum eſt tale, in quo certæ perſonæ condemnatio exigitur, tunc quantumcunq; ſit iudici notorium delictum, tamen non poteſt procedere ad condemnationem, niſi præmiſſa citatione, vt ff. de re milita. l. iij. §. ſi ad diem. Et in iſtis notorijs non eſt neceſſe, quòd ſententia feratur in ſcriptis, vt not. in auē. vt iudic. ſine quoquo ſuffra. §. neceſſitatem. Si autem aliquod factū eſſet notorium, in quo non exigeretur condemnatio, ſed alia ordinatio, vel inhibitio: verbi gratia, ſtatutum eſt factum in aliqua ciuitate contra libertatem eccleſiæ, tunc ſuperior pōt ex officio inhibere, & mādare ne obſeruetur: licet neminem citet ſecundū Archid. ij. q. j. c. Lotharius.

iureiurando de dicenda veritate interpoſito, dixit ſe nullos cognoſcere nec accuſatores, nec reos, præterquam Milonem, eiúſque duos famulos, & illos de facie tantum. Ac à tribus diebus cū præcedenti teſte magiſtro ſuo prandio interfuiſſe, [B] in parui cerui caupona, vbi itidem in alia mēſa cum pleriſque alijs incognitis accumbebat Milo, qui inter alia verba ad ſuos faciēs, in hæc prorupit, ī appellatione apud ſubſellia liliata inter Plutum, & Xenium ac me

B INTERFVISSE.) Teſtis qui dicit aliquid ſcire, quia præſens fuit, vel quia interfuit, non videtur probare. Nam per ſenſum nullam cauſam reddit: & poteſt eſſe, quòd fuerit præſens, non tamē videns neque audiens, vt C. de error. aduoc. l. j. & ibi glo. & Ioa. And. in capi. præſentium, c. de teſtibus, libro vj. & Specul. eodem titul. §. j. ver. Item q non prohibet. Hoc tamē non obſtante ſciendum eſt q probat. quod enim dixit ſe præſentē ſcire, creditur per ſenſum, cū non ſit interrogatus vlterius. Non enim potuit ſcire ſe præſentem fuiſſe negocio, niſi id intellexiſſet. hoc etiam imperiali conſtitutione probatur, quæ dicit validum eſſe eius teſtimonium, qui ſub præſentia ſua dicit debitū eſſe ſolutum, vt C. de teſti. l. teſtiū. Et licet teſtis debeat cauſam ſui teſtimonij facere manifeſtam, vt l. ſolam, C. de teſtib. & ī auē. eodē. §. & licet quod interpretatum eſt. hoc tamen intelligendum eſt, ſi fuerit interrogatus de cauſa ſcientiæ, vt dict. iur. nota. in c. cauſam, extra de teſtib. Sin minus, ſtabit verbo ſuo, quia verboſus eſſe nō debet, vt l. inſtrumentorū, C. de precib. imper. offer. Si autem interrogatus de cauſa ſciētiæ reſpondiſſet, ſcio, quia ſcio, vel quia ſic eſt, eius dicto non eſſet ſtandum, cum eſſet eadem ratio cum dicto. Nam dictum debet probari per aliud manifeſtiꝰ eo, vt Innoc. in d. c. cū cauſam, extra de teſtib. & ff. de petit. hęred. l. pro hærede, & not. ff. de offic. procu. Cæſa. l. fi. in princ. Quòd ſi teſtis ſtudioſe nō reddat rationem, & cauſam cōcludentem, tenetur pœna falſi, ſicut ſi deponeret tacita veritate, vt l. preſbyteri, & ibi Bal. C. de epiſ. & cleric. Secus ſi ex ſui ſimplicitate fuerit locutus, ſicut plerumq; ruſtici, qui neſciūt melius reddere cauſam ſui dicti, quia tunc non habet locum pœna falſi, vt not. ff. de his, qui not. infa. l. Lucius, & ibi glo. notab. ad hoc. Teſtis igitur, vbi poteſt, debet reddere rationem, & cauſam ſui dicti, ſi ſit interrogatus: aliàs eius depoſitio valet, ſine redditione cauſæ, vt glo. iiij. q. iij. §. Item ſolam, & l. de pupillo, §. qui opus, ibi, idcirco non exigitur, ff. de noui. oper. nunciat. & Bart. in auē. de teſti. §. & licet, nu. 5. Sed hoc verū ī ijs, quæ poſſunt percipi ſenſu corporeo, puta ſi teſtis dicat, q vnus depoſuit pecuniā, & ſimilia. Sed ſi reddat teſtimoniū ſup eo, qd ſenſu non percipit, vt puta ſi dicat teſtis Titium dominū talis rei, tunc nō probat, niſi reddat cauſam dicti ſui, poſito q de cauſa non interrogetur. Ratio, quia teſtis debet deponere per ſenſum corporeū, vt Bart. in auē. de teſtib. §. & licet. nu. 6. alleg. l. qui in te, in fi. ff. de teſta. & l. j. ij. reſpō. ff. de his, qui in teſta. del. facit qd not. in l. teſti. C. de teſtib. & ibi per docto. Sed cum teſtis dicit, q talis eſt dñs, non percipit iſtud ſenſu corporeo, ſed p intellectum, & tūc teſtificat de eo, quod eſt ius, nō de eo qd conſiſtit in facto, vt Bart. in d. §. & licet, in aut. de teſtib. Ita determinat Innoc. in d. c. cum cauſam. Et Specul. in titul. de teſt. §. nunc tractandum, ver. vt autem pleni, vſque ad ver. Porrò. Sic teſtimonium probatorum non requirit cauſam, ſi teſtis nō interrogeē de cauſa de ijs, quæ ſunt facti ſen-

sibilis,quæ intuitiue comprehenduntur.Nõ dico in ijs, quæ sunt iuris,in quibus ratio debet esse coniuncta cũ sensu de necessitate,aliàs non fit probatio,vt d.Innoc. in cap.cum causam,extra de testib. Dic tamen, quòd duo testes reddentes legitimam rationem prævalent & præponderant totidem testibus dicentibus vera esse, tamen non interrogatis de causa:quia vera redditio causæ præponderat causæ præsumptiuæ. In ijs autem,in quibus concluditur solum per viam iuris, & rationis,& nõ p sensum merum corporeũ, est certum,q̃ sine redditione causæ,nõ resultat probatio testium,vt Innoc.in d.c.cum causam,de testib.

C ☙ PER sanguinẽ Christi.)Blasphema verba,& sacramenta de deo,neq̃ per capillos,& caput,& his ꝓxima verba (deũ ad iracũdiam prouocando) iurare non licet: propter enim talia delicta,& fames,& terræmotus,& pestilentiæ fiunt.Si enim contra homines factæ blasphemię ĩpunitæ non relinquũtur: multo magis,qui ipsum deum blasphemãt,digni sunt supplicia sustinere.Qm̃ primũ quidem indignos semetipsos faciunt dei misericordia. Post hæc aũt,&legibꝰ cõstitutis subijciũt tormẽtis.Nãq̃ comprehẽsi vltimis subdunt supplicijs, vt non ex contemptu talium inueniatur, & ciuitas, & respublica per hos impios actus lædi,vt in aut. vt nõ iuxu.ho. contrà natur.col. vj.vnde dominꝰ ad Moysen, Qui blasphemauerit nomẽ domini morte moriatur, lapidibus eum opprimet omnis multitudo populi, siue ille ciuis, siue peregrinus fuerit,vt Leuit.xxiiij.c.& c.statuimus,iuncta glo.extra de maledic. Nota q̃ ꝓpter talia blasphema verba vnus nomine Thomas de la Fontaine fuit palo publico iuxta fontem du Tirouer Parisijs alligatus collo in torque ferrea ab hora prima vsque ad horam nonam,vt à transeuntibus, & prætereuntibus luto,sputis,citra lapides,& opprobrijs affligeretur insequendo cõstitutionem regis Philippi,& arestum curiæ iudicij mei confirmatorium,datum anno domini millesimo quingentesimo,xxxij.die iiij.Iulij.

D ☙ VLCISCAR.) Regulariter iudiciorum vigor iurisque publici tutela videntur in medio constituta, ne quisq̃ sibijpsi permittere valeat vltionem, vt l.nullus,C.de Iudæ.& cælic.nisi inquantum quis implicitus sceleribus nollet ante iudicem venire, nec iudex eũ posset cogere.tũc em̃ permissa esset offenso propria vltio,vt glos.in d.l. nullus, & ſ.dixi.

E ☙ TREPIDOS adhuc & tremulos.) Hic testis testificatur de qualitate animi p actꝰ exteriores,quos vidit:qd̃ fieri debet, Bart. in l.is qui.§ j.ff.de tuto. & cura. dat. ab his nanq̃ exteriora indicant animi secreta interiora,vt ff.de ędilit ædict.l.si tamen,§.ij.& l.j.in fi.C. de prędnauicu. lib.xj.& reddit rationẽ per sensum actui congruentẽ, quod facere debet,vt Bart. in l. Iubemus, nu. 9. C.de erogat.milit. ãno.li.xij.C.

F ☙ FVNVS vidisse.)Per ea, quæ accidunt mortuis ꝓbatur mors,vt per sepulturas, vel per non habere sensum,nec motũ, vel alia quæcũq̃, per quæ quilibet homo intelligit eum mortuum,Bal.in l.conuenticulam,C.de episco.& cler.& Bart.ĩ l.j.§.fi.ff. quẽadmo. testa.aper.& l.quotiens,de naufra. lib. xj. C. qd̃ facit ad ĩtell.reg.Cancell.xviij.

G ☙ ET HOC quidem tãtum.) Quæro quia hic est vltimꝰ testis,an iudex malefi ciorum possit ex officio examinare testes à parte non productos? Bart.in l.j. §.si quis vltio.ff.de quęstio. dicit q̃ sic p l.ij. C. de abolit.vbi iudex quærit de partis innocẽtia,parte nõ postulãte,pro hoc est l.si nõ defendant,ff.de pœnis.de qua idem Bart.facit mentionẽ in l.iiij.§. hoc autẽ iudiciũ,ff.de dãno ĩfect.Et possunt recipi testes in causis maleficiorum etiã post cõclusionẽ causæ, & post publicationem, vt d.l.j. §. si quis vltro:& est casus in l.vnius,§.reus,ff.de quęstio.secundã vnam lecturam.Idem Ioh.And.in c.fraternitatis,extra de testibus.Et maximè quando est processum per inquisitionem,secundum Innoc.in c.cum clamor, extra de testib.& Archi.iiij.q.iij.c.placuit.Si autem esset

examinatã euictus sum. Sed per sanguinem Christi,C antè, quàm elabatur hæc præsens hebdomada,eos de illa illata iniuria vlciscar,D maximéq; magistrum Chrysostomum aduocatum, cuius opera,& astu facta est:ne me ĩpune illuserit.Pol hi tres hac mea manu,nec alia vitã finiẽt,víxq; euadẽt vbi vbi ĩuenero. Die autẽ sequẽti ad nonã circiter noctis horã quũ exiret domũ,vbi cœnauerat eius magister, lumine tedę lucentis,quam præferebat,dictum Milonem à cruce Tiroueri accelerãtem,ac nudũ ensem,& cruentum veste abstergentẽ, paritérq; duos famulos ponè sequẽtes cum eductis gladijs vidisse: insuper audisse eundem Milonem apud illos gloriãtem, næ hi vt decebat accepti sunt, & dignas facto pœnas luerunt : hácq; vltione animo satisfeciſſe suo,& fidem liberasse.Postea Milonem, & suos festinãter præterijsse:túncq; se suspicatum redire illos,vel à cæde, vel vulnere trepidos adhuc,& tremulos,E deinceps mane fama promulgatum nocte proxima dictos defunctos à Milone, & suis iuxta crucem Tiroueri cæsos fuisse, cæsorúmq; funus vidisse.F Et hoc qdẽ tãtũ,G accuratè auditus,iuratꝰ,& examinatꝰ.

Taxatum [H] teſti precium iiij. ſo. Pariſiē. Sic ſignatum. Cn. Flauius.

Eiuſmodi elogij cōceptio, [A] ab actuario [B] obſignata ad procuratorem fiſci tranſmittitur, vel editur [C] ſecretè cū renunciatione chirurgi, vt in elogij calce ſubſcribat, & poſtulet ex indiciorū qualitate, rei ne in ius vocentur ad cauſam ore proprio dicendam, an in carcerem detrudantur, hoc modo:

Viſo indiciorum elogio ad inſtantiam, & ſupplicationē Antoniæ Dianæ viduæ defuncti Ioánis Pluti, tā ſuo nomine, q̄ adminiſtratricis corporū, & bonorū ei⁹ & defūcti liberorū ānis minorū

proceſſum per accuſationē, tunc poſt aperturā nō pōt, ſed bene ante aperturā: qñ eſt quæſtio de adiuuāda accuſatione pōt recipere teſtes ex mero officio, vt not. in l. idē eſt, §. ſi tibi, ff. de cond. ob turp. cām, & in auᵗ. de tabel. §. j. col. iiij. cū ſua gl. & ext. de colluſ. deteg. c. j.

H TAXATVM.) Teſtes em̄ ab his, p̄ quos fuerint poſtulati, ſūptus cōpetentes p̄cipere debēt, ita q̄ teſtimoniū reddere debēt ſumptib⁹ p̄ducētis, l. qm̄ liberi, C. de teſtib⁹. & ī auᵗ. de teſti. §. & qm̄, iūcta glo. in verſic. obſeruationibus, colla. v. & c. ſtatutū, §. p̄ferendo, de reſcript. lib. vj.

A ELOGII cōceptio.) Quæ dicitur præparatoria p̄ceſſus criminalis, & iudicij: & ſic debet in fauorem actoris, aut cōquerētis, vel querelantis interpretari p̄ regulā, de qua meminit Decius Conſ. 449. col. j. viſis duobus conſilijs. Quòd in præparatorijs iudiciorum verba debēt in fauorē actoris interpretari, l. de die, in princ. ff. qui ſatiſd. cogu. & ibi Bart. & doct.

B AB actuario. Nota q̄ informationes, & proceſſus criminalis non debēt reuelari partibus, ſed debēt portari ad fiſcū, & iudicē ſecrete, vt l. diuus, la. ij. ibi interrogatiōes literis īcluſas, atq̄ obſignatas ad cognitionē magiſtratus mittant, ff. de cuſto. & exhib. reo.

C VEL editur.) Ea enim ſunt edēda fiſco, delatori, quæ ad cauſam pertinent, ex qua deferre profeſſ⁹ eſt, vt l. ne quiſq̄, ff. de edendo. Et per conſtitutionē regis Caroli, vij. art. xvj. & xvij. ſup ſtilo parlamenti: & per nouiſſimam cōſtitutionē dñi noſtri regis Frāciſci. art. 145. cui⁹ tenor īeſt: Et ſi toſt que la cōplaincte deſditz crimes, excez, & malefices aura eſte faicte, ou quilz en auront aultrement eſte aduertiz, ilz en informeront, ou feront informer bien, & diligemment pour incontinant apres linformation faicte, communiquer a noſtredict procureur, & veues ſes concluſions, quil ſera promptement tenu mectre au bas deſdictez informations, & ſans aucun ſalaire en prendre, eſtre decerne par le iuge telle prouiſion de iuſtice, quil verra eſtre a faire, ſelon lexigence du cas. Et ſic fiſcū non decet recipere præmium à priuato, ſed debet eſſe contentus deputatis ſibi annonis, ſcilicet ſalarijs & ſtipendijs, vt in auᵗ. de collat. §. ad hoc iubemus, coll. ix. q̄ ſi ſecus fecerit, venit ſingulo ſpoliandus, & alter in eius locum ſubrogandus, vt in auᵗ. de mandat. princ. §. feſtinabis, col. iij. quotiens ergo apud fiſcū agitur, actorū poteſtas poſtulanda eſt vt merito is vti liceat: eāq̄ manu cōmē tariēſis ſcilicet notarij adnotāda ſunt: q̄ ſi ea aliter p̄ferant, is qui ita protulit, à cauſa cadet. & quotiēsiterū apud fiſcū eadē cauſa tractaᵗ, priorū actorū, quorū vſus nō fuerat poſtulatus ex officio recitatio iure poſceᵗ, l. in fraudē, §. quotiens, ff. de iure fiſc. Quęro autē an acta criminalia debeant edi vtriq̄ parti? dic q̄ acta cōia, & publica, quę fiūt corā iudice, debēt vtriq̄ parti edi ſiue ſint criminalia, ſiue ciuilia inſpiciēda ad inueſtigādā veritatis fidem, l. is apd quē, C. de edendo, & glo. in l. ij. in verbo, actorū. C. vt lit. pend. vel poſt procur. & c. G. ppetuus, extra de fide inſtru. & glo. ī c. qm̄ cōtra, verbo, tēpora, extra de p̄bat. & l. mortuo, ff. de iudi. & l. properandū, §. j. C. de iudi. eodē. qñ verò acta criminalia non ſunt cōmunia, vt ſunt atteſtationes, cōfeſſiones, repetitiones, & confrōtationes teſtiū, nō ſunt de cōſuetudine edēda vtriq̄ parti, maximè in cauſa capitali, vt ī l. ij. §. Itē diui, ī fi. ff. de iure fiſc. Sed fiſco ſunt tm̄ edenda, vt d. l. ne quiſq̄, ff. de edendo, nec poteſt agi ad exhibendū pro inſtrumentis in criminalibus actionib⁹, nec forte actione in factū, quia actio ad exhibendum ei creditur cōpetere, cuius pecuniariter intereſt, vt arg. l. ſi liber homo, ff. ad exhib. & glo. d. l. is apud quē, in verbo exhiberi. Sinautē acta criminalia alia q̄ cōmunia ſint penes reū, nō tenetur reus ea edere fiſco contra ſe, niſi fiſci eſſent, & ſpectarēt ad fiſcū. Nā tunc re⁹ poſſet artari, vt exhibeat, & poſſet fiſc⁹ intendere rei vendicationē. quilibet tñ alius, q̄ nō eſt cōuentus, acta ciuilia, & criminalia fiſco edere teneᵗ, vt glo. in d. §. Itē diui, in verbo, agaᵗ, ff. de iure fiſc. in ciuī li aūt cauſa reus tenetur edere fiſco inſtrumēta contra ſe ad intentionē, & replicationē fiſci fundandā, d. l. Ne quiſq̄, ff. de edēdo, qdᵃ eſt ſpeciale in fiſco, vt ibidē. & ſi is qui cōuenitur nō exhibet, p̄ſumiᵗ ſubtraxiſſe, quaſi ſibi nocitura eſſent, vt d. l. ij. §. diuus Adrianus, ff. de iure fiſc. Et poterit fiſc⁹ agere furti pro illis inſtrumentis contra reū nō exhibentē, vt glo. in d. l. is apud quē, in verbo, exhiberi, C. de edēdo. Et eo ipſo, q̄ quis etiā non interpellatus non exhibet fiſco inſtrumēta ei neceſſaria, pœnam patitur: quia creditur eū inſtrumēta fiſco ſubſtraxiſſe, & ita furti conuenitur: ſed in cauſa criminali, quam fiſcus contra aliquem mouet, ſecus. nam non patitur pœnam hoc ipſo, q̄ non exhibet, vt glo. in d. l. ij. §. Item diui, verbo, agatur, ff. de iure fiſc. Ipſe autem fiſcus contra ſe non edit inſtrumenta. q̄ ſi edit, conditione appoſita edit, ne is qui deſcribet contra eum, illis vtatur, neque etiam acta aut inſtrumenta aduerſus fiſcum à quoquam edi oportet, vt dicta l. in fraudem, §. neque, ff. de iure fiſc. vbi autem ex proceſſu extraordinario partes ciuiles

reciperent, & admitterent in ꝓceſſum ordinariũ, ꝓut plerũq; fieri ſolet, ſecũdũ cauſę merita, vt infra ſuo ordine patebit, tũc oĩa acta iudicialia, ſcilicet citatiões, dilationes, recuſationes, exceptiones, petitiones, rñſiones, interrogationes, cõfeſſiones, teſtiũ depoſitiões, inſtrumẽtorũ ꝓductiones, interlocutiões, appellatiões, renũciatiões, cõcluſiões, &cętera, quę occurrerint vtriq; parti edent, ita ꝙ originalia penes ſcriptorem remaneant, vt c. qm̃ contra falſam, extra de ꝓbat. quia huiuſmodi acta, ſeu ꝓceſſus ſunt cõia. Et idẽ eſt in oĩbus cõibus inſtrumẽtis, vt glo. ĩ d.c.qm̃, & c. cõtingit, extra de fide inſtru. quæ eĩ ſunt cõia integraliter ſunt exhibenda, vt C. de edẽdo, l. non eſt nouũ, & l. vlt. eodẽ, & l. prætor, §. j. & l. ſi qs, §. ratione, & l. argẽtarius, ff. eodẽ tit. Secꝰ aũt ĩ ꝓprijs priuilegijs, vel ĩſtrumẽtis, quę nõ ſunt cõia, & cõiter facta inter partes. quia qs nõ tenetur edere, vt glo. in d.c.qm̃ cõtra, ĩ verbo, tẽpora: niſi aduerſariꝰ vellet ꝓbare inſtrumentũ falſũ, qa tũc edet, vt c. ĩter dilectos, extr. de fide ĩſtru. & l. optimã, C. de cõtrahend. & cõmitt. ſtipul. aut niſi actor, vel reꝰ vtat inſtrumẽto, ꝓprio in iudicio: tunc aduerſario edi debet ſine die & conſule: ne preſtetur materia fabricandi falſum, vt d. c. contingit, & glo. in d.ca. G. perpetuus, verbo inſtrumentorum, & c. accepimꝰ, eodem, & l. j. §. editiões, ff. de edend. Nam actor reo, & reus actori tenetur edere omnia, quibus vſurꝰ eſt in iudicio, vt C. de edẽdo, l. ſi. & d.l. ij. §. edenda, ff. de edẽ. & glo. in d.c. cõtingit, verbo exhibere, extra de fide inſtru. & iudicis officio peti poſſunt exhiberi, vt glo. ĩ d.c. G. ꝓpetuus, & l. j. C. de edẽdo. Ita tñ, vt ſi ſup vno capitulo inſtrumẽti quęſtio fuerit, illud ſolũmodo reſcribetur, & aduerſę parti copia eius fiet, vt d.c. cõtingit, extra de fide inſtru.

A ☞ PRO rege.) Quo ad intereſſe publicũ fiſcus accuſat de iure, & etiã de cõſuetudine regni criminaliter. quia qd̃ ex cuiuſcunq; patrimonio ceciderit in caſum ex delicto, & legibus, & recto iuris ordine fiſci aduocatis agentibus vindicari debet, ꝓna cõtrafacienti imminente, tex. for. in l. oẽs, de delato. lib. x. C. & ſ. dixi in §. informatio, l. ij. ver. denũciauerũt. & ea ratiõe partes ciuiles nõ ſe inſcribũt ad pœnã talionis, niſi ĩ crimine falſi tm̃, vt in auth. dequęſtore, ĩ §. fi. ver. ſup hoc, ſup verbo aliq. col. vj. & ita de conſuetudine practicatur.

B ☞ PREHENSIONEM corporis.) Fiſcus, aut ꝓcurator gñalis caueat ne illicitã capturã requirat, vel calũnioſã euidẽter ĩſtituat accuſationẽ. Nã teneret nomine ꝓprio ad expenſas, dãna, & ĩtereſſe erga ptes actione legis aquilię, cũ foret dãnũ iniuria datũ, vt l. ij. §. ſi publicanus, ff. ad leg. aquil. & noĩe ꝓprio, & nõ regis, aut dñi veniret cõdẽnãdꝰ, niſi haberet ſpeciale mandatũ ad hoc, vel ratũ haberet dñs, ſumẽdo cãm ꝓ eo. nã tũc dñs ſolꝰ teneret, vt glo. ĩ l. iij. §. ſi ꝓcurator, ff. qd̃ quiſq; iur. Bar. in l. j. §. deieciſſe, & §. quotiẽs, ff. de vi, & vi arm. aliàs dñs qd ĩiquũ ꝓcuratori mãdaſſe nõ videt, vt ff. de pecul. l. q peculiũ, & ff. de pactis, l. contra iuris, §. ſi filius, & ff. de condit. indeb. l. ſi procurator. §. q ſi indebitum, & glo. in d.l. iij. §. ſi procurator. Hac igit̃ ratione venit fiſcus noĩe proprio cõdẽnandꝰ, ne ſub prætextu, vel velamine officij ꝓpter ſuas ſimultates, vel latens odium ſecurẽ lites exercere poſſe exiſtimet, l. nõ eſt ignotum, iũcta glo. C. de admini. tuto. Tñ interdũ mitiꝰ agit̃ cũ officiali, q̃ cũ alio, etiã ĩ apto crimine, vt Bal. ĩ l. ij. C. q accu. nõ poſſ. & ff. de publi. & vecti. l. ſi multi. vbi ergo fiſcꝰ ẽ ĩ dolo, vel calũnia, redigit̃ ad ĩſtar priuati, & agit̃ cõtra eũ, tãq̃ priuatũ: & eſt priſa partie ciuile, l. q fũdũ, §. ſi tut. ff. ꝓ ẽpt. vbi glo. dicit ſic etiã eſſe ĩ oĩbꝰ dicẽdũ, q̃ gerũt officiũ ſiue ĩ diuinis, ſiue in humanis rebꝰ, & ſ. dixi in §. cõquerũtur, in ver. quia etiã, ſ. Et par ordõnance du roy Loys xij. ar. 62. cui ergo cõceditur adminiſtratio rerum, non videtur conceſſum, vt in eis fraudem committat, l. tutor adminiſtrationem, ff. de furt. vbi gloſ. dicit, ꝙ de ſimilibus ad ſimilia procedendum eſt. magiſtratus itaq; fraudẽ

& Benedicti Craſſi, defuncti diſcreti viri magiſtri Chryſoſtomi Craſſi nuper in ſuprema curia aduocati fratris, & Mariæ Marthę relictæ defuncti Iuliani Xenij, Clemẽtis Xenij defuncti Xenij fratris, & Dionyſij Daui modo dicti magiſtri Chryſoſtomi Craſſi famuli cõfecto, cũ renũtiatione chirurgi iurati contra Andreã Irum cerdonẽ, Bernardum Thraſonẽ, Claudium Caligulam dñi noſtri regis legionarios, nobilẽ Deſiderium Anippũ, Girardum Milonem, Egidiũ Gnatonẽ, Ferdinandum Paraſitum dicti Anippi famulos, Henricum Nebulonẽ, Iacchum Ebrionem Milonis etiã ſeruos, poſtulo pro rege [A] prehenſionem corporis, [B] cõtra Thraſonẽ, Caligulã, Anippum, Milonẽ, Nebulonem, Ebrionem, Gnatonẽ, & Paraſitũ, & contra Irum, vt in ius vocitetur ad cauſam ore proprio dicendã, vt omnes interrogentur, per ſe reſpondeant, vadentur, iudicióq; adſint ſuper dictis indicijs: quòd ſi minꝰ prehẽdi poſſint, citentur trino nundino, ſiue contractis interuallis triũ denuntiationum, & vt apertius dicã, ad tres breues dies ad audientiam graphariatus pœna cõfiſcationis ſuorũ corporũ, & bonorũ quorũcunq;. Actum die &c. Sic ſignatum.

cõmittẽs tenetur actione negociorũ geſtorum, vt l. ex facto,ff.de nego.geſt.procurator eſt, vel officialis non eſt loco dñi,cũ delinquit vel dñm ſpoliat,l. pactũ, iij.C.de pact.& glo.ibidẽ. Idẽ dicitur in tutore, qui in re pupilli tũc dñi loco habetur,cũ tutelã adminiſtrat, non cũpupillum ſpoliat,d. l.qui fundũ,§.Si tutor,ff.p empto.& l.iterdũ,la.ij.§.q tutelam,ff.de furt.& C.de pact.l.pactũ, iij. & l.qui filiũ,ver. Itaq;,ff. de manu. teſta.& l.ſi duo,ff.de dolo, & ff.de ĩſti.actio.l.ſed & ſi §.ſed ſi ipſe,& ff.de tutel. & rat.diſt.l.j.§.nũc tractemus,& l.ſi.§.j.ff.de eo,per quem fact.erit. Si quis itaq; delatorem ſubiecerit,in tantum condẽnetur,quãtũ præmij nomine delator ipſe cõſecuturus fuiſſet, ſi viciſſet,l. ſenatus,§. ſi quis delatorem,ff.de iur.fiſc. ideo delator cõpellitur edere mandatorẽ:& niſi edat, vt in vincula deducatur, eo pertinere, nõ vt delator pœna ſubducatur,ſcilicet pœnã euadat, ſi mãdatorẽ habeat: ſed vt mãdator quoq; perinde,ac ſi ipſe detuliſſet,punietur,vt l.ij.§.diuus,ff.eodẽ,tit. q; ſi delator abolitionem petat,ſcilicet licentiã deſiſtendi à delatione impune,&q; erraſſe ſe dicat,vt idem iudex cognoſcat,an iuſta cauſa abolitionis ſit,& ſi erraſſe videat,dabit imprudentię veniã.Si aũt calũnię hoc ipſum iudicet,eaq; cauſa accuſatori ꝓinde cedat,ac ſi cauſam egiſſet, & ꝓdidiſſet,vt d.l.ſenatus.Si verò delator ſe abſentauerit, & tribus edictis euocatus affuerit, eandẽ pœnã ferre debet,qua teneret,ſi cauſam nõ ꝓbaſſet,vel quantũ ex ea cauſa,quã detulit,reportaſſet,ſi profeſſionẽ ſuã impleſſet,vt d.l.ſenat⁹,§.ſenat⁹,ibi,ſi trib⁹ edictis,&c.& l.Arrian⁹,§.quia aũt,ibi,atq; tribus edictis euocati non reſpõderũt,ff. de iur.fiſc.& l.iij.§.ſi ad diẽ,ff.de re milita.vbi dicit tex.ſi ad diẽ cõmeatus quis non veniat, perinde in eũ ſtatuendũ eſt,ac ſi emãſſet,vel deſeruiſſet,pro numero tẽporis,facta prius copia docẽdi num forte caſibus quibuſdam detentus ſit, propter quos venia dignus eſſe videatur,& facit C.de cenſib.l. iij. lib. xj.vel poteſt teneri ad dãnum ſecundũ glo.in d.l.ij.§. ſenat⁹, ver.teneantur,ff. de iur,fiſc.pro hoc alleg. auteñ.libellum,C.de lit.conteſt.

A VISIS.) Iudex quantũcunq; delictum ſit ei notoriũ,debet tñ videre merita cauſæ, priuſq; aliquẽ feriat,aut iudicet.vñ dñs cui nihil eſt abſcõditũ,Deſcẽdã(inquit)&videbo vtrũ clamor,qui ad me ꝓuenit,ſit ita,vel nõ:vt ſciã,vt c.deus oĩpotẽs,§.fi. & c. ſeq.ij.q.j. & l.inciuile,ff.de leg.Et licet iudex quorũdã importunis cõquerentiũ, & quadã celeritate aĩ poſcẽte vt dãnet reos,afficiat,horũ tñ vanas voces audire nõ debet, neq; quẽquã ad clamorẽ cuiuſlibet dãnare,vt l.decurio num filij,C. de pœnis.& in eo dãnat Pilat⁹, qui dñm nr̃m Ieſũ Chriſtũ ſaluatorẽ ad clamorẽ populi cõdẽnauit,vt glo.in d.l.decurionũ.Debet ſiquidẽ bonus,& iuſt⁹ iudex ſecũdũ allegata&ꝓbata decernere,&iudicare,vt l.illicitas,§.veritas,ff.de offi.præſid.cũ & debeat cõſtare de facto,vt l.diuus,ff. de re milita.l.j.§. Item illud,de ſenatuſcon.ſylla.

B PREHENDANTVR.) Quãdo cõſtat iudici per informationẽ delictum eſſe graue,ex quo venit pœna corporalis, velſupra relegationẽ ĩponẽda,debet incipere à captura,&reos exhiberi facere,& detrudi in carcerem, & hanc carceris pœnã ante ſuppliciũ rei ſuſtinere debẽt, nec ĩ hoc iudex ꝓcere põt,vt l. diuus, la.j.ff.de cuſt. & exhi.reo. Itaq; ex vinculis cãm dicere debent, l. lege cornelia,ibi, ſi aperto teſtamento ſerui liberi ſcripti inueniantur, lege de ſicar. iudicium fiat,ita vt ex vinculis cauſam dicant, vt l. lege cornelia,ff.de ſenatuſc.ſylla.& l.ij.ff.de cuſto.& exhi. reorũ.Sic etiã, vbi ex culpa cõtractaĩ maleficiũ, reus poteſt capi ad corpus indiſtinctè,& inuite duci ad iudiciũ à iudice,vel eius auctore,vel etiam de domo extrahi,vt in auẽ.vt nulli iudic.§.qm̃ verò cõtingit,coll. ix.Io.And.in c.romana,§.cõtrahẽtes,de foro cõpet.in vj.& C.de off.diuerſo.iudi.l.j.& not.in l.pleriq;,ff. de in ius vocand.Sed quæro an reus poſſet capi, & quærĩ in domo aliena inuito dño domus? Dic q; nõ,vt arg. glo.in l.quoſdã de metal.lib.xj. C. & l.iij.ff.de acquir. reo.domi.Aliàs ingrediens teneretur actione iniuriarum,vt l.iniuriarum, §.fi.ff.de iniur. Propter autem vtilitatem publicam licitum eſt quærere, & capere reum in alieno inuito domino,niſi domin⁹ pateretur dãnum.vt ff.cõmunia prædio.l.venditor,in fi.& ff.de damno infec.l.fluminũ,§.fi.& ff.de aqua pluuia arcen. l.j.§.Denique.Itaque poteſt iudex incipere à captura in criminalibus,licet non conſtiterit ei de delicto, vt c.ſi clericos, de ſententia exco. lib. vj. imò etiam vbi inuenitur latro famoſus,permittitur punire, & poſtea ſcribere,tex.in l.ſi quis filio exhæredato, §. hi autem omnes,ff. de iniuſt.& irrit.fact.teſt. l. conſtitutiones, ff. de appell. Sed hæc de rigore, ſed de vrbanitate iudex non incipit à captura in duobus caſibus. Primo ratione loci,vt ſi reus ſit in domo,cum domus ſit cuiq; refugium tutiſſimum,& hoc in ciuilibus, vt l. pleriq;, ff.de in ius vocand.Secus autem in criminalibus,vt d. §.qm̃ verò cõtingit,in auẽ.vt nulli iudic.ſecundo ratione perſonę,vt quia eſt mulier,quæ nõ põt regulariter capi ꝓſonaliter,ſiue in criminali,ſiue in ciuili.vt l.ij.C. de offic.diuerſ.iudic. & auẽ. ibi poſita,& auẽ.nouo iure,C. de cuſto.reorũ.vbi cauetur hodie nouo iure nullam mulierẽ pro pecunia fiſcali,ſeu priuata cauſa, aut pro crimine quolibet modo in carcerẽ mitti, aut ĩcludi,aut cuſtodiri permittim⁹,ſeu cõcedim⁹:ſed ꝓ virũ ſuum,aut quẽ alĩũ legitime reſpondeat.Si verò tale ſit crimẽ q; neceſſe ſit eã cuſtodiri, ſiquidẽ fideiuſſorẽ dare põt,ipſi credaĩ.Si verò iurauerit fideiuſſorẽ dare nõ poſſe,iuratoriã cautionẽ ꝓſtet de iudicij obſeruatione,

Hoc exacto dictum elogium tranſfertur à procuratore fiſci ad iudicem, vt interponat ad finem ſuum decretũ poſt intentionem, ac petitionem dicti procuratoris, ad hunc modum: Viſis A quæſtione iudiciorum aſſertoria,renũtiatione chirurgi ditionis authorati,petitione ꝓcuratoris regis, prehẽdãtur B

Sed ſi crimen grauiſſimũ ſit de quo accuſatur. in monaſteriũ, vel aſſiſteriũ mittatur, vel mulierib⁹ tradat, per quas cuſtodiatur, vt d. aut. ratio enim eſt, ne p hmõi occaſiões iueniant mulieres circa caſtitatẽ iniuriatę, vt in aut. vt nulli iudic. §. neceſſariũ, ĩ fi. col. ix. feminę eĩ, quas morũ honeſtas, mentiſq; ſolertia cõmendat, p- pter pudorẽ acverecundiã feminarum cœtui pub. demõſtrari nõ cogũt, vt l. oẽs, C. de his, qui veniã ætat. impet. Secus aũt in mulierib⁹ meretricibus, & inhoneſtis nõ coniugatis, quia poſſũt capi perſonaliter, vt Bal. in l. cõſentaneũ, C. quõ & qñ iudex, & Bart. in aut. vt nulli iudic. §. neceſſariũ. Si tñ tales meretrices ſint vxoratæ, nõ poſſũt etiã capi, vt in addito ad Bart. in d. §. neceſſariũ. Sed ſi per informationes, aut inquiſitionẽ non conſtaret iudici reos culpabiles delicti per indicia, aut aliàs, iudex nihil decernere poſſet aduerſus reos prætenſos, nec quid mandare poſſet, l. hoc aũt, ff. ex quib. cauſ. & l. qui accuſa. volunt. C. de edendo. neminẽ enim ſine cauſa audit prætor, l. cum his, §. in cauſa. ff. de tranſac. ſed inſtandũ accuſatori vt id quod intendit comprobet, ac ſic conuincat, vt l. vnius, §. in eo. ff. de quæſtio.

etiã intra locũ ſacrum, [c] & adducãtur

c Locvm ſacrũ.) Regulariter qui ſunt in eccleſijs inuiti extrahi nõ poſſunt, pœna cõtrafacienti criminis lęſæ maieſtatis ĩminẽte, vt l. ij. C. de his, qui ad eccleſ. cõfug. fallit in homicidis, adulteris, virginúmq; raptoribus⁹, quia ab eccleſia extrahũtur, & ſuppliciũ eiſdẽ ĩferetur. Nõ enim talia delinquentibus parcere cõpetit, ſed hoc patientib⁹, vt nõ talia à præſumptoribus⁹ patiantur, Deĩde tẽplorũ cautela nõ nocẽtib⁹, ſed læſis dat: & nõ erit poſſibile tueri vtrũq; cautela ſacrorũ locorũ & lædentẽ, & læſum, vt §. neq; aũt homicidis, in aut. de mã dat. princ. neq; eñ poterit cõtra te legẽ ĩuocare, vel iuſtitiã: quã cõtẽpſit, vt l. auxiliũ, ĩfi. ff. de minor. Q d' aũt his trib⁹ caſib⁹ dicit idẽ dicipõt, ſi p quocũq; alio male ficio delinquẽs ad eccleſiã fugerit, vt glo. ĩ d. §. neq; aũt homicidis, & in aut. de monach. §. ſi verò. ad hoc facit nouiſſima regis ordinatio art. 166. cui⁹ tenor adeſt. Quil ny aura lieu de immunite pour debtes, ne aultres matieres ciuiles: & ſe pourront toutes perſonnes prendre en franchiſe, & ſauf a les reintegrer, quant y aura prinſe de corps decernee a lencontre deu lx, ſur les informations faictes, des cas dont ilz ſont charges, & accuſez, & quil ſoit ainſi ordonne par le iuge. Ad hoc in aut. de mãd. princ. §. publicorum, & deciſ. capel. tholo. q. 422. Quis ergo pro debito ciuili poteſt ab eccleſia extrahi per iudicem, aut eius mandato, ſaluo iure reſtituendi intra xxx. dierum inducias, ne ex hoc infinitæ ſint hominibus adinuicem contentiones. Ita vt ſi iudex aliquid ſub nuncupato verbo fecerit, habita cauſæ cognitione, deinde aliquis adierit aduerſus eum conueniendo ciuiliter, debet iudex examinare negocium verbo vbique ſeruato de reſtituendo. Et ſi contra eum neceſſaria ſit ſententia, condemnabit eum. Et duorum iudex prępondet electionem reo, vtrũ velit dato verbo de reſtituendo abſolute abrenũciare, & agere, quæ iudicata ſunt, an nõ. Certe ſi hoc non fecerit, ſcilicet verbo dato abſolute non renũciauerit, & nõ egerit, quæ iudicata ſunt, ſacris eum terminis iudex reſtituet, & ibi executionem inferet tẽperatè: faciendo miſſionẽ in poſſeſſionem pro menſura declarati debiti, & hoc ante litẽ cõteſtatã, cũ debita tñ venerabilibus locis reuerentia, vt §. ſed neq; hæc, iũcta glo. in verbo, tẽperatè, ĩ aut. de mandat. princ. col. iij. & in aut. de exhib. & ĩtrod. reis, §. ſi verò, col. v. & C. de his, qui ad eccleſ. confug. l. fi. § iij. Si verò iam lite conteſtata aufugit, ſententia diffinitiua dari poterit, ſiue in tẽpore, quando erat ſub dato verbo, ſiue vbicunq; ſit, vt C. de iudic. l. properãdũ, §. cum aũt, & miſſio tunc fiet in poſſeſſionẽ rerũ primo mobilium, poſtea immobiliũ, & tertio nominũ, vt ff. de re iudic. l. à Diuo Pio, & glo. in d. verbo, temperatè. In criminalibus autem ſecus. Nam ſi iudex verbum nuncupatum dederit, atq; ſecuritatem promiſerit de reſtituendo reũ extractũ ab eccleſia, nõ tamen ſeruabit, vt d. glo. §. neq; aũt homicidis, d. aut. de mãd. prĩc. vnde ſi pro quocunq; maleficio reus propter ſuum vitium ad monaſterium venerit, & apparuerit propter eiuſmodi cauſam monaſticam ſimulatus conuerſationem, aut propter turpitudinem vitæ fortè diffugiens, & non pro veritate ſanctimonij hunc habitum concupiſcens, debet reddi cum quibus forſan arripuit, vt in aut. de monach. §. ſi verò intra triennium. col. j. Tres etiam ſunt caſus ſecundum canones, quibus quis priuatur immunitate eccleſię. Primus, ſiquis per induſtriam occiderit proximum ſuum, vt c. j. extra de homicid. vbi dicitur, ſiquis per inſidias occiderit proximum ſuum, ab altari meo euelles eum, vt moriatur. & exod. xxj. c. & ita per ſenatuſc. ſiue areſtum curiæ parlamenti Pariſijs, iudicij mei confirmatorium deciſum fuit, cũ eſſem præpoſit⁹, & iudex Pariſijs, die. xxij. aprilis anno dñi mille. v^c. xxxv. cõtra, & aduerſ⁹ Iohannẽ Androy Pariſienſẽ, qui cũ Iohãnẽ Auger Secanę Pariſijs portitorẽ paruo cultro penſatis inſidijs occidiſſet in ludo palmæ, prælibatum Androy ab altari prĩcipali ſanctorũ Innocẽtiũ eccleſię dicti loci, ad q d' fugerat, extrahi mãdaui à ſeruiẽtib⁹ meis: quẽ extractũ dictæ eccleſię ĩmunitate priuaui, necnõ patibulo affigi, & vitã finire cõdẽnaui. Necnõ dicta die ad mortẽ exeq feci. Secũdus caſus qñ eſt publicus latro, vel nocturn⁹ de populator agrorũ, q dũ itinera frequẽtata, vel publicas ſtratas obſidet agreſſionis inſidijs ab eccleſia extrahi põt ĩmunitate nõ prĕſtita, vt c. ĩter alia, extra de immuni. eccle. Terti⁹, qñ quis ſub ſpe ĩmunitatis in eccleſia, vel cœmiterio delinquit, vt c. fi. ext. de ĩmu. eccle. quia ſub ſpe venię, nemo peccare debet, vt ext. de cler. exco. miniſtr. c. illd', & de cõſecr. diſt. iiij. c. qñ qs. aliàs facilitas venię prĕberet incẽtiũ delinquendi, q d' fieri nõ decet, xxiiij. q. iiij. c. eſt iniuſta, & extra de vita honeſt. cler. c. vt cleric. & ita fuit deciſũ p areſtũ curiæ iudicij mei confirmatoriũ, Anno dñi milleſi. quingen. xxxiij. die octaua octobris, cõtra Carolũ de ſctõ vincẽtio, quẽ pro ſacrilegio per eum cõmiſſo patibulo affigi, & extremũ diẽ claudere mãdaui, & exeq feci. Sed quare public⁹ latro, & depopulator agrorũ poti⁹ extrahitur ab eccleſia, quàm alius malefactor, qui forte eſt

deterior. Dic quia plurimũ intereſt illos puniri, q̃ alios malefactores, cũ plura exitia cogitẽt, q̃ alij, vt xxiij. q. iiij. c. eſt iniuſta, & glo. in c. fi. extra de immu. eccle. In alijs aũt caſibus quãtumcunq; quis grauia delicta, ſiue maleficia ꝓpetrauerit, nõ eſt violẽter ab eccleſia extra hend⁹: nec inde debet dãnari ad mortẽ, vel ad pœnam: quia ab oĩ genere pœnarũ eſt interim ſecur⁹, vt xvij. q. iiij. c. id cõſtituim⁹. Et debẽt rectores eccleſiarũ ſibi obtinere mẽbra, & vitam: ſup eo tñ, quod iniquè fecit, eſt aliàs legitime puniend⁹, vt d. c. inter alia, extra de immu. eccle.

D ad carceres.) Nota q̃ carcer inuentus eſt non ad puniendos, ſed ad cõtinendos homines, l. aut dãnũ, §. ſolent, ff. de pœ. nõ ſolum in criminalibz, ſed etiam in ciuilibus: quia q̃ñ quis eſt ciuiliter cõdemnatus ad factum tenetur præciſe, & poterit detineri in carcere, & in compedibus, vt l. ſtipulatio, §. ſiue, ff. de noui ope. nunciat. iũcta glo. in verbo, ſiue, & ꝓ hoc eſt tex. in l. ſed & hæ, §. præter, ff. de procu. & l. fidei cõmiſſũ, §. fi. ff. de leg. iij. & Bal. ĩ l. eos, C. de execut. rei iudic. Et hoc ne eludatur authoritas prętoris, vel cõtemnatur, vel turbetur publica vtilitas, vt glo. in d. l. ſtipulatio, §. ſiue. q̃ ſi is qui tenetur præciſè ad factũ cõtumax eſt, iuratur in litem, ſi hoc actor maluerit, glo. in l. ſi hi, C. locat. & l. ſi cui, §. j. eodem. Sequitur ergo dicere, q̃ vbi quis præciſè ad factũ tenetur, erit electio actoris, an velit agere ad factum præciſè, vel ad intereſſe, vt d. l. ſtipulatio, §. ſiue, iũcta glo. in verbo placuerit, & l. ſed & hæ, §. fi. ff. de ꝓcu. & l. ſi cũ exceptio, §. ꝓinde, ff. qd̃ met. cauſa, & Bart. in l. cõſentaneũ, C. quõ & q̃ñ iudex, & x. diſtĩc. c. ſiquis aũt, & xxiij. q. v. c. adminiſtratores, ĩ fi. & ff. de re milita. l. iij. §. ſi ad diẽ. ¶ Sed quæro an in ciuilib⁹ quis ꝓ cauſa poſſit pecuniaria intrudi in carcerem? In hoc eſt aduertendũ, aut eſt debitum fiſcale, & poteſt perſonaliter capi, vt leg. cum eo, ff. ad leg. Iul. pecul. non tamen in carceribus ponitur, niſi perſiſtat in contumacia in non ſoluendo, vt l. nemo carcerem, de exacto. tribut. lib. x. C. Si verò ſit debitum priuatum, & aliquo tempore fuerit in iudicio, & de ſtãdo iuri promiſit debitor, & nõ ſtetit, debet capi, vt in aut̃. de exhib. reis, §. ſi verò q̃ dẽ. colla. v. Vel eriã ſi fuerit reus obligat⁹ per captionẽ ſui corporis, & bonorum, vt leg. conſentaneum, C. quomodo & quando iudex, & ibi Bart. ¶ Sed ſi nunquam reus fuit in iudicio, nec cautionem dedit, tunc iudex non cogitur, ſi velit, eum capi facere, niſi eum prius citet. Nec poteſt cogi iudex à parte agente capi facere reum, niſi conſtituatur in contumacia. vt Bartho. in d. leg. conſentaneum, nu. 18. Poteſt tamen iudex reum capi facere, ſi velit, vt veniat, nõ vt in carcerem ponatur, vt not. doc. in leg. plerique, ff. de in ius vocand. ¶ Si aũt condemnatus ſit reus pro debito ciuili, iudex poteſt eum

prehẽſi ad carceres[D] præpoſiturę dicti, Thraſo, Caligula, Anippus, Milo, Gnato, Paraſitus, Nebulo, Ebrio quo interrogentur, ac per ſe reſpondeant petitionibus. quæ intendantur à dictis cõquerentibus, & procuratore fiſci, [E] ſe ſiſtãt in iudicio ſup eiuſmodi indicijs apud acta prolatis, & à nobis idcirco conſpectis. Et vbi prehendi non poſſint, citentur vna denuntiatione pro tribus, ſiue

poni facere in carcerem, vt leg. j. C. qui bonis cedere poſſ. à quo liberabitur cedendo bonis, vt ibidem dicitur. Et ideo conſilium eſt, quando debitorem tuũ non potes facere capi, quia nunquam exit de domo, quòd facias eum condemnari decontemptu mandati, & ſic fiſco tenebitur, poterit tũc capi in domo, quia pro criminali capitur, vt not. in l. plerique, ff. de in ius vocand. & l. nemo de domo, ff. de regul. iur. Et cũ erit incarceratus, poteris ibi pro delicto pecuniario eũ in carceribus recõmẽdare, ſecũdum Bart. in l. ij. §. qui exhĩbẽdi, in ij. nota, ff. de cuſto. reorũ, & l. vlt. in §. fi. quod metus cauſa, ff. & Bart. in l. ij. C. de exact. trib. lib. x. C.

E conquerenti bvs, & ꝓcuratore fiſci.) Ad inſtantiam plurium, ſcilicet accuſantium pro priuato, & fiſci pro publico intereſſe aduerſus reos delatos per iudicẽ corporis captio, & reorũ exhibitio, decernitur. Nanq; alterũ vtilitas priuatorũ, alterũ vigor publicę diſciplinę poſtulat, l. licitatio, §. qd̃ illicite, ff. de publi. & vectig. & cõmiſſ. In delictis ſiquidẽ reſultat vindicta, ſcilicet pœna quo ad fiſcũ, & ꝓſecutio dãni ſiue ĩiuriæ, quo ad priuatũ, vt Inſti. de iniur. §. pe. & l. iniuriarũ, ff. eodẽ. Perſecutio aũt vindictæ, ſiue pœnę criminalis cõtra reũ delatũ fit ꝓ fiſcũ, ꝓ ĩtereſſe, & vindicta publica, vt not. in l. agraria, ff. de termi. amot. cũ interſit reipublicę, ne crimina remaneãt ĩpunita, l. ita vulnerat⁹, ff. ad l. aquil. Perſecutio verò ĩiurię, ſiue dãni cõpetit hoĩ priuato ꝓ ĩtereſſe particulari, & ciuili, vt l. Itẽ apd̃. §. ſi quis ſeruo verberato, ff. de iniur. vti etiã in actiõe iniuriarũ quę deſcẽdit ex l. corn. de iniu. quę cõpetit ĩ trib⁹ caſib⁹, vt ſi qs pulſauit, verberauit, vel domũ introiuit, vt ff. de iuiur. l. lex corne. Poteſt aut̃ priuatus de iure eligere actionẽ criminalẽ ad vindictã vel actionẽ ciuilem ad perſecutionẽ iniuriæ, vel dãni, vna tñ via ſiue actiõe electa ceſſat alia, vt ff. de iniur. l. qd̃ ſenatuſ. & l. prætor, §. j. eodẽ. Ita vt ſi agat ciuiliter, reſtat tñ actio, ſeu perſecutio dãni, vt d. l. Nẽ apud, §. ſi quis ſeruo verberato, tunc in illa perſecutione damni venit refectio expenſarum, vt l. cũ quidam, & ibi Bal. de fruct. & lit. expenſ. C. Si aũt delator criminaliter agat ad vindictã ſcilicet pœnã, & vincat, victoria erit fiſci, nõ ſua: nec poterit dicere reũ accuſatũ ſibi obnoxiũ, ſed fiſco, vt not. in d. l. agraria, ff. de termi. amot. & ff. de popul. actio. ſuper rub. & l. iij. in princ. ff. de ſepul. viol. & Bal. in d. l. cum quidam, de fruct. & lit. expenſ. C. nec tunc venit refectio expenſarũ, quia vbi criminaliter agitur ad pœnam, & pœna conſiſtit in ſupplici, nunq; venit refectio expenſarum, vt not. in proh. Inſti. poſt princ. & c. calumniam, extra de pœnis, & C. de fideiuſſo. l. j. & ff. de capit. diminut. l. tutelas, §. ſi libertate, & Bal. in leg. non ignorat. C. de fruct. & lit. expenſ. lib. x. Ideo quotieſcunq; iudex ꝓcedit per inquiſitionẽ ſup accuſatiõe

alicuius delatoris, reus poteſt cõdemnari ciuiliter, & criminaliter reſpectu duorũ, ſcilicet priuati, & fiſci. Nẽ pe in criminali cauſa pecunia danda eſt læſo, vt C. ad l. Iul. repetund. l. vlt. & d. l. iij. §. qui ſepulchri, ff de ſepul. viol. Ita etiã pœna pecuniaria poteſt infligi reo, fiſco applicanda, vt ff. de prẽua. l. iij. §. vlt. & melior tex. qui eſt vnic⁹, in c. j. §. ſi quis alĩ quẽ de pace tenẽd. in vſib. feudo. vbi dicit tex. ſi qs capillos, aut barbã alicui extraxit, licet ſanguis nõ exiuerit, mulctatur in quadraginta libras parti applicandas, & viginti fiſco. Et pinde eſt vindicta in pecunia & fortuna, ſicut in corpore & fama, vt leg. ſi ex, C. qui accuſ. poſſ. vbi dicitur quòd pœna poteſt infligi, vel in corpore, vel dignitate, vel fama, vel etiam in ablatione bonorum, vt ff. de iure primipil. leg. j. Nota tamen q̃ cauſa dicitur criminalis, cũ finis tendit ad vindictã publicã, vt delictũ puniatur de pœna debita, & naturali. ſed ſi agat de delicto, vt imponatur alia pœna minor, q̃ pœna naturalis ipſius delicti, dicit agi ciuiliter: licet vindicta, ſiue pœna tendat ad bonũ publicũ, & nõ ad cõmodũ priuatũ, vt Abb. in c. ſup his, extra de accuſa. vñ ſi agat contra clericũ, vt priuet beneficio, propter crimen, nõ dicitur criminalis, quia finis accuſationis nõ tendit ad depoſitionẽ ordinis, ſed ad priuationẽ officij tm̃, tanq̃ ſit ĩmeritus, & dãnoſus, & pro hoc eſt tex. expreſſ⁹ in c. per tuas, l. j. extra de ſymo. verſic. tales, qui eſt tex. ſing. ſecũdũ d. Abb. in d. c. ſup his idẽ Abb. in c. illa, extra de accuſ. & c. ex parte. j. extra de teſti. Si aũt ꝓſecutio delicti tendat ad vindictã, & pœnã naturalẽ ipſius criminis, tunc dicit criminalis: ſiue pœna tẽdat ad bonum publicũ tm̃, ſiue ad publicũ & priuatũ, vt in aut. vt iudic. ſine quoquo ſuffra. §. neceſſitatem, vbi iudicibus male ſe habẽtibus imponitur pœna exilij, quæ nõ imponeretur, niſi criminaliter ageretur, imponitur etiã pœna pecuniaria, nã ibi dicit, læſis dãnũ reſarciat. Et ſic in qualibet actione populari, vbi reſpublica inuenit offenſa, medietas pœnæ eſt actoris, alia medietas eſt fiſci, vt Bart. in l. lege. §. hoc edicto, ff. ad ſyllania. Quo autem ad id, quod ſupradictũ eſt, q̃ ciuilis, & criminalis actio non poſſunt ſimul, & ſemel intentari per priuatum: hoc verum eſt, quãdo vtrunq; petit per modũ actionis principaliter intentatę, & tẽdunt ad vindictã. Sed ſi quis accuſat criminaliter, & per iudicis officiũ petitur reſtitutio rei ex æquitate, hoc poſſet fieri, vt dixi ſ. in §. accuſat. verum de cõſuetudine regni Frãciæ nemo priuatus admittitur ad accuſandũ criminaliter, ſed inſtandũ eſt procuratori fiſcali, vt id crimen, quod cõprobatum eſt, proſequatur. Aut iudex ex officio in contumaciam procuratoris non proſequentis vlciſcat per iura ſuperius allegata in §. informatio, l. j. Si verò priuatus agat tantum in criminali, poterit ſuũ cõſequi intereſſe, vt in aut. vt nulli iudic. §. ſuper hoc, colla. ix.

F ☞ PRAESENS reſpondeat.) A vocatione in ius iura incipiunt cauſa iuris ex periẽdi, vt §. fi. inſt. de pœna teme. litig. & l. j. ff. de in ius vocand. iudicium autẽ conſtat his quattuor: ſcilicet iudice electo, accuſatore idoneo, defenſore congruo, atq; teſtib⁹ legitimis. Iudices æquitate vti debẽt, accuſatores intentione ad amplificandam cauſam, teſtes veritate, defẽſores extenuatione, ad minuendã cauſam, vt c. null⁹. iij. q. iiij. Quãdo ergo per informatiões iudex cognoſcit modicum eſſe delictum reſpectu alterius delati, ex quo non poteſt ſubſequi mors, vel debilitatio membrorum, tunc poteſt citari facere reum perſonaliter cõ

vno edicto vice trium, ad tres breues dies ad audientiam graphariatus corã nobis: vt compareant in iudicio pœna confiſcationis ſuorum quorũcunq; bonorum, & corporũ ĩdicta. Præterea dies dicatur Iro, quo adſit iudicio, & præſens reſpondeat, F vt ſuperius. Actum die &c. Anno &c, Sic ſignatum.

Edicto hoc decreto actuarius accuſantibus edit epiſtolam, ſeu reſcriptũ, quo rogantur pręfecti iuriſdictionis, in quam aufugerunt accuſati, hac forma:

C. Paulus eques, & dominus alti mõtis, præpoſitus A & cuſtos præpoſituræ

pariturum coram ſe, quotiens neceſſarium, opportunum, aut vtile ſibi videtur, vt l. fi. C. de procur. maxime quando pœna citra relegationem tantum venit imponẽda. arg. l. diuus, la. j. ff. de cuſt. & exhib. reo. poteſt ſiquidem iudex ex multis animum ſuum informari partis principalis miniſterio, qd̃ nõ poſſet ꝓcuratoris medio: & in his nõ põt certa regula dari, cũ ex arbitrio depẽdeat iudicantis, vt not. in c. paſtoralis, extra de iudic. & c. fi. & ibi glo. & doct. extra de ꝓcur. & l. j. in princ. ff. eodẽ, & C. de his q̃ veniã ætat. impet. l. iij. & ff. ex quib. cauſ. in poſſ. eat. l. ait prætor.

A ☞ PRAEPOSITVS.) Citatio realis fit per iudicẽ ordinarium tantum, vt in aut. de exhib. reis. §. ſi verò etiam. col. v. Et ſemper habet locum citatio realis, niſi in matreſa. vt C. de offic. diuerſo. iudic. leg. j. & glo. in dicta leg. conſentaneum, habet etiam locum vbi petitur proferri abſolutiue, vel diffinitiue, vt glo. in dicta leg. conſentaneum, in verſi. cogendum, C. quomodo & quando iudex. Quæritur autẽ an iudex inquirendo, & aliquem iniuſte incarcerari mandando poſſet capi in partem priuatam ad inſtar priuati, & contra eum agi actione iniuriarum ad damna, & intereſſe? Dic quòd non, niſi ſit dolus, vel fraus. Is enim, qui iure publico vtitur, non videtur iniuriæ faciendæ cauſa hoc facere. Iuris enim executio iniuriam non habet. vt leg. iniuriarum, §. is qui, ff. de iniur. Nam cura, & ſolicitudo potius in dubio præſumuntur iudicẽ ſolicitaſſe, quàm odium aduerſarij, Bal. in leg. ij. C. qui accuſ. non poſſ. Magiſtratus verò ſi damnum iniuria dederit, poterit aquilia teneri, veluti ſi putat ex lege capere pignus, nõ ex lege ceperit, & res tritas, corruptaſq; reddiderit. Si ergo illicitã capturã fecit, tenet ad damna & intereſſe,

vt d.l.quèmadmodũ,§.magiſtratus,ff.ad leg. aquil.Si quid tamen magiſtratus aduerſus reſiſtentẽ violẽtius fecerit,nõ tenebitur aquilia. Nã & ſi cũ ſeruũ pignori cepiſſet,& ille ſe ſuſpenderit,nulla datur actio, vt d.l. §.pe.Si aũt dolus,fraus,vel concuſſio ſit in iudice,poterit teneri actione iniuriarũ,vt c.fi.extra. de calũ.& l.vnica,C. de ſumptu recupe.lib.x.& ĩ d.l.iniuriarũ, §.magiſtratus,ff. de iniur. Tunc enim.lrẽ ſuã facere iudex intelligit, cum dolo malo in fraudẽ legis ſentẽtiam dixerit: dolo aũt malo hoc facere videt, ſi euidẽs arguatur eiꝰ ſentẽtia, vel gratia,vel ĩimicitia,vel etiã ſordes,vt verã eſtimationem litis prẽſtare cogatur,l.ſi filius familias,§. iudex,ff.de iudi.& C.de pœna iudic. q̃ male iudic.l.ij.

B ☞ PRIMO viatori.)Dirigitur hæc commiſſio primo ſeruienti exequenda. Nã in criminalibus citatio ſiue ſit realis,vt captio corporis:ſiue verbalis,vt citatio ſiue adiornamentũ perſonale(de quib. loquitur. Io. And.in c.romana,§.cõtrahẽtes,de foro cõpet.in. vj. debet fieri per nunciũ,ſeu ſeruientẽ,vt c.cũ parati,extra de appell.& c.qm̃ contra falſam, extra de ꝓbat. & Spec.in titul. de citat.§. ſequitur.

C ☞ CVIVSVIS alius rogato.)Iudex inferior poteſt cõmittere nũcio ſuperioris officialis,ſiue iudicis, licet nũtius ſit iuratus,& deputatus ad ſeruiendũ vni curiæ vnius iudicis ſuperioris, & citatio facta ꝑ dictũ nũciũ ſuperioris ad inſtantiã inferioris valet, vt Bart. in extrauag.ad reprimend.in verbo per nũcium.Quomod. in læſ.maieſt.cri.proceda.

D ☞ MANDAMVS.)Hic eſt mandatum iudicis, ſine quo rei regulariter nõ poſſũt,aut debẽt exhiberi, ſiue capi ad corpus,vt l.neminẽ,C.de exhib.reis.Fallit pluribus cauſis illa regula, per quam quis poteſt capi perſonaliter, & exhiberi in criminalibus ſine iudicis mãdato.Primo q̃n reus exhibeꝫ ꝑ officiales ad hoc deſtinatos,& deputatos.Nã ea quę ꝑ officũ præſidis denũciantur,& citra ſolẽnia accuſationũ poſſe ꝑpendi incognitũ nõ eſt,l.ea quidẽ,C.de accuſa.Solẽt eñ nonnulli officiales ad hoc deputari,vt dicit glo.in d.l. ea quidẽ, & ff.de offic.præfect.vrbi.l.j.§.ſanè, & de decurio.l.j. lib.x.C.Et hoc maximè,q̃n ꝓceditur ſuꝑ notorio, qđ eſt notoriũ oĩ populo, vel maiori parti, vt d.glo.l.ea quidẽ,& arg.ff.q̃ ſatiſda.cogũt.l.ſi verò ꝑ cõdẽnato.§. fi.& ij.q.j.c.de manifeſta.& l.congruit,ff.de offi. p̃ſi & c.euidentia,extra de accuſa.Oportet autẽ ꝓbare ad minꝰ illud eſſe notoriũ, vt d.glo.l.ea quidẽ,ſed hoc in leuibus delictis intelligendũ,in quibꝰ his officialibꝰ ad hoc deputatis creditꝫ,arg.d.l.j.§.ſi quis, ff. de off.præfect.vrb.in grauioribꝰ aũt delictis ſecus eſſet,quia his nõ creditꝫ,vt c.cũ pati, extra de appel.& d.l.ea qdẽ. Nã vtiq̃ credendũ nõ eſt epiſtolis,aut relationibꝰ eorũ,q̃ quaſi dãnatos ad præſidẽ remiſerint.Sed debẽt irenarchę, cũ apꝑhẽderint latrones eos ĩterrogare de ſocijs, & receptatoribꝰ & interrogationes literis incluſas,atque obſignatas ad cognitionẽ magiſtratꝰ mittere. Igiꝫ qui cũ eo elogio mittunt, ex integro audiẽdi ſunt,etiã ſi ꝑ irenarchas perducti fuerint, vt l.diuꝰ Adrianꝰ,ff.de cuſto.& exhib.reo. Secundò fallit in falſa moneta, vt l.j. C. de falſa monet. Tertio, licitũ eſt furẽ ducere ad iudicẽ, ſine iudicis mãdato,vt l.interdũ,la.ij.§. qui furem, ff. de furt.Et poſſunt & fur,& res furto ſubtractæ ob publicam vtilitatẽ in domo aliena perquiri, vt Bart.in l.requirendi,C.de ſeruis fugit.In rebꝰ inanimatis nõ poteſt fieri perquiſitio ĩdomo aliena inuito domino ad vtilitatẽ priuatam, vt l. iij.ff.de acquir. rerum domin. aliàs ingrediẽs teneretur actione iniuriarum,vt ff.de iniur. l. iniuriarum,§. fi.& leg.ſi quis domum,eodem. Ita nec etiam ob vtilitatem publicam poteſt fieri perquiſitio in domo aliena inuito domino, vbi dominus pateretur damnum, tex.& glo.in leg.quoſdam de metalla.& meta.lib. xj. C. all.leg.venditor,in fi.ff. communia prædio. & leg. fluminum, §. fi. ff. de damno infect. & leg.j.§. Denique, ff. de aqua pluuia arcend. Si autem appareant indicia, quòd in domo aliena deberent eſſe res ſubtractæ,tunc propter indicia officio iudicis perquiritur domus, quia propter indicia peruenitur ad miſſionem in poſſeſſionem perſonæ, multo magis in perquiſitionem domus, vt Bartho. in dicta leg. requirendi,allegat.leg.j. ff. de quæſtio. Nec licitum eſt dare libellum, quando imploratur officium iudicis, quia illud miſericorditer imploratur, vt Bartho. ibidem,& not. in ſimili,ff. de interrogat.actio.ſuper rubri. Nec debet pars vocari ad hoc, ne detur cauſa ſubtrahendi reum criminis ſecundum Paulum de ca. in dicta.leg.requirendi.

primo viatori,[B] prædictę præpoſituræ, aut cuiuſuis alius rogato,[C] rationibus ad id nos monẽtibus mãdamus,[D] & cõmittimus quatenus poſtulabunt Antonia Diana vidua defuncti Ioãnis Pluti tam ſuo nomine, q̃ adminiſtratrix corporũ,& bonorũ ſuorũ, & dicti defuncti Ioannis Pluti liberorum, annis minorum, & Auguſtinus Plutus dictorũ defuncti, & viduæ filius annis maior: Benedictus Craſſus defuncti magiſtri Chryſoſtomi Craſſi,dum eſſet apud ſuperos ĩ Lutẽciano ſenatu aduocati,frater:Maria Martha relicta defuncti Iuliani Xenij, Clemens Xenius dicti defuncti frater: Dionyſius Dauus magiſtri Chryſoſtomi Craſſi nuper famulꝰ, & procurator regis noie dicti dñi,prehendatis vbicunq; prehẽdere poteritis, etiam in loco ſacro, Bernardũ Thraſonẽ,Claudiũ Caligulã, principis noſtri

Quarto in flagrãti crimine poteſt malefactor capi, & ad iudicem duci per eum, cuius intereſt: dũ tamen ducatur ad iudicem infra tempus ſtatutũ, ſcilicet viginti horas nocturnas, vt l. capite quito, ff. ad l. Iul. de adult. Poteſt etiam capi malefactor per quemlibet alium, ſi aufugiat: quia aliquid pmittitur ratiõe fugæ, qđ alias non permitteret, vt l. prætor ait, §. ſi debitorem, ff. ſi in fraudem credito. not. in l. penul. C. de ferijs. per quẽ tex. dicit Bal. q̃ iudex quolibet tẽpore poteſt dare licentiã alijs, qui malefactorem capiãt: & ad hoc facit l. Pedius, ff. de incẽdio, rui. & naufra. & glo. ĩ d. l. pe. vbi dicit q̃ latrones, inſidiatores, ſtratores, etiã diebꝰ dñicis, & q̃buſcũq; feſtiuis poſſunt poni ad torturã, & etiã mitti ad furcas ꝓpter rationẽ, quę ponit ĩ d. l. pe. vbi dicit q̃ facillimè ĩ hoc ſummi numinis ſperat venia, ꝓ qđ multorũ ſalus, & incolumitas ꝓuocatur. idẽ dicendũ eſt ſecũdum glo. ibidẽ in quocunq; reperto ĩ flagrãti crimine magno, quia nõ poteſt fieri maius ſacrificiũ deo, q̃ vt hi, qui ĩ ſuã, & aliorũ pernicię deuagãt, cõpetenti debeãt vigore cõpeſci, vt dicit tex. xxiij. q. v. c. tali, & Seneca ĩ tragœdijs, Non poteſt pinguior victima mactari deo, q̃ reus iniquus. Et ita vidi practicari Tholoſæ per dñi Bertrandi vicarij regis locũ tenẽtem, qui profecto die paſchatis latronẽ, qui crumenã abſciderat, cæſum virgis per carnificem exilio mandauit, me tunc temporis ibidem patrocinante. & ad hoc facit l. cuſtodias, ff. de public. iudic. Quinto licet cuilibet propria auctoritate occidere nocturnum depopulatorem agrorum, & aggreſſorem itinerum: quia melius eſt occurrere in tempore, quàm poſt exitũ vindicare, vt C. qñ lic. vnicuiq; ſine iudic. ſe vindic. l. j. & ij. & l. fi. ff. ex quib. cauſ. ĩ integ. reſti. non eſt neceſſa. Nam illata percuſſio non poteſt reparari, vt not. in cap. ſignificaſti, extra de homicid. Et ideò id ferum eſſet punire iudicio, quòd ſubijugamus edicto, quòd lex fert ſententiam ipſo iure, vbi expectare ſententiam iudicis eſſet ſerotinum. Ita q̃ ſi quis minatur mortem alteri, poterit in ipſo actu ab illo occidi: quia non debet expectare ſe percuti, melius eſt enim occurrere in tempore &c. ſecundum Bal. in d. l. j. C. quando liceat vnic. ſine iudic. ſe vindic. Sexto quando quis eſt implicitus ſceleribus, nec vult venire ante iudicem, nec iudex poteſt eum cogere, tunc permiſſa eſt propria vltio offenſo, glo. in l. nullus, cum multis iur. ibidem alleg. C. de Iudę. & cælicol. aliàs autem non permittitur, vt d. l. Septimo cuilibet priuato permiſſum eſt ſuum debitorem fugitiuum apprehendere, & ei pecuniam ſecum afferentem auferre, vt l. ait prætor, §. ſi debitorem, ff. quæ in fraud. creditor. & l. quæſitũ, ff. de pignor. & auẽ. imò à debito creditor, C. de actio. & xxiij. q. ij. cap. j. & ij. & glo. in eius gẽtium, j. diſtinct. Octauo permiſſũ eſt cuilibet priuato occidere impune raptorem virginũ, vt l. j. de rapto. virgi. vbi tractatur de flagranti crimine, & delicto. Nono licitum eſt marito illudẽtẽ caſtitati vxoris ſuæ proprijs manibus perimere, vt in auẽ. vt lic. mat. & auiæ, §. pe. & fi. col. viij. & c. ſi quis cõtra, extra de cohab. cleric. & mulie. vbi tractat de ſuppoſitiõe partꝰ. Et ꝓ ratiõe affert illud Homer. Nec eũ ſoli, ĩquit Atrides. i. nobiliſſimi vxores ſuas amãt, l. ſi vxor, ff. ad l. Iul. de adult. vñ Vir. Cõiuge corrupta nec ſolos tãgit Atrides Ille dolor, ſolꝰ &c. & glo. in d. l. ſi vxor. ver. inquit Atrides. Hac ratione ꝓmiſſũ eſt marito ꝓquerere vxorẽ ĩ domo aliena inuito dño domus, ſecũdũ Paul. de caſt. ĩ d. l. reqrẽdi, C. de ſeruis fugit. & idẽ dixi ſ. in decreto infor. glo. ꝓhenderet, & hoc ad inſtar ſerui fugitiui: nec maritus debet quoquo modo deſerere vxorẽ, licet nõ ſe corrigat, etiã ſi vitę illius inſidiaret, & hoc ſub pœna exco. vt xxxij. q. v. cap. quicquid mulier, excepta tamen fornicatione. Quia ſi vxor in eum peccauerit, poteſt eam corrigẽdo iudicare, vt xxiij. q. iiij. c. duo iſta. in forma autem iudicij non poteſt eã iudicare, vt glo. in cap. ſicut alterius, vij. q. j. ſed poteſt eam tenere in vinculis in domo, & eã verberare, caſtigare, ac ieiunare facere, & præter necem eam corrigere, maxime clericus, cum hoc ſit ei permiſſum, vt xxxiiij. q. ij. c. placuit, & q. v. c. hæc imago, & glo. in c. quẽadmodũ, §. fi. ext. de iureiu. immoderate autem eam verberare non licet, cum verbera illa ſint aliena ab ingenuis, vt l. conſenſu, C. de repud. ſed tẽperate eã poteſt caſtigare, quia eſt de familia ſua, vt d. xxxiiij. q. v. c. hęc imago, ſicut dñs ſeruum, vt ff. de his, qui ſũt ſui, vel alie. iur. l. j. §. fi. vel etiã ſicut mercenarium ſuum, vt ff. de pœnis, l. reſpiciendum, § furta domeſtica, & glo. in d. c. ſicut, vij. q. j. Etiã ſi dominus fuerit inuaſus, nec tamẽ occiſus à ſeruis, poterit in familiam ſuam animaduertere, leg. & ſi certus, §. fi. ff. ad ſenat. ſyllania. videlicet occidendo de ſeruis, vel

legionarios, Deſiderium Anippum, Girardum Milonem, Egidium Gnatonẽ, Ferdinãdum Paraſitum Anippi famulos, Henricum Nebulonem, Iacchum Ebrionẽ Milonis famulos, & illos prehẽſos adducatis ad ditionis noſtræ carceres. Ad hæc Andreæ Iro cerdoni certus præſtituatur dies, quo coram nobis cõpareat, & ſe præſens defendat cõtra dictos accuſatores, aut eorum pro ipſis ꝓcuratorem, ſimiliter regium procuratorẽ: interrogentur ſuper criminibus, & inquiſitionibus contra illos cõceptis, apud acta prolatis, & per nos ea de cauſſa lectis: reſpondeant petitionibus dictorum accuſatorum ciuiliter, & procuratoris publici publice: quas proponere, & intẽdere voluerint, ſiſtántq; in iudicio. Quòd ſi prehẽdere minime poteritis, illos citetis trino die vno ędi

beſtijs,cum cauſa ſit iuſta,vt ff.de leg.j.l.quid ergo,§. ſi hæres, & ff.de verbo.oblig.l. qui ſeruum. Si autem atrocitas facti ius domeſticę emẽdationis excedat,placet enormis delicti reos dedi iudicis notioni,vt l.vna, C. de emend.propinq. Viris ergo fœminas ſubditas, & penè famulas lex eſſe voluit, vt cap.ſatis,xxxiij. q.v.Ideò mulier debet velare caput ſuum, quia non eſt imago dei, ſed vt viro oſtendatur ſubiecta: vt quia præuaricatio per eã inchoata eſt, hoc ſignum debet habere: nec habet caput liberum, ſed velamine tectum: nec habet poteſtatem loquendi,propter peccatum originale ſubiecta debet videri, vt cap.mulier.xxxiij.q. v. non enim de eadem terra,in qua plaſmatus eſt Adam,ſed de ipſius Adæ coſta facta eſt mulier. Euidentiſſime itaque apparet ita virum eſſe caput mulieris, vt nulla vota abſtinentiæ,vel religioſæ conuerſationis liceat ſibi ſine eius mariti licentia deo offerre,etiam ſi viro permittente repromiſſa fuerit, non licet ei votum opere cõplere, cum vir voluerit promiſſum reuocare, vt cap. nec illud,d.xxxiij.q.v. ¶Eſt ergo vxor ſemper reſtituenda viro,niſi in tribus caſibus. Primo,quando eſt publicè adulterata. Secundo,quando timetur de ſęuitia viri,vt cap.ſiue,xxxiij. q.ij. Tertio, quando dicuntur vir & vxor eſſe in gradu indiſpenſabili,& incontinenti probatur exceptio,vt extra de reſti.ſpolia.c.literas: & tamen in eodem caſu fit reſtitutio quo ad omnia, niſi quo ad carnale commercium,vt ibidem.Quartus poteſt eſſe caſus,quando vxor propria voluntate recedit à viro,vt xxvij.q.ij.cap.agathoſa. Vel cum vir de licentia vxoris recedit ab ipſa,glo. in cap.j. xxxiij. q.ij.His ergo tribus caſibus vxor non debet reſtitui, ſed reddi ad tẽpus ſuæ poteſtati, & conſanguineis proprijs liberè ſociari. Itaq; etiam locus ei prouidendus eſt,in quo nulla vis multitudinis formidetur, ne ſit difficile teſtes producere,vel cæteras perſonas, ſcilicet aduocatos,qui in huiuſmodi controuerſijs requiruntur,vt d.c.ſiue.xxxiij.q.ij.Iudex ergo debet de loco iudicij prouidere partibus,vt in eo loco debeat cognoſcere de cauſa, vbi partes liberè,& ſecurè valeant conuenire, vt ff. de reb.dub.l.vbi,& ij.q.ij.cap.vlt. q; ſi nõ fecerit,licite appellabitur,vt extra de appell.c.ex parte,& glo.in d.c.ſiue.Mulier nanq; ſi ſe verberibus (quæ ingenuis aliena ſunt) afficientem maritũ extra cauſas à lege expreſſas probauerit, tunc repudij auxilio vti poterit,vt d.l.conſenſu,& l. vir quoq;, C.de repud. Et punitur maritus in pecunia, quia dabit ei tertiam partem donationis,quam dedit propter nuptias, vt in auteñ.vt lic.ma.& auiæ,§. ſi quis autem,col.viij. Si autẽ quis non dedit donationem propter nuptias, in quarta parte totius ſubſtantiæ ſuæ, ſi eius ſubſtantia non excedat trecentos aureos.ſi excedat,dabit cẽtum aureos,vt C.de repud.l.vlt.& glo.in cap.placuit, xxxij.q.ij. Sed quęro an vxor alteri⁹ adulterari ab aliquo,vel iudicari,aut diſponi poſſit,& permittat? Dic q; non,niſi à proprio viro eo viuente,vnde ait apoſtolus: Alligata eſt vxor legi viri q̃diu vir eius viuit. Eo verò defuncto ſoluta eſt à lege viri, vt c.ſicut alteri⁹, vij.q.j.Nõ tamen licet marito adulteram cõiugem occidere,vt c.ſi quod,xxxiij.q.ij. cuius virginitatis violatio ī primo coitu digno ſcitur & probatur per aſpectũ linteaminis ſanguinolenti, ſecundum glo. in cap. ſatis, xxxiij. q.v. Affert enim illud Salomonis, Ne intenderis fallaciæ mulieris: Fauus enim diſtillans labia meretricis,& nitidius oleo guttur eius: Nouiſſime autem quaſi gladius biceps pedes eius deſcendunt in mortem, & ad inferos greſſus eius penetrant. Vagi ſunt greſſus eius,& inueſtigabiles. Longe fac ab ea viam tuam, & ne appropinques foribus domus eius,prouer.v.c. Die ergo ſapientiæ ſoror mea es, & prudentiam voca amicam tuã: vt cuſtodiat te à muliere extranea,& ab aliena, quæ verba dulcia facit,de feneſtra (inquit) domus meæ per cancellos proſpexi iuuenem,& video paruulos: conſidero vecordem iuuenem, qui tranſit per plateas iuxta angulum,& prope viam domus illius graditur in obſcuro adueſperaſcente die,in noctis tenebris, & caligine. Et ecce occurrit illi mulier in ornatu meretricio præparata ad decipiendas animas: Garrula,& vaga,quietis impatiens,nec valens in domo conſiſtere pedibus ſuis,nunc foris,nunc in plateis, nunc iuxta angulos inſidiãs,apprehenſúmq; deoſculatur iuuenem,& procaci vultu blanditur,dicens: Victimas pro ſalute voui, hodie reddidi vota mea. Idcirco egreſſa ſum in occurſum tuum deſiderans te videre, & reperi: intexui lectulum meum funibus,& ſtraui tapetibus pictis ex Aegypto,aſperſi cubile meũ myrrha,& aloẽ, & cinnamomo: veni inebriemur vberibus,& fruamur cupitis amplexibus, donec illuceſcat dies. non eſt vir in domo ſua,abijt via longiſſima. Sacculum pecuniæ ſecum tulit,in die plenæ Lunæ reuerſurus eſt in domũ ſuam. Irretiuit eũ multis ſermonibus, & blanditijs labiorum protraxit illum. Statim eã ſequitur quaſi bos ductus ad victimam,& quaſi agnus laſciuiens, & ignorans,& neſcit quòd ad vincula ſtultus trahatur, donec tranſfigat ſagitta iecur eius, velut ſi auis feſtinet ad laqueum, & neſcit q; de periculo animæ illius agitur. Ne ergo abſtrahat in vijs illius mẽs tua, neq; decipiaris ſemitis eius. Multos eñ vulneratos deiecit, & fortiſſimi quiq; interfecti ſunt ab ea. Viæ inferi domus eius,penetrantes interiora mortis. Hæc prouerb.vij. c. Et idẽ Salomon inquit inſuper, A tribus timuit cor meum,& in quarto facies mea metuit. Delaturam ciuitatis, & collectionem populi,& calumniam mendacem. Super mortem omnia grauia. Dolor cordis,& luctus, mulier zelotypa: In muliere zelotypa flagellum linguę omnibus communicans. Sicut bonum iugum, quòd mouetur: ita & mulier nequam. Qui tenet illã, quaſi qui apprehẽdit ſcorpionem. Mulier ebrioſa ira magna, & contumelia, & turpitudo illius non tege-

cto cõtractim,& omiſſa iteratione pœna proſcriptionis,& exilij, publicationis corporum & bonorũ more ſolito. Et quia nobis relatum eſt quoſdam ex illis reis migraſſe ex noſtro territorio

tur. Fornicatio mulieris in extollentia oculorum,& in palpebris illius agnoſcetur.Eccle. xxvj. c. Non eſt caput nequius ſuper caput colubri, & non eſt ira ſuper iram mulieris.Commorari leoni,ac draconi placebit, q̃ habitare cũ muliere neq̃. Nequitia mulieris immutat faciem eius,& obcæcabit vultum ſuum,tanq̃ vrſus, & quaſi ſaccum oſtendit in medio proximorũ. Ingemuit vir ei⁹,& audiẽs ſuſpirauit modicum. Breuis omnis malitia ſuper malitiam mulieris. Sors peccatorum cadet ſuper illam, mulieris ira irreuerẽtia,& cõfuſio magna.Mulier ſi primatũ habeat, cõtraria eritviro ſuo.Cor humile,& facies triſtis,& plaga mortis mulier neq̃,manus debiles,& genua diſſoluta mulier, quæ non beatificat virum ſuum.A muliere initium factũ eſt peccati,& per illã omnes morimur.nõ des ergo mulieri neq̃ veniam prodeũdi. Si nõ ambulauerit ad manum tuam,cõfundet te in conſpectu inimicorum.A carnibus tuis ergo abſcinde illã,ne ſemper te abutatur, vt Eccle.xxv.c. Quę vtinam olim Salomonis authoritate monitus,attentius perpẽdiſſem,q̃ vera eſſent,& poſtea meo malo expertus non didiciſſem:aut nunc quas patior moleſtias diſſimulare, & aliorum infortunium ſimulare poſſem. Prò dolor,ea ſiquidem magis percipimus, atq; ſentimus, quę nobiſipſis aut proſpera, aut aduerſa euenerunt,q̃ illa, quæ cæteris : quæ quaſi longo interuallo interiecto videmus:aliter de illis,ac de nobis iudicamus.Ediuerſo,autem mulieris bonæ beatus vir:numerus enim annorum illorum duplex. Mulier fortis oblectat virum ſuum,& annos vitæ illius in pace impleb it. Pars bona , mulier bona:in parte bona timentiũ deum dabitur viro pro factis bonis : diuitis autem & pauperis cor bonum . In omni tempore vultus illorũ hilaris.Gratia mulieris ſedulę delectat virum ſuum, & oſſa illius impinguabit. Diſciplina illius datum dei eſt,mulier ſenſata, & tacita non eſt immutatio eruditæ animæ. Gratia ſuper gratiam mulier ſancta, & pudorata:omnis enim ponderatio non eſt digna continentis animæ.Sicut ſol oriens in mundo in altiſſimis dei,ſic & mulieris bonæ ſpecies in ornamentum domus eius.Lucerna ſplendens ſuper candelabrum ſanctum, & ſpecies faciei ſuper ætatẽ ſtabilem.Columnæ aureæ ſuper baſes argenteas , & pedes firmi ſuper plãtas:ſtabilis mulieris fundamenta æterna ſupra petram ſolidam, & mandata dei in corde mulieris ſanctę. Eccle.xxvj.cap.

in aliud,rogamus omnes,[E] & ſingulos iudices, in quorum iuriſditionem aufugerint,quatenus ad ſubſidiũ iuris[F] & iudicij ptinet, eiuſmodi reos à noſtro viatore;aut ſuorũ primo permittãt prehendi, prehenſos in noſtræ præpoſituræ cuſtodiam perduci,quemadmodum nos ab illis rogati cõmodè, & legitime facere vellemus, quod etiã offerimus. Omnes autem prefectos,iuridicos, magiſtratus,& officiarios dicti domini nobis mancipatos , alios rogantes, vobis id agentibus parere volumus , & iubemus.Datum Pariſijs ſub dictæ præpoſituræ ſigillo,die xvj. Octob.M.v^c.xl. Sic ſignatum.

E ROGAMVS omnes) Sunt nonnulli comprehenſorũ criminum,qui latent,aut relinquunt prouinciam, in qua deliquerunt , & in alia prouincia degunt.Ideo ſolent præſides prouinciarum , in quibus delictum eſt commiſſum,vti publica epiſtola , & ſcribere ad collegas ſuos,vbi factores , ſcilicet rei agere dicuntur:& deſiderare , vt cum fidis cuſtodibus ad ſe remittãtur,vt l.ſolent,ff.de cuſto. & exhib.reo, & in auteñ. vt nulli iudic. §. ſi vero quis.

F AD ſubſidium iuris.) Iudex,qui has publicas ſuſceperit literas, debet periculo ſuo,& officij ſui huiuſmodi reos cõprehẽdere , & ad iudicem prouinciæ tranſmittere , in qua peccarunt, ſupplicijs legitimis ſubijciendos. Quòd ſi hoc facere, aut officium eius tradere neglexerit, tunc & ipſum iudicẽ tres auri libras, & officium ei⁹ alias tres pro pœna ferre decebit. Et ſi talis iudex, aut aliqui officij eius, propter lucrũ huiuſmodi pſonam non comprehendat, aut comprehendens non tranſmittat, & hoc agens cõuincatur,ſpoliatus ſingulo exilio tradetur,vt d.§.ſi verò quis,in aut.vt nulli iudic. & C.de his qui latro. vel alijs cri.reos occul.cũ l.ij.Videtur q̃ iudex req̃ſit⁹ debeat habere aliqualẽ cognitionẽ aduerſus reũ,ãteq̃ eũ remittat, aliàs dictus reus poſſet ſine cauſa infamari, qui ſic ſtatim remitteretur ligatus,ad hoc ff.de cuſto. reo.l.diuus,& C.de exhib.& trãſ.reis,l.fi.& C. vbi de crimine agi oport.l.j.Sed hoc puto eſſe verũ , qñ reus eſſet captus,anteq̃ requireretur:quia deliquit in iuriſditione iudicis requiſiti.Non enim dubium eſt, quin cuiuſcunq; eſt prouinciæ homo,qui ex cuſtodia producitur,cognoſcere debeat is,qui ei prouinciæ præeſt,in qua prouincia agitur.Illud obſeruari ſolet,vt cum cognouerit, & conſtituerit , remittat illum cum elogio, ſcilicet ſcriptura ad eum, qui ei prouinciæ præeſt, vnde is homo eſt.quod quidem ex cauſa faciendum eſt, vt l.non dubium, iuncta glo.in verſi.prouinciæ, & d. l.ſolent,ff.de cuſto.& exhib.reo. & ita de conſuetudine practicatur,& l.ſolet,ff. de offic. proconſ. & legat. Si autem reus,qui requiritur,non eſt captus,iudex requiſitus debet eũ remittere ſine aliquali cognitione. Tum quia eſt præſumptio pro iudice requirente,vt c. in præſentia, extra de renuncia . Tum quia iudex requiſitus eſt merus executor,vt extra de offic. deleg.c. paſtoralis,§. præterea . Et merus executor de viribus cauſæ non cognoſcit,nec pronunciat,nec pronunciatũ valet,vt l.ſi vt proponis,C.de execut.rei.iudic. & l.ſi

cui,§.finali.ff.de accuſa.Quo autem ad cognitionem cauſæ,poteſt de legari, non q̃tum ad deciſionẽ,d.l. ſolet,ff.de off.proconſ. & leg. Quæro quid ſi reus requiratur ă duobus iudicibus diuerſis,ſcilicet à iudice domicilij rei,& à iudice ſub quo deliquit,cui illorũ ſit remittendus? Dic q̃ de iure codicis debet remitti ad iudicem,ſub quo deliquit: quia ratione delicti quis ſortitur forum, vt auteñ. qua in prouincia,C.vbi de crimine agi oport.de iure autem digeſtorũ debet remitti ad iudicem domicilij, ſiue originis, vt d.l.nõ dubium, ibi,remittat illũ cum elogio ad eum,qui ei prouinciæ præeſt, vnde is homo eſt,& l.iij.ff.de re milit. & ita obſeruatur de cõſuetudine. Ratio poteſt eſſe,quia præſes prouinciæ in ſuæ prouinciæ homines tantum imperium habet,& hoc dum in prouincia eſt. Nam ſi exceſſerit,priuatus eſt.Habet interdum imperium, & aduerſus extraneos homines,ſi quod malum commiſerint. Nam & in mandatis principũ eſt,vt curet is, qui prouinciæ præeſt,malis hominibus prouinciam purgare:nec diſtinguitur vnde ſint, l. præſes prouinciæ,la.ij,ff. de offic. præſid.Sed hoc poteſt eſſe ratione atrocioris delicti, vt eodem loco, quo rei deliquerunt, ibi ſubijciantur ſupplicio,& cõſpectu deterreantur alij ab ijſdem facinoribus,vt l.capitalium,§.famoſos,ff.de pœnis:& l.iij. ff.de re milita.ibi, præter q̃ ſi quid grauius ille deſertor in ea prouincia,in qua repertus eſt, admiſerit. Ibi enim eũ plecti pœna debere, vbi facin⁹ admiſſum eſt: vel etiam poteſt dici in vagabundis,qui nullum habẽt domicilium,& poſſunt vbilibet conueniri,vt C.vbi de curia,vel coarta l.j.& in auteñ.vt nulli iudic.§.ſi verò quis compreh.col.ix.& glo.in l.hæres abſens,§.proinde ſi quis,in verbo,debebit,ff.de iudic. vbi enumerantur caſus,quibus quis ſortitur forum. Cum igitur remiſſio petit de foro ſeculari ad forũ ſeculare, illa debet fieri ex toto orbe,cum vnus ſit dominus orbis de iure communi ſecundum Bal. in l. executorem,C. de execut.rei iudi.Sed Imola.& Frãc.poſt Paul.in cle.paſtoralis,§.denicq̃ de re iudic.ita diſtinguũt,aut petitur remiſſio de his locis, quæ ſunt eiuſdem iuriſditionis vniuerſalis inter ſubditos eidem imperio, & tunc de neceſſitate debet fieri:aut petitur remiſſio à iudice vnius regni ad iudicem alterius regni,& non fit,vt Bal. in l.ij. C.de ſeruis fugit.per not.in d.cle.paſtoralis, & idem Bal.in l.ij.x.col.ff.de hæred.inſti.& in l.j.C.vbi de crimi.ag.oport.& Oldra.conſil.c.xxiiij.& ita quotidie videmus de facto, q̃ delinquentes in iſto regno Franciæ ſecuti ſunt in bearnio.Adhuc diſtinguẽdum eſt ſcilicet quando petitur remiſſio in materia criminali, ſiue crimen ſit atrox,ſiue leue, ſi agatur ciuiliter non fit remiſſio.Siue petatur fieri de iudice laico ad iudicem eccleſiaſticũ, vt not. Car.in c.j.extra de rapto. Siue petatur e.iam remiſſio à iudice laico ad iudicẽ ſecularem,ſiue laicum,nõ fit remiſſio.Vnde ſi aliquis Rothomagenſis aliquem Pariſijs percuſſerit,aut iniuriam intulerit,& Pariſijs ciuiliter conueniatur coram iudice laico, aut Eccleſiaſtico, ſi ſit clericus non habebit ius reuocandi domum, nec poterit declinare forũ, ſi Pariſijs inueniatur. quia ſicut non habet locum remiſſio in contractibus, ſi contrahens inueniatur in loco contractus, vt l.ſi.ff. de lib. homine exhib. & melius in cap. Romana,§. contrahentes, de foro cõpet.in vj. Ita nec in delictis, ſi ciuiliter agatur, vt not.collect.in cap.poſtulaſti,extra de foro compet. Si autem delinquens Pariſijs non inueniatur,non poterit ibi conueniri,vt ibidẽ dicitur.Et Cy.in d.auteñ.qua in prouincia. Si autẽ criminaliter agatur pro delicto,ſiue leui ſiue atroci,& petatur remiſſio ad iudicem Eccleſiaſticum,ſeu iudicem ſecularem,illa debet fieri de neceſſitate,vt glo. in cle. paſtoralis,§.denique,de re iudic.& ibi Imol. & Franc. poſt Paul.& Cy.in d.auteñ.qua in prouincia, & Bal.in l.ij.C.de ſeruis fugit.& alijs iur.ſ.alleg.Cauſa criminalis igitur altero de tribus locis tractari poteſt, ſcilicet Aut vbi crimen eſt commiſſum,Aut cauſa inchoata, Aut vbi reus deprehenditur habere domicilium, vt l.j.C.vbi de cri. agi.oport. Quo ad primũ, ſi ciuiliter agatur pro crimine de iudice requiſito ad iudicem requirentem non fit remiſſio, vt ſ.dictum eſt, & ideo reus eo caſu ſortitur forum iudicis aliàs incompetentis,vt not.in d.cap.poſtulaſti. Quo ad ſecundum, vbi cauſa criminalis eſt inchoata coram aliquo iudice,nec fuit oppoſita præſcriptio fori,cum reus ſciret non ſuũ eſſe iudicem, illic ſubire debet iudicem, vt l.j.C. vbi de crimine agi oport.Nam poſt litem cõteſtatam opponi non poteſt,vt C. de probat.l.exceptionem,& C. de exceptio.l.ſi quis aduocatus. Secus autem ſi ignoraſſet eum eſſe iudicem incompetentem, vt C. ſi non à compet.iudic.l.fi.& hoc contigit propter regulam, q̃ vbi cœptum eſt iudicium, ibi finem accipere debet, vt.ff.de iudic.l.vbi.Sed quid ſi neſciuit, poſtea ſciuit & litigauit?dic q̃ iudicium tenet propter rati habitionem, vt ff.de iudic l.licet.Secus autem ſi ſua voluntate non potuit facere iudicem, quia eius erat conditionis in principio,vt iudex eſſe nõ poſſet.Nam licet mutata ſit eius conditio,non tamẽ tenet ſententia,vt glo. in d.l.j.C.vbi de cri. agi oportet. Quo autem ad tertium.vbi reus reperitur habere domicilium, ibi iudicium ſubire debet,vt d.l.non dubium,ff. de cuſtod.& exhib.reo.Iuxta illud,vbi te ſiuenero, ibi te iudicabo, vt glo.in d.l.j.C.vbi de cri.agi oport. & l.ij.C.de iuriſd.omnium iudic.vbi de vagabundis tractatur. Præterea actor debet ſequi forum rei, aliàs actione propoſiti negocij mulctatur,l. in criminali, C. de iuriſdi. omnium iudic.Nec itidem reus poteſt actorem ad extraordinarium iudicem trahere, etiam per reſcriptũ,

Viator, cui commiſſum erat reſcriptum, actuario renunciat ad eius nomenclaturam citaſſe nobilem Deſiderium Anippum,& Bernardum Thraſonem, Claudium Caligulam, principis legionarios, Andream Irum, cędis reos vt ſequenti exemplo patebit.

q̄ si fecerit,pro condemnato habebitur, vt d.l.in criminali, iuncta glo.in verb.habeatur, & d. auteñ. qua in prouincia.nec quis vllo modo etiã scholaris potest in delictis aliquo vti priuilegio,vt in auteñ.de mand. princ.§.si quis autem, ibi, non permittas priuilegijs, &c. ¶Sed quæritur, quia supra dixi,q̄ si reus nõ op posuit præscriptionem fori,cum sciret suum non esse iudicem:illic subire debet iudiciũ,vt d.l.j.C. vbi de cri.agi oportet. An reus iuri fori sui ordinarij renunciare possit,cum regula sit q̄ priuatorum consensus,facit iudicem eum, qui iurisditioni præest,l. priuatorum, C.de iurisd. omnium iudic. Dic q̄ renunciare potest,quo ad sui præiudicium, vt iur.ſ. alleg.& hoc propter ratihabitionem,vt d.l.licet,ff.de iudic. Nam iuri,quod est introductum in fauorem aliquorum,quis potest renunciare tacitè, vel expresse: cum omnes habeant licentiam his,quæ pro se indulta sunt,renunciare,vt l.siquis in conscribẽdo,C.de episc. & cleric.Sed hodie in regno Frãciæ iurisditiões sunt patrimoniales, quod est ius introductum in fauorem quorundã pro publica vtilitate ipsorũ,& odio aliorũ cui iuri nemo renunciare potest, vt ff.ad maced.l. sed & si pater,§.fi.& glo.in cap.si diligenti,extra de foro compet.Ideo vbi quis est de iurisditione alicuius iudicis perpetui ordinarij,nõ potest prorogare iurisditionem alterius nõ sui iudicis, nec litigare coram extraneo iudice sine consensu domini sui, saltem in præiudicium domini.glo.not.in cap.imperialem,§.præterea,in verbo duos,de prohib. feud. alienat. p Feder.in versib. feudo.Quoniam vbi sunt iudices perpetui,qui habent iurisditionem magis appropriatam,illorum requiritur consensus, sicut episcopi in clerico, vt cap.j. extra de foro compet.Barth. in l.j.§.& post operis,ff. de operi.noui nunciat.Bal.in cap.vnico, de feudo marchię,in versib.feudo. Et ita fuit decisum per arestũ curiæ Parlamenti die Iouis.xxj.Iulij,M.v^c.xxx. domino Guillermo Poyeto tunc temporis regis ibidem aduocato, & nunc cancellario agente. Idcirco vbi remissio habet locum,& petitur per dominum iustitiarium,siue eius iudicem,aut procuratorem fiscalem,illa debet fieri in quacunq̄ causa, siue principali,siue in causa appellationis. Ita q̄ si iudex requisitus,vel eius vicarius,aut locum tenens cognoscens se incompetentem,& declinatum est eius forum,si suam executionẽ interdictam huic negocio præbuerit, capitalem animaduersionem subibit,vt d.l.in crimali,C. de iurisditio.omnium iudic.qui tex.non reperitur alibi secundum Paul. de cast,cui concordat glo.in c.super,extra de rescript.

A ☞ CITATI.) Hic tabellio recitat, & refert citationem factam,quam in actis scribere debet,vt hic,vt appareat per hoc,q̄ perpetuata sit iurisditio,si hoc ne garetur,vel reuocaretur in dubium, vt extra de offic. deleg.c.gratum, &c.licet. Et sic per conuentionẽ solã non possent postea declinare forum, transferendo se ad alium locũ, vt extra de foro compet. cap. proposuisti,& ff. de iudic.l.si qs postea, glo.in cap. quoniã contra falsam,extra de p̄bat.& tali scripturæ tabellionis creditur circa acta iudiciaria, si inueniatur in actis publicis, licet non habeat testiũ subscriptionem, vt C. de fide instru. auteñ.ad hæc,& in auteñ. de his qui ingred. ad appel.§.illud etiam, & in auteñ.de Hęred.& falc.§.sancimus,col.j.Gesta quæ sũt translata in publica monumenta,habent perpetuam firmitatem, nec morte cognitoris perire debet publica fides,l.gesta,C.de re iudic. Et succesſor ex his habet pronũciare,vt ff. de iudic.l.mortuo,& C.de iudic. l.properandum,§.illo,& glo.in d.l.gesta. Tabellio siquidem ęquiualet vni testi,& plus,vt extra de fide instru.cap.cum Ioannes,iuncta glo.Imò videtur æquiualere duobus testibus,ex quo loco tabellionis debẽt apud iudicem adhiberi duo viri,vt cap. quoniam contra falsum,extra de probat.Iuncta glo.in versic.duos viros.Et alibi videtur æquialere tribus,xvj.q.iij. versic.Is autem. Et sic videtur,q̄ plus creditur scripturæ tabellionis, q̃ scripturæ iudicis:quia scripturæ iudicis non creditur, nisi habeat testium subscriptionem, vt extra de test.cap.cum à nobis.Et hoc ideo est,quia cũ tabellio iuratus sit, credendũ est instrumento suo, vt extra de præscriptio.cap. ad audientiam, & extra de præsump.c.illud in fi.Sic etiam consuetudo habet, vt credatur instrumento principis, vt extra de fide instru.c.cum dilectus.

B ☞ COMPELLATIS vicinis.) Vbi rei se absentant citatio debet fieri ad domos illorum requisitis amicis,aut eorum vicinis,vt c.causam quæ,extra de dolo & contumac.Et ista forma est seruanda, vt l.diligẽter,ff.mandat.& cap.cum dilectus,extra de rescriptis, q̄ si reus citandus non habet domicilium, nec sit cui denuncietur citatio,quia reus est vagabundus,sufficit citari per libellum lectum, & affixum in æde,vel voce pręconis in publico, vt l.dies cautioni,§.prętor ait, & §.totiẽs,ff.de damno infect.& l.sancimus,C. de episco.audient.& aut.qua in prouincia,C.vbi de crimine agi oport.Etiam sola libelli oblatio,& porrectio,corã iudice habetur pro citatione,vt d.l.sancimus.Et ita de consuetudine solent facere seruientes,siue nuncij: qui si non inuenerint reum vagabundum citandum, referunt apud acta iudicis,se citasse reum simpliciter, nõ dicendo vbi citauerint.Sin vero nomen reorum citã-

Exscriptum ab actis præposituræ die lunæ.xviij. mensis Octob. anno.M.v^c.xl.

Citati A ad hunc diem per Matthæũ Charenta huiusce iurisdictionis statorem nobilis Desiderius Anippus, Bernardus Thraso,Claudius Caligula,legionarij, absentes cõpellatis vicinis B Ioanne,& Frãciſco Normannis, quòd absentium ædes essent clausæ vna denuntiatione vice trium ad nomencla-

dorum non tenetur,verũ ignoratur:tunc inquirendũ erit de illorum ſignis,quæ indumenta gerant, quam faciem,ſtrictam an largam:quos capillos,planos, cincinos,an ceruliores,an ſint iuuenes, vel ſenes.tunc eñ ſecũdũ ſigna ſeruiẽs citat dictos reos, ſic referendo, relatũ p me Matthæũ ſeruientem,&c.q̃ die &c.citaui hos infra ſequẽtes ad tres breues dies,&c. ſcilicet vnũ veſtitũ pallio nigro,barbã nõ longam ſed copioſam, & puberẽ, coloris nucis auellanæ prẽmaturæ, & capillos barbæ cõ colores habentẽ, diſcrimẽ habentem in medio iuxta morẽ Nazarenorũ.Et aliũ claudum, monoculũ, gibboſum, caligas bipertitas gerentem,& alios,&c. Ex talibus enim ſignis poterunt dignoſci rei citandi ſecũdũ Angel. Aret. in §. quadrupl. Inſtit.de actio. per relationem etiam aſpectus ætates illorum poterũt probari, vt Bart.in l. j.de mẽdic.valid.lib.xj.C. Et valebit talis citatio, q̃a ſufficit facere, quod fieri poteſt,vt Bal.in l.ſi quãdo C.de teſtib.& l.ſi dictum, §.præſente,& §. ſequente, ff.de euictio. nec curandũ eſt de nomĩe,dũmodo cõſtet de corpore,vt l.ſiquis, in fundi vocabulo, ff. de lega.j. Adiecta enim aliqua demõſtratio fungitur vice proprij nominis,vt ſi ſpecificata ſint ſigna, vel confines,vt glo.ibidem in d.l.ſiquis, & l.certum,ff.ſi certũ petat. & l.pe.ff.de reb.dub.quẽ tex.nota.ibi. Si autẽ ignota nomina ſeruorũ eſſent, piſtorẽ legatũ videri,perinde ac ſi nomen ei adiectum non eſſet.

C ☞ AD TRES breues dies.) Quando rei exhibendi ſe per cõtumaciam abſentãt,ſolent de iure citari p triduũ,ter per ſingulos dies,vt l.inter,ff. de public.iudic. De cõſuetudine autem ſolẽt citari ad tres breues dies cõtinuos ad audientiã graffariatus corã præſide quæ citatio ſolet fieri vna citatione pro tribus: quod idẽ de iure fieri poteſt, quod appellatur vnũ edictum pro tribus,vt l.nunq̃,ff.de iudic.

D ☞ VI RESCRIPTI.) Citatio debet fieri iudicis mãdato, & in ſcriptis,aliàs nõ poteſt citatio artare citatũ,vt extra de electio.cap.bonæ memoriæ.Ita dicit Ioan.And.in addit.ad Specul.In titul.de citatio.§.ſequitur,verſi.ſed nũquid credetur.Nũci⁹ergo debet habere cõmiſſionẽ iudicis,de qua cõſtet per publicã ſcripturã,vel autenticũ inſtrumẽtũ, nec poteſt dictus nũcius capere aliquẽ perſonaliter,& exhibere eũ in iudiciũ,niſi habeat dictã cõmiſſionẽ.Ita tenet Abb.Panor. in c.cũ parati,extra de appel.col.iiij. in add. & Bal.in l.cõſentaneũ,C.quomodo & quãdo iudex, & tex.in l.neminẽ,C.de exhi. reis, qui eſt ſing. ad hoc, & in auẽ.vt nulli iudic. §. quoniam verò cõtingit exceptis caſibus ſ. allegatis:

E ☞ CITATVS fuerat.) Si citandus non ſit legitimè citatus citatio debet haberi pro non facta,vt c. bonæ, le. ij.extra de electio. nec tenetur reus venire, etiam ad allegandũ ſuum priuilegium,vt glo. in cap.ſi epiſcopus,iij.q.ij. Sciẽdũ eſt aũt q̃ qñq̃ citatio nõ valet,quia intra anguſta tẽpora fit,vt d. v. q. ij.c.vlt.Quãdoq̃ nõ valet, quia nõ exprimitur cauſa quare fiat citatio,vt v.q.ij. c.vlt. Qñq̃ nõ valet, quia nimis maturatur perẽptoriũ,vt extra de dila.c.dilecti. Qñq̃ nõ valet citatio ratione tẽporis,vt ſi fiat tẽpore feriato, vt xv.q.iiij. c.j. & ij.& ff. de ferijs, l.j. Qñq̃ nõ valet ratione loci,vt ſi citatur extra ꝓuinciã vltra duas dictas,vt extra de reſcript.c. nõnulli. Qñq̃ nõvalet ſi citatur ad locũ piculoſum, vel inhoneſtũ,vt extra de appel.c. ex parte,& ff.de arbit.l.ſi cũ dies,§.ſi arbiter. Quandoq̃ non tenet ratione iudicis, vt ſi euidẽs eſt ipſum nõ eſſe iudicem,qui citat,vt extra de offic.iudi.deleg. c. ex literis, & extra de appel. c. ſi duobus. Quãdoq̃ nõvalet,qñ in citatione nõ inſeritur reſcriptum,ſiue commiſſio,vt extra de dilat.c.præterea,& extra de offic.iudic.deleg.c. cũ in iure. Quandoq̃ nõ valet, ſi euidẽs eſt iudicẽ eſſe inimicũ,vt. iij.q.v.c. quia.Itẽ non valet,ſi ille, qui citatus eſt, ſpoliatus eſt, vt d.c.ſi epiſcopus,iij.q.ij.Itẽ nõ valet,ſi ad querelã liberti citatur patronus.iiij.q.iiij.c.liberti.Et generaliter vbicũq̃ euidẽti exceptione reus ſe tueri poteſt,vt ff.de iudic.l.nõ videtur.Sed ſi dubiũ eſt,an citatio teneat, tũc tenetur venire ad allegãdũ ſuũ priuilegium,vt extra de appel. c.ſi duobus,& c.cũ parati,& ff.de iudic.l.ſiquis ex alienа.Inuenitur tamẽ q̃ citatio qñdoq̃ nulla eſt,& tamẽ niſi defendatur citatus,procedetur cõtra ipſum, vt ff.

tionẽ actuarij,ſiue ad tres breues dies:[C] quorum primus hodiernus eſt:alij,duo ſequentes,vi reſcripti[D] contra eoſdem decreti ſup certis criminibus,& inquiſitionibus in eos factis, ad hũc finẽ viſis ad poſtulationẽ, & querimoniã Antoniæ Dianæ viduæ defuncti Ioãnis Pluti,tam ſuo nomine, quàm vt corporũ & bonorum adminiſtratricis ipſius, & defuncti liberorũ annis minorũ,& Auguſtini Pluti dictorum defuncti, & viduæ filij annis maioris:Benedicti Craſſi iam defuncti diſcreti viri magiſtri Chryſoſtomi Craſſi,dum viueret in ſuꝑmo ſenatu aduocati,eius fratris, Mariæ Marthæ relictæ defuncti Iuliani Xenij,& Dionyſij Daui nuper dicti defuncti Craſſi famuli,& ꝑcuratoris Regij nomine ipſius regis ſubſcribentis de cæde defunctorum, & vulneribus illatis dicto Dauo: qui citati certiſſimis cædis admiſſæ premuntur argumentis, & ea cauſa non ita pridem verterunt ſolum. Nec non Andreas Irus ad hunc diem citatus fuerat[E]

præsens[F] per eundem Charonta : quò omnes hi petitionibus, & criminibus obiectis, & siquid aliud obiecturi essent accusatores, & regius procurator per se respõderent, in ius venirent inquisitionibus satisfacturi apud acta prolatis. Hisce gestis adhibiti sunt Medardus Coruus & Marcellus Asinus testes.

Andreas Irus in iudiciũ vocatus non it, sed vadimonium deserit: ponitúrq; (vt cum vulgo loquar) in defectu,[A] quod in margine ephemeridis inseritur: virtute cuius prehendatur.

Citationem tribus diebus cõtinuis[B] solenniter factam actuarius iudice pro tribunali sedente recitat, sed præcipuè prima die, & appellantur per statorem citatorũ iuriditionis. Atq; post tertiũ diem iudex edicit vadimoniũ esse desertum, absolutámq; esse cõtumaciam regis procuratori, si solus postulet, aut etiam delatoribus agentibus pro eo, quòd eis nocitum est contra absentes,

iudic. solu. l. si reus. Inuenitur q̃ citatio est iniusta ex persona agẽtis, cũ agens agit calũnioſè, & tñ nisi citatus venerit ad iudiciũ, punitur, vt extra de accus. c. veniẽs. Et arg. ff. ne quis eũ, qui in ius voc. est vi exi. l. pe. Tuti⁹ tñ est q̃ citatus vadat allegatur⁹ priuilegiũ suũ, vel appellaturus, si eũ grauauerit: nisi quando constat eum non esse suum iudicem, hæc glo. in d. cap. si episcopus, iij. q. ij.

F ☞ PRAESENS.) Reus citandus est ad personã, si inueniatur, vt cap. fi. extra de eo qui mitt. in possess. caus. rei seruãd. vel ad ei⁹ domicilium, vt c. causam quę, extra de dolo & cõtuma. vt ſ. dixi. Et fit talis citatio, per nũciũ, siue seruientẽ, vt hic, & extra de offic. delegat. c. prudẽtiã, & extra de appel. c. cũ parati, & Specul. in titul. de cita. §. sequitur. Quandoq; citatio verbalis fit per ipsum iudicem, qui ore proprio citat. l. ij. C. quando & quomodo iudex. Quãdoq; fit per tabellionẽ, & potest ipse tabellio de tali citatione p ipsum facta testificari, & scribere se citasse. Quandoq; per partẽ in vim prouocationis ad causam, vt cap. cũ sit, & c. bonæ, extra de appell.

A ☞ IN DEFECTV.) Citatus personaliter non cõparens in termino sibi præfixo ponitur in defectum, virtute cuius de iure mulctatur arbitrio iudicis, vt l. j. ff. si quis in ius vocat. non ierit. & talis mulcta datur fisco, vt C. de mod. mulct. l. v. & C. eodem, l. eos. De cõsuetudine² verò in sũma septẽdecĩ solidorũ Parisiensiũ cũ dimidio, & insuper virtute illius primi defectus, siue contumaciæ ad instantiam procuratoris fiscalis, & actorũ iudex decernit citationẽ realem, scilicet captionem corporis aduersus cõtumacẽ, iubétq; eum exhiberi realiter, & de facto, tanq̃ penè sui accusatorẽ per fugã factũ, in auteñ. de exhib. reis, §. si verò etiã, col. v. propter eñ contemptũ mãdati tenetur criminaliter fisco, & ideo potest capi, & etiam de domo extrahi. vt doc. in l. plerique, & ibi tex. ff. de in ius vocãd. & l. nemo de domo, ff. de regul. iur. ratio siquidẽ est, quia nõ debet actori causa manere vndiq; desolata, iudice aliquid agere non valente, eo q̃ nondũ apud eũ facta sit litis cõtestatio, illo reo cõtemnẽte legem manifestatione sua, & actorem extra omne adiutorium reliquente, vt Barth. in l. sed & hæ. §. præter, ff. de procur. Nec postmodũ admittetur dictus contumax ad comparendum per procuratorem, si hoc sederit iudici, per not. in c. in nostra, extra de procur. Imõ hoc priuilegium perdit propter eius contumaciam, vt l. sed & si, §. sed & si, ff. ex quib. caus. maio. &c. veniens, extra de accusa. & hoc ne eludatur prætoris auctoritas, vt l. consentaneum, C. quomodo & quãdo iudex. Idem etiã quãdo obligatio facti descendit ex contemptu, vt l. stipulatio, §. siue, ff. de oper. noui nũciat. & d. l. fi. C. de procur. Vbi autem dictus contumax apprehendi nõ potest, citatur ad tres breues dies, vt l. inter, ff. de pub. iudic. facit cõstitutio regia nouissima art. xxv.

B ☞ DIEBVS continuis) Dies enim feriati, & non feriati in dilationibus cõputantur, & interim iudicis officiũ conquiescit, vt l. siue pars, C. de dilatio. Est enim tempus cõtinuũ quod continuè currit diebus feriatis, vel non feriatis, siue in absentia, & præsentia sit copia iudicis, vel non, vt C. de præscrip. lõg. temporis, l. fi. potest tamẽ quis restitui in integrum, vt l. fi. ff. de restit. in integ. Restitutio autem in integrum tollit de medio obstaculum præscriptionis, & per talem restitutionẽ tollitur solũ exceptio, quæ erat parata contra actionem, & intentabitur actio prima directa, Bal. & gl. in l. fi. & §. sed quod simpliciter, C. Quib. ex caus. man. Aliud est tempus vtile, quod nõ currit diebus feriatis, & absentiæ, & diebus, quibus non est agendi copia: & istud est multiplex, scilicet cõtinuum, & vtile, quò ad sui principium tantum, non quo ad ꝓgressum, vt gl. in cle. vnica, de in integ. resti. vbi glo. remittit ad c. ij. extra de cõcess. prẽb. & c. quia diuersitatem, in fi. eodem, vnde tempus datur ad eligendum vtile, quia non currit impeditis, vt extra de elect. c. ne pro defectu. vtilis autem temporis multa sunt genera. nam quoddam tempus est vtile, quo ad sui initium: sed ex quo incipit, est continuum, vt ff. de calum. l. annus, & ff. de ædilic. edict. l. cum sex. Aliud est tempus vtile toto tempore, vt l. superuacuam, C. de tempo. in integ. resti. Et illud est multiplex, nã quoddã est vtile, vt nec feriati dies computentur, nec

abſentiarum,nec minorum ætates: vt erat annus vtilis,qui debetur reſtitutionibus maiorum, & minorũ, vt C.de tempo. in integ. reſt.l. j. Aliud quod currebat abſenti, eo q̃ potuit procuratorem dimittere,ſed reſtituitur,vt l.ij.ff.de diuerſ.& tempo.prẽſcript. Sed ſi eſt præſens , contra quẽ currit, ſi impediat agere, nõ currit,l.j.§.j.C. de reſti.milit.& eorum qui rei pub.cauſ.abſunt. & glo.in d.l.ſuperuacuam.

C NEC ſe ſiſtẽtes.) Pro tali triduana contumacia rei non ſunt condemnandi p̃ delicto, vt d.l.inter, ibi,ne per triduum per ſingulos dies ter citatus reus condemnetur. Pro contumacia autem de iure condemnantur . Nam ſi quis in ius vocatus non ierit,ex cauſa à competenti iudice mulcta pro iuriſditione iudicis dãnabitur,vt l.ij.ff.ſi quis in ius voc. non ierit. De cõſuetudine verò quilibet defectus in qualibet dictarum trium dierũ importat mulctam ſeptemdecim ſolidorũ Pariſienſium cum dimidio. Et talis mulcta ſiue emenda datur fiſco, & non parti,tam de conſuetudine, q̃ de iure,vt l.v.& l.eos,C.de modo mulcta. Quo autem ad partẽ ciuilem,ſi citati non comparuerint ad primam citationem,condemnabũtur in ſecunda citatione in expenſas,vt l.ſancimus,C. de iudic. & extra de procur.c.querelã, vbi de hoc, & glo.in c. quoniam contra falſam,extra de p̃bat.

nec ſe ſiſtẽtes[C] in iudicio:virtute cuius interdum petunt certam quantitatem ſubſidiariam,& quod frequentius dicitur,prouiſionẽ ſibi adiudicari pro medicamentis,alimentis, & proſequutionis ſumptibus , quam antea non petierant : & tunc iubet iudex elogium,renuntiationem chirurgi , citationes , contumaciam , omne denique litis inſtrumentum apud acta proferri,ea ratione,& vt de principali quod æquitas ſuaſerit demum conſtituat.

Actuarius accuſatoribus,& procuratori regio contumaciam,& eius emolumentũ petẽtibus ſub hac forma edit.[D]

Formula contumaciæ.

Vniuerſis præſentes literas inſpecturis Ioannes Vlpianus legum magiſterij inſignitus , aduocatus in ſupremo ſenatu,præpoſitus & cuſtos præpoſituræ &c.Salutem.Notum facimus quòd anno Domini M.v^{c}.xl.die Lunę xviij. menſis Octob.nobis renũtiauit,ac fidẽ fecit Matthæus Charon noſtræ iuriſdictionis apparitor[A] ſe xvj. dictorum mẽſis & anni citaſſe, vt per actuarium appellarentur, & coram nobis cõparere actionibus,forte nec actione in factũ : quia pecuniariter non intereſt, vt glo.in l.ij.§.Item diui, in verſic. non ſi de capitali cauſa agatur, ff. de iure fiſc.& ff.ad exhib.l.ſi liber homo. Si vero rei admitterẽtur in p̃ceſſum ordinarium,puta ad comparendũ, & ſe defendendũ per procuratores, & ad ſuas iuſtificationes, tunc poſſent edi ad opponendũ in dicta ſcilicet depoſitiones teſtium, etiam poſt publicationem , vt l. fi.quæ eſt ſingularis,C.de teſtib.ex ipſis enim teſtiũ depoſitionib9 teſtimoniũ eorũ argui poteſt,l. ſiquis teſtibus,& auteñ. ſi teſtis, C.eodem.aliàs ſi non edãtur,licitè appellatur,vt extra de fide inſtr.c. G. ppetuus,& C.vt lite pen.l.j. & C.de edend.l.is apud quẽ. Secus autem in proprijs priuilegijs, quæ quis edere non tenetur,vt c. cõtingit,extra de fide inſtru. & ff.de edẽd.l.j.§.editiones: Et hoc niſi aduerſari9 velle illud probare falſum, vt extra de fide ĩſtru. cap. inter dilectos, & l. optimam, C. de contrahend. & commit.ſtipul.fiſco autẽ omnia edi debent,l. ne quiſq̃,ff.de edendo.

A APPARITOR)Eſt officialis, vel executor , p̃ quem litis executio, & ipſius cauſæ præparatio iubente ſuo iudice expeditur, vt l. ea quidem,C. de accuſa. & iiij.q. iiij. §. aliquando,& extra de appel. cap.cum parati.exequitur enim lites,& eas prẽparat, quia facit partes in iudicio cõpere, & teſtes cõuenit, & reliqua facit,quę cauſis expediẽdis proficiũt vſq̃ ad earũ finẽ, vt C. de iudic.l.antepe.& l.fi. & C.de ſportul.l.j.& in auteñ.de iudic.§.his qui cauſas prẽparãt. coll.vj. & tales officiales,ſiue ſeruiẽtes plurib9 modis vocantur,quandoq̃ vocantur miſſi,vt extra de immu. Eccle.cap.j.quandoq̃ nuncij,vt cap.prudentiam,extra de offic. deleg.& d.cap.cum parati: quandoq̃ officiales,vt d.iiij.q.iiij.§.aliquando,in princ.& C. de accuſ.l. ea quidem.Quandoq̃ notarij,xxiij.q.v.c. circũcelliones,in princ.Quãdoq̃ apparitores,vt extra de homicid.c.tua,prope fi.& de apparit.lib.xij.C.Quãdoq̃ executores, vt C.de ſport.l.ij. & ibi dicitur, q̃ tales poſſunt pro iudicis voluntate remoueri : quandoq̃ de-

D EDIT.) Acta iudiciaria cõpetenti ordine ſunt per tabellionẽ conſcribẽda loca deſignãdo,& tẽpora,& perſonas,& omnia ſic conſcripta partibus tribuuntur,ita q̃ originalia penes ſcriptorẽ remaneant , vt ſi ſuper proceſſu iudicis fuerit ſuborta contentio, per hoc poſſit veritas declarari,vt c.quoniam cõtra falſam,extra de proba. Sed intellige ea tantum acta ſunt integraliter edenda partibus,quæ ordinaria,& communia ſunt,& non extraordinaria,vt d.c.quoniam,iuncta glo.in verſic.extraordinario, quia informationes,interrogationes,repetitiones,& confrontationes teſtium non eduntur partibus,quia non ſunt communia,ſed extraordinaria,nec agitur ad exhibẽdum pro inſtrumẽtis in criminalibus

portari dicuntur, vt extra de priuileg.cap. cum olim propter. Quandoq; Cæsariani, siue catholiciani, vt C. de bonis proscript.l. pen̄.in fi. Quandoq; ministri, vt xxxiij.q.v.cap. si homicidæ, &c. cū ministri, eodē. isti enim officiales, siue nuncij debēt esse liberi, & non seruui: quia publicum est eorū officium, quod per seruos expediri non potest, vt ff. de regul.iur.l. in his officijs, & ar. C. de tabul.scri: l.iij.§.fi.lib.x.& l.ī testamēto,§.seruus, ff.de testa. Ipsi certe sunt, quasi testes, īmò plus, quia illis solis creditur, vt iiij.q.iiij.§. aliquando, & iij.q.iiij.§. Itē in criminali, versic.iter domini. Si tamen seruus esset de facto ad hoc electus, & publicè pro executore habitus, dum pro libero habetur, gesta p eū valēt, ar.ff.de offic.prętor. l. Barbarius, & iij.q. viij. §. tria, prope princ. Itē executor, siue nuncius, debet esse maior viginti quinq; annis, nō minor, ar.ff.de muneri. & hono.l. ad rem. Sed videtur q; sufficiat ætas viginti annorum, sicut in arbitro, vt ff.de arbit.l.cum lege. Et forte sufficit q; sit maior septemdecim annis, ff.de postul.l.j.§. pueritiā. Item q; possit esse minor est arg.ff.de re iudic.l.quidam, & arg.ff. de testa. l.qui ætate, & ff.de testib.l.testium, §.lex Iulia, quæ est iiij.q.iij.§. Item in crīminali. Et quidam tenent, vt sufficiat in ministeriali ætas xiiij.annorum, ad similitudinem testis, vt prędall.§.lex Iulia. Item debet esse mascu lus, non fœmina, vt ff.de reg.iur.l. fœmine. Itē laicus, non clericus, C. de testa.l. consulta, & extra ne cleric. vel monach. cap.ij.& iiij. Item debet esse locuples, & vitæ probatæ, vt non sit verisimile eum velle peccare, aliàs non ipse, sed eius elector posset pro eo teneri, vt in auten̄.de iudic.§.is qui causas prępar at, aliàs est ver. sub,§.nullo. Nam mala electio est in culpa, vt ff.ad municipa.l.quid ergo, & ff. de negoc. gest.l. clā seruus, §. fi. & generaliter q libet iudex potest eū eligere, de iure, vt extra de appell.cap.cū parati, & de offic. delega. cap.prudentiam. Officium autem eius est implere, quę sibi iniuncta sunt, siue decreta fuerint circa lites expediendas per iudicem, cui fuerit deputatus, vt in auten̄.de defenso.ciuita.§.ex prouincia. & de iudicijs.§. is qui. Ita q; fas est iudicibus, & maiores pœnas & corporales maculas imponere executoribus, si male fuerint versati circa lites, vt sciant causas non esse deludendas, nec lucri gratia aliquod eis vicium imponendum, vt C.de sportul.l.j.in fi. Quæro autem qualiter, & quomodo, & quo iure puniri debeat officialis falsum referens? dic q; videtur puniri leg.cor.de falsi. nam falsitas est immutatio veritatis, vt in auten̄.de instru.cautel.in princ.& ff.ad leg.cor.de fal.l.Paulus, & l.j. eodem tit.versic.sed si quis ob renunciandū, cuius pœna est deportatio, & omnium bonorū publicatio, d.l.j.§.fi. Et eligens etiā teneri videtur, vt ff.de custo. reo l.diuus, vel dic q; si pecuniā recepit, vt falsum renūciaret, tūc tenetur lege cor.de falsi.vt ī princ.versi. sed si quis ob renūciādū. Si verò non pecunia corruptus, sed aliàs id fecit, tenetur actione in factum ad interesse, vt ff. ad leg. cor. de falsi.l. qui nomine prætoris. Sic & in iudice refert, an ferat precio, vel gratia sententiam, vt C. quādo puoc.nō est necess. l.vænales, quę est ij.q.vj.§. diffinitiua, & ff.ad treb.l. seruo inuito, §. cū prætor. Quero adhuc an executor possit vī īferre, & qd iuris sit: circa hoc nota scdm ea quę ponit Abbas extra de priuilegijs, c.cū olim propter. Sed nunquid potest teneri crimine concussionis, vt ff.de cōcus.l.j. & ij. q.j.eadē l.& l.cōcussionis. Dic q; nō obstat. hoc, quod retulit se citasse, cū nō citauerit: sed si occasione sui officij aliquid recepit, tūc tenetur, vt in prędalleg.cōcord. & xxiij.q.j.cap.militare, in fi.

rent, pœna proscriptionis corporum & bonorum suorum quorūcunq;, séque sisterant tribus cōtinuis diebus, quorū primus cessit Lunę die xviij. secundus Martis xix. tertius Mercurij xx. mēsis Octob. nobilem Desiderium Anippū, Bernardum Thrasonem, Claudium Caligulam, principis nostri legionarios in eorum domicilijs [B] alloquendo Ioānem & Benedictum Normanos vicinos [C] aduersus Antoniam Dianam viduam defuncti Ioānis Pluti, tam suo nomine quàm vt corporū & bonorum dicti defuncti Ioannis & ipsius filiorū

B ☞ DOMICILIIS.) Domicilium enim nō concluditur ciuitate, sed magis prouincia, vt l.fi. C. de prescript.long.temporis. Domicilium siquidem quis dicitur habere, vbi maiorem partem fortunarum suarum habet, vnde cum recedit peregrinari videtur, vt l.ciues, de incol. lib.x. C. Sed quid si quis nullo loco habeat domicilium? Respon. quo ad omnes pro præsente habetur. nam in nullo loco, & in pluribus locis potest aliquis habere domicilium, vt ff. ad municip.l. absumptio, §.pe.& l.eius, §.pe.eodem quis, ergo potest dici absens, vel præsens ratione prouinciæ, vt glo. in d.l.fi.C.de præscript.long.temporis. Si ergo nō sit copia personarum citādarum, sufficit ad earum domum denunciare citationē, l.j.§.permittit, ff.de lib. agnosc. & C.de anna.excep.l.vt perfectius, §. fi. domum verò accipere debemus, hospitium si in ciuitate maneat, q; si non sit in ciuitate, sed in villa, vel in municipio, illic vbi larem matrimonio collocauerūt, d.l.j.§. domum. collocasse autem larem dicitur quis, vbi sedes, & tabulas, & res suas constituit, vt ff.de verbo. signific.l.in lege, & idem C.de incol.l.ciues, lib.x. aliàs aliter accipitur domus, vt ff.ad leg.Iul.de adult.l.nec in ea, §.ius occidendi, & ff.de iniur.l.lex Cornelia, §.domum.

C ☞ VICINOS.) Vbi citandorū non habetur copia, sufficit legi per seruientem literas, siue commissionē citationis publicè præsentibus, qui inueniuntur, glo.in cap.bonæ.j.versic.singulares, extra de electio. & c.ex

tuæ,extra de cleric.nõ resid.& interrogãdi sunt vicini,siue parochiani,si volunt defendere, vt ff. ex quib⁹ cauſ.maio.l.ergo,& l.iiij.§.prætor,ſ.allega.ff. de dãno infec.Quãdiu autẽ quis copiã ſui facit,non eſt citandus ad domũ,quia ad citationẽ ad domũ recurritur quaſi ad vltimum refugiũ,vt not.Hoſt. in c. cauſam quę,extra de dolo, & contumac.

D⁊ ABSENTES) Quis em̃ poteſt dici abſens, qui extra iudiciũ eſt, vt ff. de dãno ĩfect.l. iiij.§. abeſſe, & ff.de fideicõ.libert.l.nõ tantũ,§.abeſſe,& in auẽ.de Teſta.§.peñ.col.vij. aliãs quis audiri non põt, vt ff. de verbo. obligat.l. j. in prĩc. Tertio, qui eſt extra ortos,vt ff.de verbo.ſignific.l.abſentẽ, & ff. de procur.l.præſens, & gl.in l.fi. C.de pręſcript.lõg.temp. Sũt autẽ quinq genera abſentiæ.Prima, probabilis, & neceſſaria,vt militię.Secũda,probabilis tãtum,vt ſtudiorũ. Tertia, neceſſaria tãtum, vt in relegato. Quarta,volũtaria ſine cõtumacia, vt mercator,vel alius nõ contumax. Quinta, vt p cõtumaciã.In prima ergo ſi fuit quis legitimè defenſus,reſtituitur ad appellandũ,vt l.fi.ff.de reſti.ĩ integ.Si aũt nõ fuit legitime defenſus , vel nullo modo defenſus,reſtituitur ad heremodiciũ,id eſt ad totã cauſam,vt C.de p̃cur.l.quia abſente,& ff.de iudic.l. ſi prætor , in fi.& C.ex quib.cauſ. man.l.j.& ff.eodẽ l.ſi ab hoſtibus. in ſecũda ſcilicet p̃babili tãtũ legitime defẽſus ad nihilũ reſtituit,vt ff. ex quibus cauſ.maio.l.nec nõ,& ff.qñ appel.ſit,l.j.§.fi.Non legitimè aũt defenſus,vel nullo modo defenſus , ad appellandũ auditur ſuo iure nõ per reſtitutionẽ, vt annis minorũ adminiſtratricẽ, Auguſtinũ Plutũ dictorũ defuncti & viduæ filiũ annis maiorem,Benedictũ Craſſum defuncti diſcreti magiſtri Chryſoſtomi Craſſi, dũ foret apud ſuperos in ſupremo ſenatu aduocati fratrẽ,Mariam Marthã relictam defuncti Iuliani Xenij, & Dionyſiũ Dauũ nuper defuncti Craſſi famulũ cõquerẽtes,& procuratorem regis nomine dicti domini : vt in iure eſſent , per ſe reſpõderẽt impoſitis criminibus,& elogio cõtra eoſdẽ cõcepto,atq; apud acta p̃plato,deinceps p̃deretur iuridice,vti cõſtat renũciatiõe dicti executoris.Quib⁹ dieb⁹ magiſter Claudius Cãtiuncula p̃curator dictorũ conquerẽtiũ,& procurator regius in iudicio affuerũt aduerſus p̃dictos abſentes,qui indicta etiã pœna nec comparuerũt his diebus, nec quiſq̃ alius p̃ illis,ita abſentes,D& contumaces à nobis pronũciati ſunt expectati,& vocati ſoleniter per Ioãnẽ Harpiũ apparitorẽ noſtrũ.Cõtra quos abſentes,& cõtumaces idẽ magiſter Claudius Cãtiuncula nominibus quibus ſupra poſtulauit ratione vadimonij deſerti,ac cõtumaciæ cuilibet cõquerẽtiũ mille libras Pariſiẽſes,aut aliã ſummã iuſtã arbitrandã in dictarum viduarum & liberorum victũ & alimentũ, impenſáſq; huiuſce accuſationis ob dictos ab illis abſentibus & contumacibus confoſſos inſtitutæ: & quod ad Dauũ pertinet,pro medicamẽtis, & curatione vulnerũ , quæ eodẽ cõflictu& die iuxta crucẽ Tiroueri abſentes contumaces ſocij & participes intulerũt,& quæ quotidie à chirurgis curantur,ſícq; curari non poſſunt,vt in poſterum aliquo opificio victum ſuum exercere queat.Ac poſtulat idem procurator regius,vt dicti contumaces vocen-

C. quõ & qñ iudex , l. abeo,vbi aũt nullũ relinquere procuratorẽ potuit, vel reliquit, & eſt defunctus, & tũc in totũ reſtituitur, vt d.l.nec nõ, in tertia verò vbi ſcilicet neceſſaria cauſa tm̃ etiã cognita ſubuenitur , vt ſi procuratorẽ nõ potuit relinquere , vel reliquit,ſed mortu⁹ eſt,vt ff.quib.cauſ.maio.l.ſed & ſi p̃,§.j.in fi.&l.nec nõ eodem, & ff. de iniur. l. Papinianus, & ſic videur idẽ in his duobus . In quarta vbi non cõtumaciter , ſed volũtarie abeſt , nec dicit reſtitui , quia nec lędi per ſentẽtiã põt,vt ff.de re iudic.l.de vno quoq;.In quĩta, vbi ſcilicet contumaciter, Si eſt ficte contumax audit appellãs, vt ff.de iudic.l. & poſt,in fi. Si vere cõtumax non auditur appellãs,vt in auẽ. de iudic. §.audiẽt,col.vj. niſi veniat iudice ſedẽte pro tribunali,vt l.diuus,ff. de reſti.in integ.verus autẽ cõtumax dicitur, qui apertè dicit ſe non venturũ, ad quẽ ſuffiçiat vna denũciatio, vt ff. ex quib.cauſ.in poſſ. eat.l. fulcimus,§.fi. Fictus verò ille,qui inuenitur, & dicit ſe venturũ,vel nihil dixit, nõ tamẽ venit, ad quẽ debet ter nũciari,vt ff.de re iudic.l.cõtumacia,§. cõtumax.Si autẽ nõ inuenitur, dicũt quidã nõ poſſe fieri cõtumacẽ, etiã ficte,vt ff. quæ ſentẽtiæ ſine appel. l. j.§.itẽ.cõtrariũ tamẽ ſuſtinetur,ſufficit em̃ ſi denũcietur ad domum,vt ar.C. de anna.except.l.pe. in fi. & ff.de dãno infect.l. iiij. §.abeſſe,& glo.in d.l.fi.ff. de reſti.in integ.

E VT RATIO iuris poſcet, cõſtituetur.) Iudex vi ſa productione actorũ interloquendo eſtimare ſolet, & pronũciare, vtrũ in carcerẽ recipiẽda ſit perſona perſonaliter citata: vel ſi à primordio fuerit incarcerata, an relaxãda ſit, & militi tradẽda, vel fideiuſſoribꝰ cõmittenda, vel etiam ſibi. Hoc autem pro criminis, quod obijcitur, qualitate, vel ꝓpter honorẽ, aut propter ampliſſimas facultates, vel pro innocentia perſonę, vel pro dignitate eiꝰ qui accuſatur, facere ſolet, vt l.j. ff. de cuſto. & exhibit. reo.

A CVSTODES.) Poſt contumaciam triduanam, & adiornamẽtum ad tres breues dies de cõſuetudine, & etiam de iure debẽt bona reorum abſentium annotari, id eſt ſaiſiri, & poni ad manum regis per iudicem, aut eius ſeruientum alterum eius mandato ad inſtantiam fiſci, vt l.j. de offic. procur. Cæſar. ſic dicendo, Omnia bona nobilis Deſiderij Anippi, & aliorum abſentium pono in banno fiſci, niſi venerint infra annũ, & hoc de iur. vt l.j. & l.fi. ff. de requir. reis. & deſcribuntur bona, vt glo. in d.l.j. de cõſuetudine autẽ nõ dicitur infra annũ, ſed tantũ donec aliter ordinatũ fuerit. Quia elapſo termino banni indiſtincte rei habentꝰ ꝓ cõfeſſis, & tanq̃ cõfeſſi condemnabuntur, vt Barth. in d.l. inter, ff. de pub. iudic. Item prędicta bona obſignantur, id eſt, ſub ſigillo ponuntur, ne diminuantur, vt d.l.fi. iuncta glo. ff. de requir. reis. Affert illud Danielis xiiij. cap. Claude hoſtium, & ſigna anulo tuo &c. Et iterum egreſſi clauſerunt hoſtium, & ſignãtes anulo regis, abierunt, &c. Item mittuntur etiam cuſtodes, ſcilicet ſeruientes ad cuſtodienda bona ſaiſita, ſiue annotata: ne quid fraudetur, néve debitores tẽpore liberentur, vt d.l.fiñ. ff. de requir. reis. Ad cuſtodienda enim ea quæ ſine cuſtodia ſalua eſſe non poſſunt, mittendi ſunt cuſtodes, vt l.j. §. idem ait, ibi, item ſi periculum eſt ne interim res vſu capiantur, ff. de vent. in poſſeſſ. mittend. facit ordinatio regia nouiſſima hoc anno milleſimo, xxxix. publicata art. xxv. circa fi. Hæc autem omnia geſta debent referri à nuncijs, & ſeruientibus tabellioni, ſcilicet graffario, qui hæc redigat in actis coram iudice, vel ſi tabellio referat iudici hæc facta fuiſſe, iudex ei iubebit geſta in ſcriptis teſtibus appoſitis, vel non redigere, ſcilicet facere proceſſum verbalem, vt perpetuam habeant fidem, vt glo. in l. geſta, C. de re iudic. Geſta enim quæ ſunt tranſlata in publica monumẽta perpetuam firmitatem habent, nec morte cognitoris perire debet publica fides, vt d.l. geſta, & cap. quoniã cõtra falſũ, ext. de probat. Et nota ꝙ fiſcus nõ occupat bona niſi poſt annum de iure, vt d.l.j. & fi. ff. de requir. reis. De cõſuetudine vero occupat ea poſt adiudicationem tantum, quo caſu irreuocabiliter confiſcantur, ita ꝙ rei poſtea ſuperuenientes reperti nocentes puniuntur, innocentes vero abſoluuntur, nec propterea bona recuperant, vt d.l.j. in fiñ. ff. de requir. reis. Si vero intra annum, vel tempora edictorum, & ante condemnationem redierint rei, & poſt inrimationem, id eſt, repræſentationem, obierint, quãuis nondum ſe purgauerint, ad hęredes proprias res tranſmittũt, vt l. prima, C. de requirẽ. reis. Nam is qui in reatu decedit, integri ſtatus decedit. Extinguitur enim crimen mortalitate, excepto crimine læſæ maieſtatis, vt l.fiñ. ff. ad leg. Iul. maieſta. Quæro quid ſi ex bonis annotatis ſint aliqua mouentia, vel res mobiles reis ſpectantes? Dic quòd ne aut mora deteriora fiant, aut aliquo modo intereant, vendi, & vænire debere, preciúmq; eorum in depoſito eſſe iure ſancitum eſt. inter mouentia fructus quoque haberi oportet, curandúmque ne quid his, qui profugerunt medio tempore à debitoribus eorum ſoluatur, nec per hoc fuga eorum inſtruatur, vt d. l.fiñ. ff. de requir. reis, & ita de conſuetudine obſeruatur, & bona glo. in l.ij. C. ſi pend. appel. Quæro adhuc vtrum rei præcedente fuga, aut eorũ abſentia poſſint ſua bona, aut aliquid ex eis alienare? Reſpõ. ꝙ de iure canonico vbi inquiſitio eſt incepta cõtra aliquẽ criminoſum, eſt ei interdicta poteſtas vẽdendi, dãdi, infeudãdi ſeu quomodo libet alienãdi

tur iterum per edicta ac per ſe reſpondeant pœna conuicti & confeſſi, necnon confiſcationis ſuorum corporum & bonorum: quibus poſtulationibus auditis ediximus, ac ſtatuimus iure ere modicij criminationes, inquiſitiones poſtulantibus dictis conquerentibus confectas apud acta proferendas cum renunciatione chirugi ditionis noſtræ iurati, qui dicti Daui vulnera curauit, vnà cum trium denunciationum contumacia, atq; ob eam arbitrandæ quãtitatis petitione. Et tandem, vt ratio iuris poſcet, cõſtituetur. E Actum die xx. menſis Octob, & anno quo ſupra. In cuius rei teſtimonium ſigillum dictæ præpoſituræ his præſentibus duximus apponendum.

Sic ſignatum.

Hoc edictum conquerentes ab actis exſcriptum iri curant, vt ponatur vnà cum inquiſitionibus, renũciatione chirurgi, reliquo litis inſtrumẽto, & quod æquum erit, iudex iudicet.

Interim mittũtur viatores cuſtodes A

bona ſua,vt c.prælatorũ,§.fi. extra de accuſat. De iure vero ciuili ex die cõmiſſi criminis læſæ maieſtatis, & repetundarum reus nihil ex bonis ſuis alienare poteſt,vt l.ex iudiciorum, ff. de accuſa.vbi glo. enumerat octo alios caſus ante litem conteſtatã. Sed in alijs caſibus nõ exceptatis poſt litem cõteſtatã pœna trãſit ad hęredes, & prohibetur alienatio bonorum,vt glo.in d.l.ex iudiciorũ, & ff.de manumiſſ.l. qui pœna:& facit ff. de donat. l. donationes,§.fiñ.& l.poſt cõtractũ,& C.ad leg. Iul. maieſt. l. fi. & ff. qui & à quib.l.quæſitum.

B DESCRIBVNTVR Bonis reorũ annotatis de conſuetudine, & cõmuni obſeruantia regni Frãciæ proceditur ad confectionẽ inuentarij bonorũ, ita tenet gl.in l.j.ff.de requir. reis. De iure verò ante cõ dẽnationẽ,& cõfiſcationẽ, & cõtrouerſia pendẽte nõ debet fieri inuẽtarium.Verũ defenſionis facultas dãda eſt,quib⁹ aliquã inquietudinẽ fiſcus infert,& interim facultates eorũdẽ adhuc cõtrouerſia pendẽte inquietari, deſcribíq; fas non eſt: ſed tũc demũ res perſequi licet,& ſuper modo facultatũ,ac rerũ interrogationẽ haberi, quæ per cõditionales ſeruos, ſcilicet notarios inueſtiganda eſt,vt l. defenſionis facultas, & l.prohibitũ,de iure fiſc.lib.x. C.vbi dicit tex. ꝓhibitũ eſt cuiuſcũq; bona,qui fiſco locũ feciſſe æſtimabit,capi, priuſq; à nobis forma fuerit data. Et vt omni prouiſionis gñe occurſũ ſit,Cęſarianis ſcilicet officialib⁹ fiſci,ſancim⁹ licere vniuerſis quorũ intereſt,obijcere man⁹ his, qui ad capiẽda bona alicuius venerĭt, qui ſuccubuerint legibus: qa nũcijs prĩcipis nõ creditur ſine literis.Et ipſis volentibus aliorum bona capere, quilibet cuius intereſt,poteſt de facto reſiſtere,& in aut̃,vt nulli iudic. §.fi.Et ſic officialibus principis reſiſtitur ſi excedãt in ſuo officio,ad quod C.de appel.l.quoniã, & l.deuotũ, de meta. & epide. lib.xij.C.& l.j.quãdo lic.vnic. ſine iudic.ſe vindic.Inuẽtariũ ergo cõficiẽdũ eſt per notarios,qui ſerui cõditionales vocantur, vt d.l.defenſionis,& ff.de adoptio. l. non aliter. Conditionales ideo vocantur,quia hominum conditiones,& cõtractus faciũt, vt C.qui potio.in pig. habeantur.l.ſcripturas, & C.de pigno.l.ſi tibi.Inuentarij autem forma ſit ſecundum tenorem legis, ſi quis intra,C. de bonis proſcript. vbi dicitur,Si quis intra prouinciam pro qualitate delicti ſentẽtiã ꝓſcriptionis ſcilicet cõfiſcatiõis incurrerit,ꝓ ordinarij officij ſollicitudinẽ bonorũ eius indago diligẽtiſſime celebretur,ne quid priuatę rei cõmodis ꝓ gratiã,atq; colludiũ furto ſubducatur, & plena deſcriptio cõprehẽdat.Quod ſpaciũ eſt, & qđ ſit ruris iugerũ:Quid autẽ cultũ ſit,aut colatur:Quid in vineis,oliuis, aratorijs, paſcuis,ſyluis fuerit inuentũ.Quæ etiã gratia,& quę amœnitas ſit locorũ, quis ĩ ædificijs, & poſſeſſionibus ſit ornatus: quæve mãcipia in prædijs occupatis, vel vrbana,vel ruſtica,vel quarũ artiũ generibus imbuta teneant̃, quot ſint cẽ ſuarij vel coloni: quot boũm exercitijs terrarũ,atq; vomeribus inſtruentium. Quot pecorũ,atq; armentorum greges, & in qua diuerſitate ſunt dinumerati.Quãtũ auri,& argẽti,veſtiũ,ac moniliũ,vel in ſpecie,vel in põdere,& in quibus ſpeciebus. Quidve in apothecis ſit repertũ. Tũc demũ omnia ea,quæ velle nos ꝓſpicis inquiſitione cõſcripta rationalis rei priuatæ tradant̃: officio aut palatinis ſup hac cã miſſis noſtro nectenda patrimonio. Mox verò ad nos ſub literis publicis ſigillatim de omnibus nominatim̃q; referat̃,procul dubio negligentia mulctãda. Nã ſi quid poſt factam à prędicto officio inueſtigationẽ rationalis rei priuatæ, cui inquiſitio ſecunda mandata eſt,amplius fortaſſis inuenerit,officium fraudulentum ea condemnatione ferietur, vt aliud tantũ,quantum fuerat ſubtractũ ex proprijs facultatibus inferatur.Et ff.de cenſib.l.forma, & C. de apoth.public.l.j. & l.fi.de bonis vac.libro.x.C.

ad domos abſentiũ & fugitiuorũ in bonorũ præſidium,vt illa obſignent, ſtatuto iudicis ad libellũ procuratoris publici præſcripto,quod fit interdũ in primo decreto inquiſitionum pro delicti magnitudine. Et deſcribũtur [B] bona ꝓ actuariũ,aut quæſitorẽ. Pendẽte hoc iudiciali calculo cõquerẽtes poſſunt perſequi ius ſuũ contra dictũ Irũ, & edictũ ab actuario de cõtumacia accipere, vt manus in eum inijciantur,& prehendatur.Formula autem eiuſmodi edicti erit talis. Edicti formula.

Vniuerſis præſentes literas inſpectu ris Ioannes Vlpianus [A] legum candidatus in ſupremo conſeſſu aduocatus prę poſitus Salutem.[B] Notũ facimus,quòd quũ ad hanc diem xviij.mẽſis Octob. M.v^c.xl.citatus fuiſſet ad cauſsã ore ꝓprio dicẽdã Andreas Irus cerdo Pariſinus per Matthęũ Charõta viatorẽ dictæ præpoſituræ,eũ alloquendo in ſuis ędibus præſẽtibus Medardo Coruo & Marcello Aſino teſtibus vocatis virtute certi mãdati de ea re ſcripti & impetrati ab Antonia Diana vidua &c. & alijs conquerentibus &c. & procuratore fiſci nomine domini vt per ſe

A IOANNES Vlpianus.)In mandato debet apponi nomen conſulis, l. ſi qua beneficia, C. de diuerſ. reſcrip.

B SALVTEM.)Per ſalutationẽ, & benedictionẽ

inducuntur effectus, vt in proh. vj. & multos no. Rebuffus in forma māda. in glo. ſalutem in concorda.

C EXTRA locū ſacrū) Quia ſi caperetur in loco ſacro captura non eſſet rite facta. Ideo captus priſtinæ libertati reſtitui deberet, Bart. in l. præſēti, C. de his, qui ad eccle. cōfug. ꝑ id quod habetur in l. j. & ij. ff. de liber. homi. exhibē. quod placet Panor. in c. inter alia, de immunita. eccle. pro quo dicit eſſe tex. in c. miror, xvij. q. iiij. Et taliter debet relaxari, vt non poſſit per relaxantem de facili iterum capi, not. Bartho. in l. j. §. j. per illū tex. cum ſequen. ff. de acquir. reorū domi.

D PRIMO viatori,) Mādatur reus hic capi ad corpus ꝑ ſeruiētē iſtis nuncijs prætorū, ſeu poteſtatū terrarū mandātur exequi decreta iudicū. Et licet hi officiales non ſint ſubiecti iudici, pro veritate tamen ſuæ præſunt volūtati, quibus ſiquidē permittere nō debet ſubiectos prouincia les impellere, aut. de mādat. princ. §. præcipuè verò, col. iij. & dicit Bal. in c. grauis, nu. xix. in fi. extra de reſtī. ſpoliat. ꝙ ipſi nūcij fungūtur vice aſini, qui ſedētem ſuper ſellā magiſtrū portāt. Et iſta aſinina deportatio cōpetit viatoribus nūcijs, vt ff. de iud. l. fi. Hinc eſt ꝙ in vulgari Tuſcorū iſti vocātur baiuli, à baiulo, abſq; eo, ꝙ habeāt aliquā autoritatē iuriſdictionis, vt l. Is cui, §. miſſum, ff. vt ī poſſeſſionē leg. Et ita neq; de iure, neq; de cōſuetudine aliqualē habēt iuriſditionē, vt tenet Ioā. Fab. in l. & ſi non cognitio, ſed executio, & ibi Iaſon, C. ſi cōtra ius vel vtilit. publ. vbi dicit idem Fab. quod curia Frāciæ ita obſeruat, Quòd ſi dicti ex

reſpōderet, ac iuri ſatiſfaceret: propterea quòd ꝑ inquiſitiōes cōtra eū, & eius ſocios noſtro decreto factas poſtulantibus, ac inſtātibus dictis cōquerētibus is Audreas Irus necis obnoxius eſſet, aut ſaltē omnino nō careret ſuſpiciōe, qui præſens interfuerat homicidio defunctorū Ioānis Pluti, magiſtri Chryſoſtomi Craſſi in palatio Lutetiano ad uocati, Iuliani Xenij, & vulneribus illatis Dionyſio Dauo eodē cōflictu, ac opē ꝑſtitiſſet. Ad quā diē magiſter Claudius Cantiūcula procurator dictorum cōquerētiū, & procurator fiſci venerūt, & adfuerūt in iudicio coram nobis cōtra dictū Irū abſentē & contumacē, qui nec ipſe, nec quiſquā alius pro eo comparuit: ideo abſentē, & cōtumacē illum pronūciauimus palā vocatum per Ioānē Harpiū apparitorē noſtrū ſolito more. Itaq; dictis cōquerētibus cōtumaciam, atq; eremodiciū poſtulātibus, vi cuius dictus Irus prehenderetur pro vſu cōſuetudine ſtilo cōmuniter omnibus obſeruato dictæ præpoſituræ cōcedimus, & edicimus edicto legitimo eremodicium eſſe cōtractū aduerſus dictū cōtumacē: ratione cuius ſtatuimus, ac iubemus illū extra locū ſacrū C prehendi, & traduci ad carceres dictæ præpoſituræ, vt interrogetur, per ſe corā reſpōdeat dictis inquiſitionibus apud acta prolatis, iuríq; ſtet. Qui, ſi minus prehendi poterit, citabitur tribus denūciationibus vno cōtextu factis ad nomēclaturā actuarij dictæ præpoſituræ pœna æris & corporis. Propterea primo viatori D huiuſce ditionis rogato mandamus quatenus inſtabunt dicti conquerentes, & procurator regis dictum Andream Irum prehendat, vbicunque eum prehendere poterit, extra tamen locum ſacrum, E &

ecutores, ſcilicet ſeruientes in eorum delinquant officio, debent de ſtilo curiæ Frāciæ remitti ad eorū iudices puniendi, vt d. Io. Fab. in l. quod promulgatis, C. de offic. præfect. vrb. Qualiter autē puniantur dicti ſeruiētes, ſiue nūcij publici, qui falſum retulerūt, decidit Bal. in c. fi. in ij. col. de dolo, & cōtuma. extra, & in auteñ. de armis.

E EXTRA tñ locū ſacrū) Iſta eſt regula c. inter alia, de īmunita. eccle. vbi eſt tex. diſtinguēs, Aut fugiēs ad Eccleſiā cauſa īmunitatis eſt liber, aut ſeruꝰ, vt videre licet. Et ibi excipiuntur duo caſus ab ipſa regula, videlicet quando eſt publicus latro fugiens, vel nocturnus depopulator agrorum. aliam exceptionē vide in c. fi. eo titu. videlicet qui ſub ſpe īmunitatis in eccle. vel cœmiterijs delīquūt qa tales immunitate nō gaudēt, qa ea ſe fecerūt indignos, & eo præſidio. Et ideo ſi fuerūt ſtulti in culpa, ſint ſapiētes ī pœna, dicit ibi gl. fi. idē dic ſi fuerit delictū cōmiſſū ꝑpe eccleſiā, vel cœmiteriū, quia q̄ ꝑpe eſt, in ortis eſt. Eſt quidē ꝑſumptio iuris, quòd eo in loco ꝓximo delictū ꝑpetrauit ſpe immunitatis, aliàs nō ꝑpetratur ꝰ, d. c. fi. ītellige etiā de eccleſia nōdū cōſecrata c. pe. de immunita. eccle. quia dicit ibi tex. obſequijs domus dedicata nullius eſt auſibus temerarijs ꝓphanāda. Iſtud dic ꝓbari ꝑ tex. in d. c. fi. inq̄tū loquit de cœmiterijs, quę nō cōſecrant & tamē ī eis eſt immunitas. Quartā exceptionem habes in regula

in c.j.de homicidio,cuius ſunt verba: Si quis per induſtriam occiderit proximum ſuũ,& per inſidias,ab altari meo euelles eum,vt moriatur.Et dic per inſidias, id eſt,proditorie:quod eſt quãdo aliud gerit animo, q̃ quod gerit in actu,vt l.fi. de delat.lib.x.C. & aliud mẽte gerit,vt not.in l.j.ff. de præuaric.& in l.j.ff. ad leg.Iul.maieſta. Bart.in l. reſpiciendũ,§.delinquunt, ff. de pœnis. vt ſi veniens tecũ tanq̃ ſocius in itinere te percutit.ita declarat Petr.de Anchara in d. cap. primũ. Et poteſt eſſe ratio, quia propter illam proditionẽ delictũ eſt grauius, vt probatur in l.prima,C. de malefi. & mathemat. vbi grauius eſt necare hominẽ veneno, q̃ gladio:& venenare eſt ſpecies ꝓditionis,vt inquit Iaco. Buttri.& Bal. in l.nemo, C. de ſumma trini.Bal.& Sal. in l.cũ fratrẽ,C.de his, quib. vt indig.Pro hac exceptione attende ad ea, quæ tradit Alex.in Con.cxlv.nu.vj.viſo themate vol.vij vbi tractat quæſtionem, an domus monaſterij,puta dormitoriũ,& cætera huiuſmodi habitacula dicant̃ habere priuilegiũ immunitatis huiuſmodi,& decidit illud multipliciter,firmãdo q̃ ſic. Si quæras, an dabilis ſit immunitas alijs in locis?dic q̃ ſic.Pone,quidã flagitioſus,qui mortẽ meruit, cõfugit ad ſacramẽtum altaris, dũ portatur in via.Ille gaudebit immunitate perinde ac ſi eſſet in eccleſia, quia nihil eſt maius hoc ſacrificio,& nullũ habet eccleſia priuilegiũ niſi ob honorẽ dei,multo fortius & ipſe deus,vt aut.multomagis C. de ſacroſanc. eccle. Corpus enim Chriſti eſt corpori eccle. prẽferẽdũ,Ioã.Fab.in fi.de his q̃ fũt ſui,in inſti.

vinctum perducat ad noſtros carceres cauſſis ſuperioribus recitatis. Quòd ſi prehẽdere nõ poterit,citet eũ [F]trinũdino die ſimili pœna æris & corporis: cuius rei exequẽdę poteſtatẽ facimus,iúſq; damus: mãdamus autẽ, & iubemus, ad quos attinebit, alios dicto viatori id exequẽti parere rogantes. Datũ anno & die [G]quibus ſupra,in cuius rei teſtimoniũ ſigillũ [H]dictę præpoſituræ his præſentibus curauimus affigendum.

Sic ſignatum. Neapolin [I].

F ☞ CITET eũ.) Quia qui in eccleſia eſt, poteſt citari,l.præſenti,C.de his,qui ad eccle.cõfug.vbi vide remiſſiue apoſtillam ad Bartho.

G ☞ ANNO & die.) Hic ponitur data anni, & diei, quia mãdatũ, ſiue reſcriptũ ſine die & cõſule non valet,vt l. ſi qua beneficia,C.de diuerſ.reſcript.& glo.in cap.quoniam contra falſam,extra de prob.

H ☞ SIGILLVM.)Mandatũ ſiue reſcriptũ authẽticũ alicui⁹ firmitatis robur habere nõ videt niſi factũ fuerit per manũ publicã. Ita q̃ appareat publicũ, aut authẽticũ ſigillũ habeat,ꝑ quod poſſit probari, vt c.ij. extra de fide inſtru.Sigillũ autẽ dicit authẽticũ qñ eſt ſigillũ alicuius principis ſecularis, cui creditꝫ de cõſuetudine,vt glo.in d.c.ij.extra de fide inſtru.& c.cũ dilectus,eodẽ.Sigillũ etiã alicuius iudicis facit fidẽ,vt 98. diſt.c.j.& ij.& ar.xix.q.iij.c.ſtatuimus,& ff. de cuſto. & exhib.reorũ,l.diuus,ibi,& interrogatiões literis incluſas, atq; obſignatas ad cognitionẽ magiſtrat⁹ mittãt.Itẽ dicitur authẽticũ ſigillũ epiſcopi,& ei creditur q̃diu cõtrariũ nõ oſtẽdit,vt extra de probatio.c. poſt ceſſionẽ.Itẽ ſigillũ capituli,vt extra de procur.c.iij. & lxxiij.diſt.c.in nomine patris,in fi. Habet igitur ſigillũ vicẽ publici inſtrumẽti,vt gl.in d.c.poſt ceſſionẽ.Vi de quæ de ſigillo late ſcribit Bartachinus de firmino in tracta. de epiſc.in iij.lib.col.v.& ſequẽtibus. Et qñ literæ ſigillatę faciãt fidẽ, attende ad Soz.Conſ.cxx. col.vij. Cũ in preſenti& latius in Con.cclviij. in cauſa vicariæ. Alex.in Cõ. cl. in cauſa appellatiõis, vol. v.& Con.86.verſi.iij. quia non eſt probatũ incipiẽte lętatus ſum,vol.vij. Si autem quæras an ratione ſigilli poſſit aliquid exigi à partib⁹?Dic q̃ ſic,pro quo cle.pe.de elec. vide Petrũ de anchar.Con.ccviij.col. ij.iuxta ordinem.

I ☞ SIGNATVM Neapolin.) Scriptum publicũ dici nõ poteſt niſi per ſubſcriptionẽ,ſcilicet per manũ publicam,id eſt per notariũ ſcilicet tabellionẽ factã,vt in aut.de iſtru. caut. & fi.§.ſed & ſi inſtrumẽtũ,& §.ſeq.col.vj.c.qm̃ cõtra, extra de probą.iuncta glo.literis ergo iudicis ordinarij ſtandũ eſt donec probetur cõtrariũ,vt d.c.poſt ceſſionẽ,iũcta gl.extra de proba.dũ modo oſtẽdatur originale,aliàs exẽplo nõ crederet,l.ſi quis in aliquo documẽto,C.de edẽdo,& l.ſancim⁹,C.de diuerſ.reſcrip. & glo.in l.ſicut iniquũ,C.de fide inſtru.Itẽ ſtandũ eſt equidẽ à fortiori literis principis,quia plus valet teſtimoniũ regis, q̃ notarij,dicit And.de yſernia in c.ſancimus,ad finẽ princ.quo tẽpore miles,&c.meminit Iaſon in Con.lxv.col.pe.Hẽricus,vol.iij.Ea equidẽ,quæ cõtinent̃ in literis principis preſumuntur vera, donec cõtrariũ probetur,etiã ſi nõ depẽdeat ex facto principis,vt notat,Paul.de caſt.in Con.437.in fine, in quæſtione parte prima.Ratio,quia nõ præſumitur aliquid placere principi,niſi iuſtũ,& verũ.Cui⁹nẽpe actus principis regulatur à iuſtitia poli, & fori & notat Neapoli.deci.403.nu.xj.catholica præſumendũ eſt,q̃ literæ regiæ proceſſerint de iuſtitia iuxta notata in c.quæ in in eccleſiarũ,de cõſtitu.Premiſſa extẽde ad inſtrumẽtũ notarij,vt illi ſtetur donec cõtrariũ probetur,quod probat Alex.in Con.xcviij.Breuiter vol.j.Decius Cõ. 453.nu.7.in cauſa Bal.poſt tex.in l.cũ p̃cib⁹,C.de proba.idẽ Decius in Cõ.587.col.j.corã magnificis,& Cõ. 488.nu.primo,i cauſa & lite,vbi ſubdit,q̃ inſtrumẽtũ eſt probatio probata:& ꝓbat illud,quod cãtat. notat Ang.in l.intereſt.i vlti.not.C.de ſolutio. Iaſon in Cõ. 137.nu.v.in cauſa,vol.iiij.vbi ſubdit,quo ad rogatum notarij, ſi à duabus partibus fuerit rogatus, & id ipſe notarius aſſerat,eidẽ creditur,§.nos autẽ,cũ gl.in aut. de tabel.col.4.Et dic q̃ eſt probata,id eſt,habet probationẽ paratã,ꝑ quã facillimè preccluditur via aduerſario excogitãdi probationes falſas,glo. not.vbi Ang.

& Alex.in l.ita tamen,§.ſi pater,ff.ad trebellia.

A ☞ CITATVS.) Hic refer. graffarius reum citatũ fuiſſe per ſeruientẽ. Quid autẽ ſi ſeruiẽs negaret retuliſſe graffario citaſſe reũ,cui illorũ ſit potius credendũ nũcio,vel graffario? Aut ſi reus negat ſe fuiſſe citatũ, quẽ ſeruiẽs refert citatũ? Rñ.q̃ tria ſunt attẽdenda. Nã qñq̃ eſt cõtẽtio inter partẽ & nũciũ, ſeu ſeruientẽ: Quãdoq̃ inter nũciũ,& graffariũ: quia nuncius negat retuliſſe. Et nihilominus graffarius ſcripſit nũciũ retuliſſe. Qñq̃ eſt cõtẽtio inter partẽ, & nunciũ non ſuper nuda citatione, ſed ſuper verbis prolatis à citato. Primo caſu cõcludit Ioã. And. ſuper Specul. in titu. de citatione,§. ſequit, verſic. ſed nũquid crederetur, q̃ ſecũdũ qualitates perſonarũ, & q̃titatem præiudicij iudex arbitrabitur. Nã quãdoq̃ poti⁹ credit ſimplici aſſertioni partis, q̃ verbo nũcij, vt puta qa nũcius eſt vilis pſona, & pars eſt ī dignitate cõſtituta, & lauda bilis vitę. Qñq̃ exiget iuramẽtũ cõtra aſſertionem nũtij, qñq̃ plenã ꝓbationẽ. Et hęc dicta cõmuniter tenent, & facit à cõtrario c. ad audientiã, extra de prę ſcript. & idẽ Io. And. in d. c. cum parati, extra de appel. & Sali. in l. tres denũciationes, C. quomõ & qñ iudex. Secũdo caſu principali cõmunis cõcluſio eſt hæc, vt inſpecta qualitate & graffarij, & nũcij, iudex arbitret cui ſit magis credẽdũ, vt not. Ci. in l. ſi qs decurio, in fi. C. de falſ. & Bart. in extrauag. ad reprimẽdũ, in verſi. ꝓ nũciũ. Si autẽ graffarius eſt ſuſpectus ex antea geſtis, & cõtra graffariũ eſt aſſertio nũcij, nõ crederet graffario, ſed nũcio. Sed ceſſante præſumptione cõtra graffariũ, magis crederetur ſcripturæ ipſius graffarij, q̃ nuncio. Nã plus creditur graffario acta ſcribẽti, ſeu ſcripturę ipſi⁹ graffarij, q̃ iudici: cũ ipſe graffarius ſit iuratus ad hoc, vt cap. quoniam contra falſam, extra de probat. Tertio, nõ creditur nuncio ſuper verbis prolatis à citato, vt ſi referat citatum dixiſſe ſe non venturũ, vel q̃ illi iniuriã intulit, quia nuncio tantum creditur in his quę ſpectãt ad eius officium, quod verſatur circa citationem: non autem in alijs, vt not. glo. in d. c. cum parati, extra de appell. & l. magis puto, §. Illud, ff. de rebus eorum, & l. j. §. ſanè, ff. de offic. præfect. vrb. dum tamen nuncij portẽt literas eius, quod aſſerũt ſe in mandatis habere, vt c. prudẽtia, extra de offic. deleg. Bal. in d. l. magis puto, §. ne tñ, dicit q̃ creditur nuncio, quãdo facit aliq̃d circa naturã ſui officij in modicis, ſed in magnis, & pręiudicialib⁹ nõ creditur, vt idẽ Bal. in d. c. cũ parati, extra de appel. Bart. in d. extrauag. ad reprimẽdũ, in verbo, per nunciũ. dicit ſecundum Spec. q̃ cautela eſſet, ſemper mittere duos nuncios, vt in ore duorũ, aut triũ ſtet omne verbum, vt c. in nomĩe domini, extra de teſtib. Vtrũ aũt dictus nũci⁹, & executor habeat aliquã iuriſditionem? dic q̃ non, nec de viribus cauſæ cognoſcit, nec pronunciat, nec pronũciatũ valet, vt l. ſi vt proponis, C. de executio. rei iudic. & Ioã. Fab. in l. & ſi nõ cognitio, C. ſi contra ius vel vtilit. public. & Boetr. in ſuis cõment. conſuet. in §. xv. in gl. in verb. & huiuſmodi. Vnde ſi talis executor, & ſeruiẽs in ei⁹ deliquat officio, debet de ſtilo curię Frãciæ remitti ad eius iudicẽ puniẽdus, vt Boet. in d. gl. in verbo, vñ ſi tales, & Io. Fab. in l. qd̃ ꝓmulgatis, C. de offic. prefec. vrb. & hęc nota, qa quotidie accidũt.

Virtute huius edicti Hugo Aſebus viator dictæ prępoſiturę, cui cõmiſſum fuerat eiuſmodi reſcriptũ, decima nona nouẽbris M.v^c.xl. prehẽdit dictũ Andreã Irũ: quẽ quũ ligatũ teneret, & adduceret in carceres: nõnulli alij cerdones Pariſiẽſes eripuerunt, & vi exemerunt è manibus, & vinculis dicti viatoris, vt plerumq; fieri ſolet. Ideo dictus viator citauit dictum Irum vna denũciatiõe ꝓ tribus, rẽq; omnẽ renũciat actuario, q ad acta ad hũc modũ refert.

Die xx. mẽſis Nouẽb. M.v^c.xl.

Citatus A ad hunc diẽ Andreas Irus cerdo ab Hugone Aſebo viatore huiuſce ſedis eũ alloquẽte ad recitationẽ actuarij tribus contractioribus denunciationib⁹, ſiue ad tres breues dies: quorũ hic primus, & duo alij ſequẽtes, virtute certi reſcripti decreti ſuper certis criminibus, & inquiſitionibus cõtra illũ, & illius ſocios, ac participes apud acta prolatis ad poſtulationem & ſupplicationem Antonię Dianę, reliquorúmq; cõquerentiũ, procuratoríſq; regis ſuper cæde defunctorũ & vulneribus Dionyſij Daui, quorum reus eſt, & obnoxius idem Andreas Irus: ratione quorum hinc migrauit ereptus, & exemptus B

B ☞ EREPTVS, & exẽptus.) Eripiunt, & eximunt nõnulli per raptũ cõprehenſos reos à manibus familiæ, ſcilicet ſeruiẽtiũ, quo caſu tenentur ciuiliter, quo ad intereſſe priuatum actione in factum, inq̃tum actor eſtimauerit per iuſiurandum ſuum, vt l. ſi per aliũ, §. in eum, ff. ne quis eum, qui in ius vocat. eſt vi exi. & in ſingulos datur actio. Et nihilominus manet, qui exemptus eſt obligatus, nec liberant exemptum, quia pœnam ſuam ſoluunt, vt d. l. ſi per alium, §. hoc iudicium, & l. fiñ. ff. eodem, & l. iij. de exacto. tribu. lib. x. C. & l. ſed eximendi, ff. ne quis eũ, & l. conſiliarios, C. de aſſeſſo. & domeſti. & glo. in §. pœnales, Inſti. de actio. Quo autem ad inter-

esse publicũ,scilicet fisci eximẽs verberat, & in exiliũ mittitur, vt l.si quis in hoc gen⁹,& auẽ.sed nouo iure, ibi posita,C.de episc. & cleric.Et C. de his, qui latro. vel alijs cri. reos occulta.l.j. & ij. Quòd si cœtum, & concursum feciſſe dicãtur,quominus quis in iudicium ꝓduceretur,leg.Iul. de vi priuata crimẽ cõmiserit,vt l.legis,ff. ad leg.Iul.de vi priuat. & l.lege, ff.ad leg. Iul. de vi public. cuius legis Iuliæ de vi priuat. pœna adẽptio est tertiæ partis bonorũ,vt l.tutoris, C. ad leg.Iul.de vi priuat.Est etiã amissio dignitatis, & famæ,vt l.j.ff.eodẽ,& glo. ĩ c.ij.extra de ord.cognit. pœna etiã legis Iuliæ de vi pub.est aquæ, & ignis interdictio, & deportatio, & omniũ bonorũ publicatio vt Insti.de pub.iudic. §. Itẽ lex Iul.Qñ autẽ quis arripit aliquẽ cõdẽnatum ad mortẽ, tenetur lege Iul.maiest.vt l.cuiusq;, ff. ad leg Iul.maiest. & l. addictos,C. de appel.& l. addictos,C. de episco.audient.& Bart.in l.legis,ff. ad leg.Iul.de vi priuat. & ample Paris de puteo in tract. de syndic.verbo. rectores,nu.4.fo.cxvij. Quęro quid si delinquat,qui in ius vocat: quia nõ debuit in ius vocare,quẽ vocauit, an delinquat qui eximit vocatũ in ius? dic ꝙ nõ,vt l.j.ff. ne quis eũ, qui in ius vocat. Nã cũ vterq; cõtra edictũ faciat,& libert⁹ qui patronum vocat: & is qui patronũ vi exemit,deterior re tamẽ loco libertus est, qui in simili delicto petitoris partes sustinet. Eadẽ æquitas est in eo,qui aliò, q̃ quo debuerat,in ius vocabatur. sed & fortius dicendũ est nõ videri vi eximi eũ,cui sit ius ibi nõ cõueniri, cũ iudex sit sibi incompetẽs,vt l.ij.ff.ne quis eum qui &c.Si quis etiam illicite mandatur capi,potest se defendere, vbi officialis excedit modum in exequendo, & potest euadere manus familiæ. Nec dicitur in hoc resistere, sed defendere se,vt l.j.§.si ideo,ff.ne vis fiat ei,qui & c. & l.j.§.Offidius,ne quis eum,qui &c. Et potest reus conuocare amicos,& vicinos ad resistendum, vt l. prohibitũ,ff. de iure fisci, & l.contra,de executo. lib.xij. C. maxime vbi executio est irretractabilis,ꝑ d.l.j.§. fi. ff.ne quis eũ, &c. Et talis, cui infertur violentia potest clamare conuocatis amicis succurrite, succurrite,vt l.prætor ait,§.si quis aduentu,ff.vi bono.rapto. & Bart. in l.si quis in seruitute,in fi.ff.de furtis. Iudici etiam modum excedẽti,& inique agenti exequẽdo,& hoc si manifeste constet, resisti potest,vt l. de uotum, de meta. lib. xij. C. & glo. in d.l. prohibitum,vbi dicitur ꝙ officialibus scilicet iudicib⁹ principis resistitur, si excedãt in suo officio, ad quod C. de appellat.l. quoniam,& C. quando liceat vnicuiq; sine iudic. l.j. ratio enim est, quia iudicis, & officij imperitia partibus obesse non debet,sic & ff.ad leg. aquil.l. qua actione.§.fiñ. & l.sequeñ. & ff. de offic. præsid.L.illicitas,§.sicuti. Pertinaciæ siquidem sui iudicis resistere libera cuilibet resistendi permittitur facultas,siue sit officialis subditus, vt l. omnes, de decurio.lib. x. C. siue priuatus,vt glo.ibidem,& d.l.prohibitum,& l. deuotum.Si vero iniuria possit reparari ciuili modo sine armis, non potest resisti iudici siue executori, vt Bartho. & C. in l.ab.executore. C. quorum appel. non recipiuntur. Et ideo nisi manifeste constet actum esse nullũ,in illo dubio obediendum est executori,vt ff.de iniur.l. nec magistratus. vnde iudex quando officiũ iuste exercet, nõ potest sibi resisti, vt l.milites agrum,§.irreuerẽs.ff.de re milita.Nam semp præsumit, ꝙ vigore

à ſuis partibus. dicendum tamẽ hoc eſſe verum, ſi loquamur vere, & proprie. Nam nil aliud eſt vniuerſitas ſcholarium, quàm ſcholares: ſed improprie ſecundum fictionem iuris ſecus eſt. Nam ius fingit aliud quàm eſt, vt l. vnica, in princ. C. de rei vxo. actio. fingit natum, quod nõ eſt, vt ff. de ſtatu, l. qui in vtero: fingit non eſſe natum, quod eſt natum, vt ff. de lib. & poſt. l. titius teſtamẽtum, §. lucius; fingit viuere, quod non viuit, vt inſti. de excuſa. tuto. §. defuncti autem: fingit non conceptum eum, qui mortuus naſcitur, vt ff. de verbo. ſignific. l. q mortui. Et ideo licet vniuerſitas nil aliud ſit, niſi ſinguli hoſes, qui ibi ſunt. Si tamen oẽs, ſiue quilibet de vniuerſitate tibi intulerit iniuriam, nihilominus non poteris agere contra vniuerſitatem, ſed contra ſingulos: quia non vt vniuerſitas, ſcilicet conſilio habito, & campana ſonata, vel aliàs eis conuocatis feciſſet, ſed quilibet ſuo motu, prout dicit glo. in dicta, l. ſicut, §. j. in verbo, non debetur, vnde nõ poſſet fieri inquiſitio eõtra vniuerſitatẽ, ſed contra illos homines ſingulares, qui hoc fecerũt. Hinc quod plus eſt, ſi omnes homines de vniuerſitate irent ad committendum homicidiũ leuato vexillo, & pulſata campana, non videtur teneri vniuerſitas, ſed tantum ſinguli, & qui eleuauerunt vexillum, & pulſauerunt campanam, tanquam incitatores perſonarum, vt C. de ſeditio. per totum titul. & ita videtur intelligi glo. in dicta l. metum, §. animaduertẽdum, ff. quod met. cauſ. niſi vniuerſitas hoc ratum haberet, quia tunc poſſet teneri in ſolidum, dicta l. ſed ſi ex dolo. §. j. ff. de dolo, & l. j. §. deieciſſe, ff. de vi, & vi armat. vel niſi vniuerſitas deliberato propoſito, & conſilio hoc feciſſet. Nam vbi communi conſilio plurium factum eſt quid, licet vel cum vno, vel cum ſingulis experiri. Opus enim quod à pluribus pro indiuiſo factum eſt, ſingulos inſolidum obligat. Si tamen proprio quis eorum fecerit conſilio, cum omnibus poteſt agi ſcilicet in ſolidum. Itaque alter conuentus alterum nõ liberabit, quinimo perceptio, ab altero non liberabit alterũ: hoc caſu, quando proprio conſilio fecerunt: & pro hoc videtur tex. for. in l. ſemper, §. ij. ff. quod vi aut clam: quia videntur omnes facere, quod conſilium facit, vt glo. in d. l. ſed ſi ex dolo, §. ſed an in municipes, in verbo. facere poſſunt, ff. de dolo, & dolo etiam malo factum eſſe dicitur, quãdo præcedẽte cõſilio ad hoc ipſum quis homines collegit armatos, vt damnum daret, bona ve raperet. Siue igitur ipſe, qui cogat homines, ſiue ab alio coactis, vtitur ad rapiendum, dolo malo facere videtur, l. ij. §. dolo aũt malo, ff. vi bono. rapt. Si igitur vniuerſitas poteſt delinquere, ergo poteſt puniri: ſed alterabitur, & minuetur pœna, quia ſi omnes homines huius ciuitatis, vel maior pars hominum delinquit, propter multitudinem delinquentium minuetur pœna. Nam detrahendum eſt ſeueritati, vbi ſtrages multorum hominum facit, vt glo. in l. aut facta, §. non nunquam ff. de pœnis, & ar. ff. ad leg. cor. de ſicar. l. qui cædem.

Si autem delictum eſt commiſſum à multis, & hoc conſtat, & tunc propter multitudinem delinquentium minuetur pœna: aut nõ eſt commiſſum, ſed eſt dubiũ, ne committatur propter multas perſonas aptas ad hoc, tũc exaggerabitur pœna. vt d. l. aut facta, §. non nunquã, ff. de pœnis. Et ita tenet Cinus inl. ſi quis in tã tam, in vlt. quæſt. C. vnde vi. Innoc. tamen in c. dilectus, extra de Symo. tenet q vniuerſitas non poteſt puniri criminaliter, ſed poteſt conueniri ciuiliter: & idem Innoc. in c. grauem, extra de ſent. excõ. licet videatur eſſe caſus contrarius in §. ſi quis vero auſu temerario, de pac. tenend. & iur. fir. in vſib. feud. ibi, ſi ciuitas eſt pœna centum librarum auri cameræ noſtræ inferenda puniatur: oppidum vero triginta libris auri multetur, & c. vbi glo. dicit q maiores puniuntur maiori pœna, quàm minores ſcilicet pecuniariter, vt in preall. §. ſi quis verò, & l. preſbyteri, §. ſi forte, C. de epiſc. & cleric. ibi multo magis etenim digni ſunt pœna, quibus cum plurimum honoris per noſtram iuſſionẽ delatum eſt, ſi in occulto inueniantur crimine. Corporaliter autem minori pœna debent puniri maiores, quàm minores. l. qui cædem, ff. ad l. cornel. de ſicar. & l. nemo clericus, C. de ſumma trini. & fid. catho. & glo. in d. §. ſi quis vero, in verbo centum. aliter enim ex hiſdem facinoribus puniuntur ſerui, quàm liberi d. l. aut facta, §. perſona dupliciter ſpectatur, ff. de pœnis, niſi tumultus aliter ſedari non poſſit: quia tunc puniendi ſũt iudicio populi, vt d. l. qui cædẽ, iuncta glo. ibidem.

Quare autem vniuerſitas non poſſit puniri criminaliter ſecũdum Innoc. in d. c. dilectus, iſta eſt ratio: quia ſi puniretur criminaliter, per conſequens pupilli, & infantes, qui non conſenſerunt, quod eſſet iniquum. Præterea cum mortuis omnibus hominibus, & alijs ſubrogatis eadem ſit vniuerſitas, ergo illi qui poſtea naſcerentur punirẽtur, quod eſſet abſurdum, vt idem Inno. in d. c. grauem.

Ciuiliter vero non eſt dubium, quòd vniuerſitas pro delicts poſſit conueniri in eo, quod ad eam peruenit, vt d. l. metũ. §. animaduertendum, ff. de eo, quod met. cauſ. & l. ſed, & ſi ex dolo., §. j. ff. de dolo.

Sunt ſiquidem delicta quædam, propter quæ filius punitur propter patrem, vt in crimine legis Iuliæ maieſtatis, vt l. quiſquis. C. ad leg. Iul. maieſt. & in crimine hæreſeos, vt c. ſtatutũ, de hæretic. lib. vj. & c. felicis, de pœnis, lib. vj. Tũc iſto caſu vniuerſitas poteſt puniri criminaliter, vt factum fuit de Carthagine, quæ paſſa eſt aratrum &, vt ff. quib. mod. vſufruc. amitt. l. ſi vſufructus. la. j. iuncta glo. & in iſtis ceſſant rationes Innoc. vbi poſſunt puniri paruuli propter maiores, & deſcendentes propter ciuitates ſuas, & ita Henricus

aliud iuſtius fuerit, prouunciabimus. In cuius rei teſtimonium ſigill. dictæ præpo. his præſentibus curauimus apponi. Actum die 18. Nouembris, 1540. Sic ſignatum.

Executio huius edicti fit per dictum Actuarium, & Stentorem Gallum præ-

imperator damnauit ciuitatem Brixiæ ſubijciendam aratro, quam pœnã ex miſericordia demũ relaxauit. Itidem Bonifacius papa, propter delictũ quorũdã tem plariorũ totũ collegiũ ipſorum deſtruxit. Et ita hoc anno milleſimo quingenteſimo quadrageſimo, veneris vltima Aprilis contigit iudicatũ per Carolũ imperatorem contra & aduerſ⁹ Gandauũ ciuitatem in Flãdria, cuius incolas, & municipes omnib⁹ priuilegijs, libertatib⁹, & iuriditiõe priuauit, eoſdémq; togis partim lugubribus induendos & capitibus nudandos noxam honorabiliter, & vtiliter emendare cenſuit, rebus omnibus cõmunibus fiſco additis adiecta multa maxima, quod tranſcriptum iudicatum per legi.

conem, & lictorem dictæ præpoſituræ 14. die poſt edictũ prima proclamatiõe ad hunc modum,

Die xij. Ianuarij anno domini 1540.

Renunciatum per nos Cn. Flauium actuarium, & tabellionem, & Stentorẽ

Quædam ſunt delicta, in quibus filius non punitur, propter patrem, vt in caſibus, in quibus ſupra dictum eſt vniuerſitatẽ poſſe delinquere, & tunc punietur vniuerſitas: ſed in modis puniendi eſt differentia. Nam ſi pœna cadat in vniuerſitatem, & non in ſingulos de vniuerſitate: vt ſi debet publicari quædam res de vniuerſitate, ipſa vniuerſitas punietur, d.l. iubemus nullã nauem, C. de ſacroſanct. eccle.

Sed ſi eſſet talis pœna, quę æque caderet in vniuerſitatem, & in ſingulos, vt eſt pœna pecuniaria, tũc ſiquidem eſt collegiũ, vt collegiũ priorũ, qui ſunt numero decẽ, vel ſimiliũ, nõ punirentur oẽs de collegio, ſed tãtum illi, qui conſenſerunt, caſus in l.j. circa princ. ff. de magiſt. conueniend. qui dicit, q̃ in ordinẽ ſubſidiaria actio non dabit, ſed in magiſtratus: nec in fideiuſſores eorum, hi enim rẽ publicã ſaluã fore promittunt, non pupilli: proinde nec nominatores magiſtratuũ ex hac cauſa tenebuntur, ſed ſoli magiſtratus. Sed ſi ordo receperit in ſe periculum, dici debet teneri eos, qui preſentes fuerũt. parui enim refert nominauerint, vel fideiuſſerint, an in ſe periculum receperint; vtilis ergo actio in eos competit, vt d.l.j.

Sed ſi eſſet collegiũ magnũ, & diffuſum, vt eſt populus, ſeu aliqua cõmunitas, tunc quia diſcernere conſentientes à nõ cõſentientibus eſſet difficile, tota ciuitas, & tota vniuerſitas teneretur, vt aut. Itẽ nulla cõmunitas, C. de ſacroſanct. eccle. vbi dicitur, q̃ cõmunitas in emendatione pœnę triplũ refundit, & banno imperiali ſubiacet, & §.j. de pace iura. firmo. in vſib. feud.

Si vero tale ſit delictum, quod non cadit proprie in vniuerſitatem, vt homicidiũ, & rapina, & ſimilia, tunc vniuerſitas punitur more priuatorũ, ſi pœna poſſit in vniuerſitatẽ cadere, ſcilicet poterit conueniri ciuiliter in eo, quod ad eã peruenit, d.l. metũ, §. animaduertendum, ff. de eo, quod met. cauſ.


Sed vbi pœna nõ poteſt cadere in vniuerſitatem, vt eſt pœna decapitationis, cũ nõ poſſit vniuerſitas decapitari: quia non habet caput verũ, ſed fictum, tunc illa pœna alterabitur in aliã, ar. glo. in d.l. aut facta, §. nonnunquam, ff. de pœnis, & l. quid ergo, §. pœna grauior. ff. de his, qui not. infa. & l. his accuſare, §. omnibus, in fi. ff. de accuſat.

Quæritur quare non amputatur illud corpus fictũ, hoc eſt diſſoluatur collegiũ, ſeu vniuerſitas illa? Reſpõ. quia ſequeretur illud incõueniens, quod dicit Innoc. in d.c. grauem. Nã punirent inculpabiles. Illud etiã in pœna pecuniaria cõtingeret inconueniens, quia collecta imponeretur illis, qui non deliquerũt, & ideo eſt cõcedendũ, q̃ licet ſuperior totã vniuerſitatẽ cõdẽnet, vt dictũ eſt, tñ illi, qui non deliquerũt, nõ debent contribuere in ſolutione collectę de iure, vt ar. d.l.j. ff. de magiſt. conue.

In ciuilibus vbi vniuerſitas eſt condẽnata ex cõtractu mutui, emptionis, vel ſimiliũ, ſi mutuũ fuit acceptũ pro cauſa, quæ reſpicit onus vniuerſitatis, pro viribus patrimonij ſingulorũ quilibet tenetur, vt l. oẽs. la. ij. C. de oper. public. ibi, hoc pacto impendijs ordinandis, vt aſcriptitio currat p̃ viribus ſingulorũ: deinde aſcribãtur pro æſtimatione operis futuri territoria ciuiũ, ne plus poſcatur aliquid, q̃ neceſſitas imperauerit, néve minus: ne inſtans impediatur effectus: oportet namq; per ſingula non ſterilia iuga certa quæq; diſtribui, vt par cunctis præbendorũ ſumptuũ neceſſitas imponatur, nemini excuſatiõe, vel alia præſumptione ab huiuſmodi immunitate præbenda, & in aut. de mand. princ. §. deinde cõperẽs, coll. iij. Tunc em̃ imponet collecta p̃ ſolidũ, & librã: nec quis poterit capi in ſolidũ, ſed pro parte ſua. non enim eſt debitũ cuiuſq; propriũ, ſed vniuerſitatis, vt ff. de rerum diuiſ. l. in tantum. §. ſed vniuerſitatis, & probatur in d.l. ſicut, §.j. ff. quod cuiuſque vniuerſit. & C. vt nulli iudic. l.j. lib. xj. quòd ſi quis reperiat non ſoluendo, alij de vniuerſitatẽ ſoluãt, vt l.i. C. de omni agro deſert. lib. xj. quòd ſi vniuerſitas haberet nemus commune, adhuc creditor non poſſet mitti in poſſeſſionem partis nemoris illius, qui non reperitur nõ ſoluendo, vt not. glo. in d.l. ſicut, §.j. quia nec nemus illud, nec pars eius a licuius intelligitur, d.l. in tantum, §.j. ff. de rerum diuiſ.

Sed ſi aliquid fuit acceptum mutuum, vel quid emptum pro excipiendo de aliquo munere perſonali, vt puta ex forma ſtatuti, quilibet debet ire ad exercitum, vel ad quid aliud, tũc ſi deuentũ eſt ad cõpoſitionem, q̃ ſoluant aliquid, & non vadant, tunc imponetur iſta collecta per capita: ſicut enim pro ea pecunia quã ſoluerunt ſenſerunt releuamentum per capita, ita per capita ſoluere debent, vt inſti. pro ſocio, §. illud, & ff. de regul. iur. l. ſecundum naturam.

Sed ſi debebant ſubire illud onus per fumantes, quia omnes habitantes in vna familia habebuntur pro vno fumante, eodem modo habebitur in collecta: in dubio vero, ſi hoc non liqueret, collecta imponeretur perſonis pro viribus patrimonij, vt l. reſcripto, in fi. ff. de muner. & oneri.



Gallum [A] præconem, & apparitorem præpoſituræ, & in actis ad eam rem delegatos quod virtute certi edicti à domino præpoſito Pariſienſi aut eius vicario 18. die Noueb. anno domini 1540. dati ſecundum Antoniam Dianam viduam defuncti Ioannis Pluti tam ſuo nomine, quàm vt corporum, & bonorum Iacobi, & Petri Plutorum eius & dicti defuncti annis minorum filiorum adminiſtratricem, Auguſtinum Plutum dictorum defuncti, & viduæ annis maiorem filium, Benedictum Craſſum defuncti diſcretiviri magiſtri Chryſoſtomi Craſſi, dum viueret, in palatio aduocati fratrem, Mariam Martham defuncti Iuliani Xenij viduam, Dionyſium Dauum defuncti Craſſi nouiſſime famulum conquerentes cũ procuratore regio contra Bernardũ Thraſonem, Claudium Caligulã principis noſtri milites, nobilẽ Deſideriũ Anippum abſentes, & contumaces: Et ad dictorum cõquerentium poſtulationem, ac ſupplicationem nos trãſtulimus ad loca, & plateas: vbi proclamationes, & proſcriptiones in dicta præpoſitura fieri ſolent. Ita prima proclamatio mercurij prima die Decemb. ſecunda Mercurij 15. tertia Mercurij 29. & quarta ex abundanti 12. die Ianuarij anno domini 1540. Quibus locis, & diebus ſono tubæ, & voce publica denunciauimus, ac declarauimus dictos Bernardũ Thra-

[A] PRAECONEM.) Præco dicitur, qui apud acta, aut in ciuitate publice proclamat, vel pronunciat aliquid faciendũ: per quẽ plerũq; fit edictorũ narratio, id eſt, recitatio, & publica in ius vocatio, & citatio. Sed q̃ proponit edictũ tenetur ipſa ꝓpoſitione proſcribere: palã ſic accipimus claris literis, vt de plano ſcilicet à terra legi recte poſſit, non in loco remoto, ſed in euidenti, etiã literis Græcis, vel latinis poteſt fieri, ſecũdum loci conditionem, ne quis excuſari poſſet ignorantia literarũ. Certè ſi citatus dicat ignoraſſe ſe literas, vel nõ obſeruaſſe qd̃ propoſitum erat, cũ multi legerant, cũq; palã eſſet ꝓpoſitum, non audiet: ꝓſcriptum aũt perpetuo eſſe debet. Cæterũ per id tẽpus, quo propoſitũ nõ erat vel ſi fuit obſcurata præſcriptio citatus videtur excuſari, vel cũ proſcriptũ eſſet, aliq; ſuſtulit, aut vetuſtate, aut pluuia, vel quid ſimile contingit, ne proſcriptũ eſſet, vel non appareret, dicẽdũ eſt eñ, qui ꝓpoſuit, teneri, l. ſed & ſi pupillus, §. de quo palã, ff. de inſti. actio. vbi ergo ſolẽniter editur, aut publice promulgatur, non eſt neceſſarium ipſius noticiam ſingulorum auribus per ſpeciale mãdatum, vel literas inculcare, ſed id ſolum ſufficit, vt ad eius obſeruantiã teneatur, qui nouerit edictum ſolenniter, aut publice promulgatum, nec poteſt quis allegare excuſationem, q̃ edicta, ſiue decreta ad eius noticiam, nec per literas, nec per deputati ad hoc executoris mãdatum, vel literas peruenisſet, vt c. j. extra de poſtul. prælat. Contrarium autẽ videtur, & q̃ quilibet videt & præſumitur ignorans niſi ꝓbetur ſciens, vt ff. de ꝓb. l. verius. Ideo edictũ, ſiue decretũ non ligat ignorantes, vt l. fi. ff. de decret. ab ord. faciend. & lxxxij. diſt. c. propoſuiſti, circa fi. & arg. extra de conſti. c. cognoſcentes, imò non ſufficit denunciare procuratori, vt ff. de petit. hæred. l. Itẽ veniunt, §. petitam. Sed non eſt ita, quia cum publice edicta ſunt promulgata, illa ignorare non poſſumus, neq; debemus: ſed præſumimur ea ſcire, vt xij. q. ij. ca. qui & humanis, & ar. d. l. ſed & ſi pupillus, §. de quo palã: & art. extra de præſũpt. c. quanto. vbi enim allegatur ignorantia circa ea, quę plerique ſciunt, & quæ publice fiunt, non creditur ei, niſi hoc probetur, vt extra de electio. c. innotuit, ver. nec ꝓbare cogimus, & extra qui mat. accuſ. poſſ. c. cũ in tua, & ext. de ſentẽ. exc. c. ſi vero, & xxxiiij. q. ij. c. in lectũ. Sed vbi circa ignota allegatur ignorantia, nõ cogitur quis probare ignorantiam, vt ff. de adminiſt. tuto. l. hoc autem. Concluſiue ſufficit edicta ꝓponi in publico, & ſi ad citatum non perueniant, arg. extra de dolo & contumac. cap. cauſam quæ, & ar. ff. de damno infect. l. iiij. §. totiens, & C. de Anna. excep. l. vt perfectius, & C. de iudic. l. properandum, §. & ſi quidã. Nec obſtat. l. j. §. Itẽ cũ ex edicto, ff. quę ſentẽtiæ ſiue appellat. reſcind. vbi dicitur, cum ex edicto peremptorio, quod neque propoſitum eſt, neq; in noticiã peruenit abſentis condemnatio fit, nullius momenti eſſe ſententiam cõſtitutiones demonſtrant: quia ibi edictum non fuit ſolenniter propoſitum, vt debuit, vt glo. ibidem. Secus autem vbi fuit ſolenniter propoſitum, ſed non peruenit in noticiam, vt l. ab eo, C. quomodo & quãdo iu. d. & C. ſi mi. ab hæred. ſe abſt. aut. ſi omnes, & d. l. properandum, §. j. imò videt ſufficere, quòd per ſolam famam ad eius peruenerit noticiam, vt extra de ſenten. excо. c. cum deſideres, §. ſecũdæ quæſtioni, & ſi dubitaret, quia ſolum per famam intellexit, in dubio debet parere edictis, vt c. illud, extra de cleric. exco. miniſtran. illud igitur quod ponitur in loco publico, vel porta alicuius eccleſiæ dicitur publicum, adeo quòd nulli licet

ſonem, Claudium Caligulam, Deſiderium Anippum, cum omnibus ſuis bonis publicandos, [B] niſi intra hos quater quaternũ denos dies in iure ſe ſiſterint, & coram comparuerint. Quod verum eſſe teſtamur, & per nos ita actũ adhibitis Petro Fabro, & Ioanne Latomo regijs apparitoribus, aliiſque teſtibus. In cuius rei teſtimonium chirographis noſtris hanc renunciationẽ obſignauimus.

Intermiſſa cõtra dictos abſentes pſecutione, donec iudicio definitiuo terminetur, & omne litis inſtrumẽtũ apud acta proferatur: vt iudicetur diffinitiuè. Interĩ virtute primi reſcripti, & clauſula rogatoria ĩ eo adiecta, ſignato die 16. Octob. Bernardus Thraſo Rothomagi prehenſus eſt, & vinctus ab vno, aut pluribus iuridici, ſiue Bailliui illius ditionis lictoribus, & eius permiſſu ad iudicem delicti dimiſſus, atque in carcerem coniectus.

Eius facti acta ſcribuntur hoc contextu.

ſentium eſt, quia de formã dictorum ſtatutorum, & conſuetudinis Franciæ, & Italię contumax, ſiue exbannitus habetur pro confeſſo. nec poſtea auditur de crimine: imò quotiẽſcunque reperitur, non eſt opus alio nouo proceſſu, ſed paratur ſola executio: dummodo noteſcat iudici dictum cõtumacem eſſe illũ, de quo agebatur in proceſſu, ſecũdum Barthol. in l. diuus, verſic. & diuus, ff. de cuſto. reorum, & idem Bartho. in dicta l. j. ff. de requir. reis. Veruntamen priuſquam iudex procedat ad cõdemnationem abſentis, debet habere fidem de maleficio impoſito per examen teſtium, vt Bartho. in dicta l. inter, ff. de public. iudic. alleg. l. abſentem, ff. de pœnis. Iure autem communi non poteſt ferri ſententia in abſentem ſupra relegationem, ſed tantum poteſt irrogari pœna, ſcilicet pecuniaria, vel ea, quæ æſtimationem contingit: quando videlicet neq; denunciationibus, neque edictis præſidis obtemperauerit vſque ad relegationem incluſiue, quòd ſi quid grauius irrogandũ, puta in metallum, vel capitis pœnam, non poteſt abſenti pœna talis irrogari: quia vbi pœna extenditur ſupra relegationem, nulla pœna irrogatur abſenti. Cum ſanctius ſit impunitum relinqui facinus nocentis, q̃ innocentem damnare, vt l. abſentẽ, ff. de pœnis, iuncta glo. & l. abſentem, C. de accuſa. & l. j. §. j. ff. an per alium cauſæ appellat. Et hoc ſiue ſit lis conteſtata contra eum ante abſentiam, vt C. de requir. reis. l. j. ſiue non ſit conteſtata, vt dicta l. abſentem, ff. de pœnis. In pœnis citra relegationẽ imponendis. Non vtiq; pronũciatur ſecundũ præſentẽ contra abſentem, ſed interdum abſens ſi bonam cauſam habuerit, vincet, vt l. ad peremptorium, ff. de iudic. ſed non vincet abſens, quo ad condemnationem expenſarum aduerſus præſentem, vt ca. calumniam, extra de pœnis, & l. properandum, §. & ſi quidem, C. de iudic. vbi dicitur, quòd victus præſens ſumptus ſuos de condemnatione deducet, vt glo. in dicto cap. calumniam, præter autem expenſas victus præſens poterit de calumnia puniri, vt d. glo. & C. de calum. l. iij. & Inſtitut. de pœna temer. litigan. §. aduerſus.

[B] PVBLICANDOS.) Talis enim citatio perſonalis cõſtituit quos veros cõtumaces, vt c. venerabilib⁹, §. ſecus de ſentẽ. ex co. lib. vj. Et ideo qui apud fiſcũ cauſam defendere ſæpius conuenti neglexerint, rebus iudicatis ſubijciendi ſunt: quod ex eo apparet, ſi ſæpe conuenti præſentiam ſui facere noluerint, vt l. contumacia, §. contumax, & l. de vnoquoque, §. qui apud, ff. de re iudic. & poteſt in eos irrogari pœna pro qualitate delicti, ſcilicet pœna ſanguinis, de conſuetudine, & ſtatuto regni Francię & ciuitatum Italię, vt Bartho. in l. j. ff. de requir. reis, iure etiã codicis criminoſi, per edicta vocati abſentes poſſunt cõdemnari ad vltimum ſupplicium, tex. for. cum glo. in l. ſi apparitor, de coarta. lib. xij. C. & l. ne diu, C. de pœnis, ſed loquuntur in caſibus ſpecialibus, vt ibidem glo. etiam in c. qualiter & quando, le. ij. verſic. ad inquirendum, verbo, ſi vero infamatus, extra de accuſa. & extra vt lite non conteſta. c. quoniam, §. ſunt & alij. Ratio quare procedatur ad condemnationem ab-

Constat igitur, q vbi alicui obijcitur fuga pro crimine, probata fuga probatur crimẽ, vt l. desertores, ff. de re milita. & l. j. §. cum dominus, ff. ad syllania. & Bart. in l. lege, eodem. glo. tamen in l. in bonæ fidei contractib⁹ C. de iureiur. dicit q fuga in criminalibus facit semiplenam probationem tantum, vt l. admonendi, ff. eodem. Quero quid si accusator se absẽtauerit, quomodo ꝓcedet super crimine? Dic q possunt duo quæri. Primo quid fiet absente accusatore cõtra ipsũ accusatorẽ. Secũdo quid fiet absẽte accusatore de ipso ꝓcessu. Ad primũ dic, q si accusator absẽs est legitime citat⁹, poterit ꝓcedi cõtra eũ ad pœnã, de qua dicit tex. in l. qui crimen, C. q accus. nõ poss. vbi dicit tex. q accusator ex contumacia est extra ordinem puniend⁹, si tẽpore à iudice dato nõ venerit, & aduersario in legitimis expens. condẽnandus, & l. eũ quẽ, ff. de iudi. vbi dicit tex. eũ quẽ in iudiciũ temere aduersariũ suũ vocasse cõstiterit, viatica, litisq; sũptus aduersario suo reddere oportebit, & l. j. §. q excusatiõe, ff. de vacat. & excus. mune. & l. ij. de decurio. lib. x. C. & l. vna de sumptuũ recup. eodẽ lib. C. & l. oẽs q, in fi. C. de episco. & cleri. & l. seueriter, C. de excus. tuto. Poterit etiã iudex cognoscere de calũnia accusatoris, & de calũnia eũ cõdẽnare, si est pœna à relegatiõe ï: nec allegat ꝓ eo iusta allegatio. vt l. iter accusatorẽ, ff. de pub. iudi. & l. rescripto, §. si qs accusatorẽ nõ habet, ff. de mune. & ho. iũcta glo. ï verbo nõ debet, & l. iij. C. q accus. nõ poss. Sed si est pœna à relegatiõe supra, tũc fiet annotatio bonorum, scilicet ponantur ad manum regis, sicut dictum est ï reo supra. Si verò queris, quid fiet de processu? Dic q iudex potest præsentem absoluere ab instantia, vel potest prosequi processum, si vult absoluere, vel condemnare, & prout reũ reperiet culpabilẽ, vt l. pe. ff. de pub. iudic, & Bart. in l. accusatore, & l. inter, ff. eodẽ, & c. cria, extra de colluſ. deteg. Tñ de cõsuetudine manet semp accusator fiscus pro publico interesse, vt sæpe d. l. licitatio, §. qd illicite, ff. de pub. & vectig. Si aũt actor, siue accusator ab accusatiõe destiterit, & q cũ aduersario suo de cõpositione criminis, quod intẽdebat, fuerit locut⁹, & aĩo ab accusatiõe desistẽs. ſ. q animũ & affectũ accusãdi deposuit, ï senatusconsultũ turpillianũ incidit, vt l. ab accusatiõe, ff. ad senatusc̃. turpil. & l. j. cũ §. §. seq. eodẽ, & l. in executionib⁹, C. eodẽ. Et si publica sit accusatio ï quinq; libras auri punit, vt l. iij. §. fiñ. ff. eodẽ. Pro priuato aũt delicto nõ habet locum hoc senatusc. turpil. vñ si stellionatus qs obiecerit, vel expilatęhęre ditatis crimen, & destitit, pœnã senatusc. turpilliani nõ subibit, nec furti, vel iniuriarũ, sed officio iudicis culpa ei⁹ coercebit relegatione videlicet, vel simili, tex. for. in l. si qs repetere, §. fi. iũcta gl. ff. ad turp. & l. q iniuriarũ, ff. de iniur. Re⁹ vero q delatorẽ corruperit in oĩbus causis, præterq; in sãguine ex senatusconsulto ꝓ victo habebitur, vt l. fi. ff. de prœuari. nisi appareat ab innocẽte extortã pecuniã, vt glo. ibidem, & ff. ad leg. Iul. de adult. l. serui, cũ iurib. ibi alleg. per glo. Vbi etiã reus furti, vi bonorũ, raptorũ, ĩiuriarũ, de dolo malo suo noĩe dãnat⁹, pactúsve erit, simili mõ infamis sit. Q m intelligit cõsiteri crimen, q paciscit, vt l. athletas, §. fi. & l. seq. ff. de his qui not. infa.

Die 15. mens. Ianua. anno domini 1540.

Adductus est Bernardus Thraso legionarius cædis reus in carceres præsẽtis præposituræ ab vrbe Rothomago ꝑ Antonium Pantalabũ, & Laurentium Ebuliũ lictores[A] huius ditionis, remissus[B] à iuridico Rothomagensi, aut eius vicario, virtute rescripti, in quo illius prehendendi potestas facta erat, dati super certis commissi indicijs, & elogio contra eundẽ, & eius socios, & cõscios delicti facto ad libellum, & supplicationem Antoniæ Dianæ viduæ defuncti Ioannis Pluti tam suo nomine, quàm vt corporum, & bonorũ Petri, & Iacobi Plutorum eius, & defuncti liberorum annis minorum administratricis, Augustini Pluti dictorum defuncti, & viduę annis maioris filij, Benedicti Crassi, dum viueret, in supremo senatu aduocati fratris Marię Marthę viduę defuncti Iuliani Xenij, & Dionysij Daui dicti defuncti Crassi nuper famuli actorum, & conquerentium, & procuratoris fisci iuncti, & vt interrogetur, respõdeat criminationibus, petitionibus, supplicationibus talibus, quas contra eum dicti cõquerẽtes, & procurator regius proponere, & intendere voluerint, & iuri stet super dictis inquisitionibus apud acta prolatis.

Alij rei, præter Desideriũ Anippum, & Claudium Caligulã, absẽtes, vbi vbi

A LICTORES.) Cauere em̃ debẽt seruientes, & iudicum executores in exhibendo reos delatos illos cõtumelijs, aut vexationib⁹ vexare, & vllis eosdẽ exprobrare cõuicijs, aut corporalib⁹ ĩiurijs fatigare pœna talia moliẽtib⁹ postamis sionẽ cinguli, & patrimonij vltimę aĩaduersionis imminente, vt l. oẽs. §. præterea nullus. C. de episco. & cleric.

B REMISSVS.) Remissio in delictis debet fieri ex

vrbanitate,vt dicit glo.in l.ſi cui,§.fi. ff. de accuſa. de conſuetudine regni Francię fit remiſſio delinquentis rei ad iudicem ſuum ordinarium, & non ad iudicem delicti.Et hoc ſi domin⁹ iuſtitiarius,aut eius procurator petat remiſſionem fieri coram ſuo iudice, nec eſt opus, quòd reus confiteatur ſe eſſe ſubditum eius, qui petit remiſſionem fieri,& hanc conſuetudinē refert Cy. in auẽ. apud eloquentiſſimum, C. de fid. inſtru. Contrarium tamen eſt de iure. Nam ratione delicti quis ſortitur forũ, vt in auẽ.qua in prouincia, C. vbi de crimine agi oporteat.

AD PRISONERIOS.) Quæritur ſi rei appellent à decreto iudicis,ſiue à captione ſuæ perſonę,an debeat ſuperſedi?reſpõ.q̃ nõ, vt Bart.in l.ab executione, C.quorum appel.non recipiunt,& idem Bartho.in l. j.ff. de cuſto. reo., neque eñ ab executione, neq; ab executore eſt appellandũ, vt d.l.ab executione,&l.ab executore,ff.de appell.niſi executor excedat fines mãdati,vt d.l.ab excutore,iũcta glo. Et ita practicatur inſequendo ordinationem Caroli vij. *ſur le faict de la iuſtice.* art.xiij. & xiiij. fo. xx.Et hoc maxime,vbi eſt decretum iudicis ſuper informationib⁹ interpoſitũ. ratio enim eſt,quia in corrigendis exceſſib⁹,nõ admittitur appellatio,vt c.licet, extra de offic.ordinar.&c.ad noſtrã, extra de appell. Nam appellatio non eſt inuenta ad præſidium iniquitatis,vt c.cum ſpeciali,extra de appell. Quid autem ſi ſeruientes mandato prætoris aliquem iniuſte incarcerauerint,an teneantur actione iniuriarũ?Dic q̃ non:nã ſi quis quòd decreto prætoris non obtẽperauerit ductus ſit,non eſt in ea cauſa, vt agat iniuriarũ propter prętoris pręceptũ,vt l.iniuriarum,§.ſi quis,ff.de iniur. præſumitur enim iuſta ſentẽtia,ſicut aliàs ius æquum, vt glo.dicto §.ſi quis,&l.pe.ff.de iuſti.& iur.verum ſi talis citatio realis facta ſit ad inſtantiam accuſatoris, & ſit iniuſta,tunc accuſator tenẽt actione iniuriarũ,vt d.l.ĩiuriarũ,§.fi.ff.de iniur.an aũt iudex faciat litẽ ſuã ſupra dixi ſup decreto ĩformationũ, verbo capientur.


AD ADDVCTI in carcerẽ.) Reis exhibitis non ferreas manicas inhærentes oſſib⁹ mitti oportet,ſed prolixiores cathenas,ſi criminis qualitas etiam cathenarum acerbitatem poſtulauerit:vt & cruciatio deſit, & permaneant ſub fida cuſtodia. Nec verò ſedis intimæ tenebras pati debebunt incluſi, ſed vſurpata luce vegetari,id eſt,ſubleuari: & vbi nox geminauerit cuſtodiam,in veſtibulis carcerũ, & in ſalubribus locis recipiantur,ac reuertente iterum die ad primum ſolis ortũ illico ad publicũ lumen reducantur: ne pœnis carcerum perimantur, quod innocentibus ſatis miſerũ, noxijs non ſatis ſeuerũ eſſe dignoſcitur,vt l.j.C. de cuſto. reo. Sed cuſtos carcerum, ſiue commentariẽſis debet cauere,ne fracto carcere rei aufugiãt per negligẽtiam ſui coadiutoris: qa eadẽ pœna cõſumi debet, qua obnoxij docebũt fuiſſe q̃ aufugerĩt.Similiter coadiutor eadẽ ſeueritate conſtringetur, l. ad cõmentariẽſem,C.de cuſto.reo. Et maxime ſi nimia negligentia fuit in eo,qui tironi commiſit cuſtodiam,vt ff. de cuſto.& exhib.reo.l. fi. aliàs pro modo culpæ ĩ eũ ſtatuetur,vt l.milites,ff.eodem.Incarcerati verò, qui in carcere conſpirauerint, vt ruptis vinculis, & effracto carcere euadant, arctius cuſtodiri debent: & q̃uis innocentes ex eo crimine inueniant, ꝓpter qd̃ impacti ſunt in carcerẽ, tñ puniendi ſunt.Ij verò, qui cõſpirationẽ eorũ dixerĩt, releuant,l.ĩ eos, ff. de cuſt. reo. Qui euaſerint autem capite puniẽdi ſunt,& in eos variè aĩaduertit. Nã atrociores ſunt nocturni effractores,& ideo fuſtib⁹ cęſi in metallũ dãnari ſolẽt.Diurni verò effractores poſt fuſtiũ caſtigationẽ in op⁹ ꝓpetuũ,vel tpariũ dãdi ſũt, vt l.j.& ij.ff.de effra.Et puniunt etiã illa pœna,in qua punirent ſi vere maleficiũ illud cõmiſiſſẽt, ꝓpter qd̃ in carcerẽ ſunt miſſi,vt Bart.ĩ d.l.in eos,ff.de cuſto.& exhib.reo.Nã aufugiẽs de carcere habet ꝓ cõfeſſo,ſi ſpeciali inq̃ſitiõe erat ĩ carcere.Sec⁹ aũt ſi ꝓ generali,imò ſi ꝓ ſpeciali eſt, req̃rit ad hoc q̃ habeat ꝓ cõfeſſo, q̃ aufugerit cũ cõſpiratiõe,vt d.l.ĩ eos. Si verò ſine cõſpiratiõe,tũc nõ habet ꝓ cõfeſſo, ſed punit ꝓ motu iudicis,vt not.Guill. de Cug.ĩ l.ſuccurrit,ff. ex quib.cauſ. maio.& ibi Bal.& in l.admonẽdi,ĩ ix.col.ff. de iureiu. Exiẽs aũt carcerẽ inueniẽs hoſtia apta nõ tenẽt pœna carceris effracti ſecũdũ Angel.ĩ l.verũ.la.ij.ff.de furt. & ĩ l.j.ff.de effra.Quid aũt ſi exiẽs carcerẽ cito reuertat,an dicat aufugere?Dic q̃ nõ ſecũdũ Bal.in l.j.in vj. col.C.de ſeruis fugit.Cano.in c.à nobis,ext.de apoſt.

ſunt inuenti, prehenduntur à viatore, cui commiſſum fuerat reſcriptum, his verbis,denuncio reos eſſe vos,ac pœnę ſeruos,ſiue priſonerios [A] vos conſtituo nomine domini noſtri regis, & præpoſiti Pariſienſis ad ſupplicationem Antoniæ Dianæ, & aliorum cõquerentiũ, ac procuratoris regij edicto cõtra vos decreto, mihíq; commiſſo. Surgite eamus hinc,dies,quo in carcerem traducuntur,actis ita inſcribitur:

Die 16,Ianuarij 1540.

Nobilis Girardus Milo,Hẽric⁹ nebulo,Iacchus Ebrio Milonis famulĩ, Egidius Gnato, Ferdinãd⁹ paraſit⁹ famuli nobilis Deſiderij Anippi,Andreas Irus adducti in carcerẽ [A] ꝓ Michaelẽ Gigãtẽ,& Matthęũ Charõta,& alios huiuſce præpoſituræ viatores vi reſcripti cõpellãtis hodie 16.Ianuarij 1540.vt ſup criminib⁹,& elogijs cõtra dictos accuſatos,& vinctos inſtãtibus,ac ſupplicãtibus Antonia Diana, reliquíſq; con-

FIGVRA PRAEHENSIONIS REORVM.



querentibus ſupra nominatis, atque ꝓcuratore regio ſubſcribẽte, cõceptis, interrogẽtur, ac per ſe reſpõdeant propoſitis criminibus, & petitiõibus, quas contra eos dicti conquerẽtes, & procurator regius intẽdere voluerint, ſupérq; elogijs apud acta prolatis iuri ſtent.

Accuſati in carcere ſic ſeparatim, & alternatim à iudice ſup querela, & indicijs hac forma interrogantur.[B]

Formula reorum interrogãdorũ.[A]

Die xvij. Ianuarij, anno Domini M.v^{c}.xl.


Nos Ioannes Solon legum magiſterij inſignitus in ſuprema curia aduocatus, præpoſiti Pariſini vicarius, in conclaue conſilij noſtri, vbi cuſtodiæ ſolent audiri, eductum è carcere Iacchum Ebrionem nobilis Girardi Milonis famulum Burgundum genere, Hedui ortum, annos natum tredecim[B]

B ☞ INTERROGANTVR.) Iudices oblatos ſibi reos in ipſo perpetrato homicidio ſtupro, vel raptu, latrocinio, vel congreſſu violentiæ deprehenſos, & actis publicis ſibi traditos expreſſo crimine cum his, à quibus fuerint accuſati mox ſub idonea perſecutione ad iudicium dirigãt, l. defenſores, la.iij.C. de defenſo.ciuit. aſſintq; diſciplinę, & quotidianis actibus prę ſint, nec ſinant crimia impunita coaleſcere, remoueant patrocinia, quæ fauorem reis, & auxilium ſceleroſis impartiendo maturari ſcelera faciũt, l. per omnes, C. eodem, & l. accuſatore, §. ad crimen, ff. de public. iudic. Plebem, inq;, vel decuriones ab omni improborũ inſolentia, & temeritate tueantur: vt id tãtum quod eſſe dicuntur eſſe non deſinant, l. defenſores, C. eodẽ, & Eſa. xxij. c Talem enim ſe iudex omnibus prębere debet & publice & priuatim, vt terribilis quidem ſit delinquentibus, & indeuotis circa fiſcalia: mãſuetiſſimus autem & mitis omnibus placidis, & deuotis: & paternam eis exhibens prouidentiam, vt in auteñ. de mandat. princ. §. præcipue vero, & §. feſtinabis, col. iij Nec tamẽ permittitur cui libet maiori, aut minori militari iudici, aut latronum inſecutores, aut violẽtiarum inhibitores, aut tribunos pro talibus cauſis in prouincijs ordinare, aut qui debeant aliquos examinare: vt nõ per tales occaſiones ampliores violentię inferantur prouincialibus. Si quis autem iudicum hoc non cuſtodierit, cognoſcat non ſolũ ſibi commiſſo ſingulo ſpoliandum, ſed decem libras auri pœnam exoluere: eo ꝙ præſumpſerit talem cauſam aſſumere, poſt tormenta, & confiſcationẽ ſubſtãtiæ in exilium redigẽdum, vt aut. de colla. §. iubemus, col. ix. affert illud nouũ ſtatutum regium art. cxliiij.

A ☞ INTERROGANDORVM.) Quàm primum rei exhibiti ſunt, in quacunq; cauſa ſiue accuſator exiſtat, ſiue eum publicæ ſollicitudinis cura produxerit, ſtatim debet quæſtio fieri, vt noxius puniatur, & innocens abſoluatur, vt l.j.C. de cuſto.reo. aut vt cõuictos velox pœna ſubducat, aut liberãdos cuſtodia diuturna nõ maceret, l.fi.C.eodẽ. ad hoc ordinatio noua D. Nři regis. F. articulo c. xlvj. Iudex autem cuſtodias ſiue cuſtoditas perſonas auditurus tam clariſſimos viros, q̃ patronos cauſarũ, ſi omnes in ciuitate, vel prouincia, quã regit, agũt adhibere debet, vt l. cuſtodias, ff. de publ. iudic. Et etiam diebus feriatis cuſtodias audiri poſſe reſcriptum eſt, vt innoxios iudex dimittat, & nocentes, qui duriore animaduerſione indigent, differat, vt d.l. cuſtodias. In hoc enim facillime ſummi numinis ſperatur venia, per quod multorũ ſalus, & incolumitas procuratur, vt l. pe. C. de ferijs. & ſ. dixi, §. Ioannes in quarto not. Et rei à iudice interrogandi apud acta audiri debent: qui cum de admiſſo conſtiterit, debent pœnã carceris ſuſtinere: atq; poſtmodum educti apud acta iterũ audiri, ita enim quaſi ſub publico teſtimonio cõ memoratio admiſſi criminis fiet, vt iudicibus immodice ſæuientibus freni temperies adhibita videatur l. ſi quis in ea, C. de cuſto. reo. affert cõſtitutio regia nouiſſima art. cxlvj. *Serõt incontinant leſdictz delinquans tant ceulx qui ſerõt enfermez, que les adiornez a comparoir en perſonne biẽ & diligemment interroguez, & leurs interrogatoires reiterez, & repetez ſelon la forme de droit, & noz anciennes ordonnances & ſelon la qualite des perſonnes, & des matieres pour trouuer la uerite deſdictz crimes, & ex cez par la bouche de la'ccuſé, ſi faire ſe peult.* Iudicẽ etenim in cognoſcendo, neq; excãdeſcere aduerſus eos, quos malos putat: neq; precibus calamitoſorum illachrymari oportet. Id certe non eſt cõſtantis, & recti iudicis, cuius animi motũ vult⁹ detegit, & ſummatim ita ius reddere debet, vt auctoritatem dignitatis ſuo ingenio augeat, l. obſeruandũ, ff. de offic. præſid. & l. quiſquis, C. de poſtul. Poteſt etiam iudex non ſolũ pro tribunali, ſed etiam de plano audire, atq; dãnare reos, l. vnius, §. cogniturum, ff. de quæſtio.

B ☞ ANNOS natũ tredecim.) Cum vnius facinoris plurimi ſunt rei ita audiẽdi ſunt, vt ab eo primum incipiatur, qui timidior eſt vel teneræ ętatis videtur, vt in l. vnius, ff. de quæſtio. deinde à ſuſpectiſſimo & à quo facilime verum ſciri iudex crediderit. Et ſic per omnia interrogationũ & quęſtionũ veſtigia iudex decurrere debet, vt l. ſuper ſtatu, C. de quæſtio. & hic patet in tex. Quęſtionem autem ſic accipimus, non tormenta tantum, ſed inquiſitionem omnem, & defenſionem mortis, vt l.j. §. quæſtionẽ, ff. ad ſenatuſc. ſyllania. Et cum interrogat iudex, non debet ſpecialiter reos interrogare an Lucius Titi⁹ vel talis homicidiũ fecerit: ſed generaliter quis id fecerit: alterũ enim ma-

FIGVRA INTERROGATIONIS.



gis ſuggerẽtis q̃ requirentis videtur,vt l.j.§.qui quæſtionem, ff. de quæſtio. q̃ ſi interrogatus amplius dixerit,q̃ interrogatus fuerit,rei erit iudicium, non interrogantis culpa,vt d.l.j.§.diuus Adrianus,ff. de quęſtio.Et debet graffarius,ſiue tabellio ſub iudice interrogante ſcribere quẽlibet geſtum, & motũ corporis rei,vt ſi fleat reus, ſcribat flendo dixit &c. vt c. quoniã cõtra falſum, extra de proba. quia in excutienda veritate plurimũ ſubtilis diligẽtia iudicis affert. Nã ex voce,& ſermone, & ex eo,qua quis conſtãtia, qua trepidatione quid dicat, vel cuius ęſtimationis quiſq̃ in ſua ciuitate eſt,quędã ad illuminãdã veritatẽ in lucẽ emergũt,vt l. de minore,§.plurimũ,ff. de quęſtio. Itẽ ſi reus cõfiteatur crimen iudicialiter, nõ ſolũ ponitur in carcere, ſed etiam ponitur in vinculis, aut cathenis,vel cippis, vt l. ſi confeſſus, ff. de cuſto. reo.& maxime vbi ex crimine ſequi poſſet condẽnatio ſupra relegationem, tunc hanc carceris pœnã ante ſupplicium ſuſtinere debet,vt l.diuus,la.j.ff. de cuſto.reo.& Bal. in rub.ff. C.de in ius vocand. Si vero non ita graue ſit ſcelus, in quo veniat tantũ imponenda pœna à relegatione citra, tunc poteſt poni in carcere, nõ q̃ vinculetur, vel q̃ reſtringatur arctius,vt Bart.in l.j. ff. eodem,& arg.d.l.diuus.Sed nũquid reus confeſſus de maleficio ſemel in iudicio teneatur iterũ, & ſit neceſſe, cõfiteri delictũ,ad hoc vt cõdẽnetur,glo.In l.j.ff. de cuſto. reo.dicit q̃ ſic,vt l.ſi quis in ea,iuncta glo.C.eodẽ.Sed Azo in ſumma C.de cõfeſſ.dicit, Aut quis confitetur ſpõte crimẽ,& ſufficit vna cõfeſſio,vt l.qui ſentẽtiam, C.de pœnis. Aut cõfitetur metu tormẽtorũ,& requiritur q̃ perſeueret in cõfeſſione,poſt diẽ & noctem,vt l.ſi cõfeſſus,ff.de cuſto.reo.& l.j.§.quæſtio,& §.ſi quis vltro,ff.eodẽ,& Cy.in d. l.ſi quis in ea. Et ita obſeruat cõſuetudo ſecũdũ Bart. in d.l.j.ff.de cuſto.reo. Et ita practicari vidi, per conſtitutionẽ regis Ludouici xij. art. cxiij.& iuxta areſtum datũ vj.Auguſti,anno Domini Milleſimo quingẽteſimo xxxv.aduerſus Marcellum Marine carnificem Pariſienſem.

vti aſſerebat,[C] ex elogio ſceleris indice interrogauimus, qui pro conſuetudine ſacramento [D] adactus de dicenda, & cõfitenda veritate,ac interrogatus quo faciẽte, & criminante detruſus ſit in carcerem.

Dixit, Antonia Diana,alijſque ſibi ignotis heri in vincula coniectum cũ nonnullis alijs vnà prehenſis.

Si illos,vel quem ex illis,à quo tempore,& quomodo noſcat, [E] quo itẽ nomine nuncupantur,aut vbi diuertunt?

Dixit quum ex facie,tum conſuetudine illos probè cognoſcere, quorum vnus Henricus Nebulo Milonis famulus,alter Egidius Gnato, alius Iacchus Ebrio nobilis Deſiderij Anippi famuli nominantur: ſibíq; cum illis magnam quandã biennio neceſſitudinem interceſſiſſe.

A quo tempore famuletur dicto Miloni magiſtro?

C ❧ VTI ASSEREBAT.) Interrogatus de ætate reſpondere debet,vt l. de ætate,ff.de interrog. act. q̃ ſi minor ſe maiorem dixerit,ſibi præiudicat, niſi reſtituatur,quod poteſt,vt glo.in d.l.de ætate,in verbo,reſpõdere,& l.certũ,§.pe.ff.de cõfeſſ.niſi doloſe fecerit, tũc nõ reſtituitur,vt ff. de minor.l.ſi ex cauſa,§. nunc videndũ.Ex aſpectu itaq; iudẽtis ætas probatur,l. minor vigĩti quĩq; ãnis, ibi adito præſide ex aſpectu corporis, ff. de minor. & ſic eſt arg.q̃ iudex iudicat ſecundũ cõſciẽtiã,vt ff.de fe rijs,l.eadẽ,in fi.Secus autẽ ſi vt priuatus, vt ff.de offic.præſid.l.illicitas,§.veritas.alius ergo aſpectus, q̃ iudicis reprobatur, vt gl. in d.l.minor,in verbo,perfectã:nã de ętate eius,qui ſe maiorẽ viginti quinq; annis dicit cauſa cognita probãdũ eſt,vt l.de ætate, ff.de minoribus.

D ❧ SACRAMENTO.) Iuramẽtũ licitũ eſt pro veritate inquirenda, ſiue in teſtibus,ſiue in alijs,vt c.q̃ q̃,xiiij.q.ij. quia iuramẽto debet adeſſe iudicium, vt iij.q.iij.c.j. & fidelius durãt,quæ vincula ſacramenti ligant,vt c. omne,xxij.q.j. Iuramenti autẽ cauſa eſt quia omnis qui iurat, ad hoc iurat, vt quod verum eſt,loquatur. Et ideo dominus inter iuramẽtũ, & loquelam noſtram nullam vult eſſe diſtantiam, quia ſicut in iuramẽto nullã conuenit eſſe perfidiã, ita quoq; in verbis noſtris nullũ debet eſſe mẽdaciũ: quia vtrũq; & periurium, & mẽdacium diuini iudicis pœna dãnatur,dicẽte ſcriptura:Os quod mẽtitur occidit animã. Hæc in c.iuramẽti,xxij.q.v.Quãtum tamen ad hoc,quod dicitur, q̃ ita mortaliter peccat,qui ſimpliciter dicit falſum,ſicut qui ſub iuramẽto dicit falſum. Magis tamẽ peccat deierãdo,q̃ mentiẽdo:quia ſolidius ſubſiſtit,vbi iuramẽtum ĩterponitur, vt xxij.q.j.c.j. Et plus operatur ſacramentũ,q̃ ſimplex promiſſio,vt extra de iureiur.c. debitores.Et vbi deficit teſtis, innocẽtis fidẽ ſola iuriſiurãdi taxatio manifeſtat,vt xxij.q.j.c.j. Quæro an reus peierãdo peccet mortaliter?dic q̃ ſic,vt ſupra,ſed à iuramẽto extorto metu vitæ,& rerum ſolet eccleſia abſoluere,vt c.verum,extra de iureiur. Ratio,quia licitũ eſt quocunq; modo ſanguinẽ proprium redimere, vt ff.de bonis eorum,qui mort.ſibi conſc.l.j.

E ❧ NOSCAT) Horũ enim,qui ſunt conſcij,vel participes criminum ſolet quæſtio haberi l. fallaciter, §. q̃ ſi ingenuorum,C.de abolit.iũcta glo.in verbo, vexata. Similiter de ſeruis cuſtodibus quæſtio habetur,

vt l. nã ſalutẽ reipub. §. effracturę, ff. de offic. præfect. vigil. Ita q̃ quando committũtur maleficia occulta officiales cõſueuerunt capere vicinos, à quibus veriſimiliter poteſt declarari veritas ſecundum Barth. in l. dominus horreorũ, ff. locati. ratione enim conuerſationis cũ his, qui maleficiũ cõmiſerunt, quis poteſt ſuſpicari de maleficio, vt d.l. dominus horreorum, ibi, ſerui tamẽ eius, cũ quo cõtractum eſt, propter ędificiorum notitiam in quæſtionẽ peti poſſunt, & art. l. ſi ita, §. mulier, ibi, illic ne quid vicini, aut agri, aut fructuum occupẽt: hic ne quid cæterarũ rerum, quæ in villa continentur, & ibi Barth. ff. de fund. inſtru. & inſtru. leg. & l. j. C. de locato. Sed quæro hic reus cõfitetur correorum habere notitiam, tam viſu, q̃ frequentatione, ideo vt ſupra dictũ eſt, poteſt ſuſpicari de maleficio, an ideo ſic interrogatus poſſit reuocare confeſſionem? Dic q̃ cõfeſſio facta in iudicio poteſt reuocari incontinenti, abſq; probatione erroris, priuſq̃ ſit redacta in ſcripturam per notarium, aut graffarium, vt eſt glo. nota. xxxij. q. j. c. apud miſericordem: dũmodo illa reuocatio nõ fiat calũnioſè, prout dicit glo. ibidem, & c. cũ in poſitionibus, de iureiur. lib. vj. & Abb. in cap. pręter, extra de teſtib. co. Sed ſi cõfeſſio ſit acceptata per partem nõ poterit amplius reuocari abſq; probatione erroris, ſecũdum Bal. in l. Gallus, §. quidem rectè, in ij. col. ff. de liber. & poſthu. ar. l. ſicut, C. de actio. & oblig. & glo. in l. actorum, ff. de re iudic.

¶ Sed videtur q̃ ante litẽ cõteſtatam poſſit indiſtincte error reuocari, vt l. electio, §. fiñ. ff. de noxal. act. ibi, & ideo ſi negaueris ſeruum in tua poteſtate eſſe, poſtea fateri poteris: niſi iam lis aduerſus te conteſtata eſt. nã tũc audiri non debebis: ex cauſa tamen etiã lite conteſtata tibi ſuccurrendũ: vtiq; ſi ętas tua ea ſit vt ignoſci tibi debeat, & glo. in d. c. olim, extra de cẽſ. Contrarium autem videtur, q̃ quis non poſſit reuocare ſuam cõfeſſionem, neq; pœnitere etiam ante litem conteſtatam: quando videlicet à certa perſona propoſuerat pœnitere, vt glo. in d. l. de ætate, §. fi. ff. de interrog. actio. & l. ſinautem, ff. de rei vendic. vel quãdo alius compleuit vſucapionem, vt ff. de dolo, l. pe. Dic q̃ licet ſit actoris captio. j. damnum, quis poteſt reuocare ſuam cõfeſſionem quandocũq; ante litem cõteſtatam indiſtincte, d. l. de ætate, §. fiñ. & ff. de rei vendic. l. Is qui, & l. nã ſi, & d. l. ſinautẽ, & ff. de noxa. acti. l. electio, §. neque. Quando autẽ eſt captio actoris poſt litem conteſtatam, nõ poteſt quis pœnitere, neq; reuocare ſuam confeſſionem, vt iur. ſ. al. leg. Si autem nõ ſit captio actoris, poteſt pœnitere, etiam poſt litem conteſtatam, vt glo. in d. l. de ætate, §. fiñ. vel etiam ſi iuſtus interuenerit error, d. l. de ætate, §. q̃ iuſto errore, vel niſi interueniat actoris ſcientia, vt ff. de actio. empt. l. j. in fi. & ff. de peti. hære. l. qui ſe liti. Sed qui vult pœnitere poſt litem cõteſtatam, debet probare ſe erraſſe. & ita eſſe probat per inſtrumẽta, vel per teſtes: quia res aliter ſe habet, d. l. de ætate, §. fi. iuncta glo. Sed nónne ſemp ignoraſſe, vel erraſſe præſumitur? vt C. qui milit. nõ poſſ. l. ſup ſeruis, in princ. Reſpõ. q̃ non: quãdo propria eſt confeſſio, & ſic ſuum factum contra eum facit, & contra eum præſumitur, vt ff. de interrog. actio. l. j. §. j. in l. ſup ſeruis, poterat dominus factum ſerui ignoraſſe, qui militiam acquirebat. Et quia quis de facto ſuo certus eſſe debet, non videtur poſſe errare in eo, vt glo. in cap. vt noſtrũ. verſic. ſed gratia, extra, vt eccle. benefic. & extra de reſcript. c. ab excommunicato: idcirco ex varietate reſpõſi præſumitur contra aliquem, cap. ſi teſtes, §. Item qui falſo. iiij. q. ij. & iij. & cap. literas, extra de præſumpt. Ibi, nos vero prædictum, Gu. ſuſpectum vehementer de hæreſi habuimus, tum quia quod ante dixerat, poſtea ſe dixiſſe negauit, & ex-

Dixit à duobus annis eius in familia vixiſſe.

Si ſciat Miloni magiſtro litẽ in ſenatu Pariſienſi eſſe? cum quibus, & ratione cuius?

Dixit illum cum quibuſdam, ſed maxime cũ Ioãne Pluto, & Iuliano Xenio ciuibus Lutetianis, ſicuti acceperit, litem eſſe, & ex auditu ſe ſcire tantum, præterea nihil.

Vbínã quotidie prandeat, cœnet, mã ducet, deniq; & paſcat dictus Milo, & cum quibus?

Dixit nũc hic, nunc illic cũ pluribus nobilib9 ſodalib9 epulari, ac cõpotare: quod percẽſere vtiq; difficillimũ foret.

Quot dies ſunt, à quibus prandit Milo in diuerſorio, cuius in tabula penſili pictus eſt paruus ceruus apud Pariſios: & qui cum eo erant, qui famuli miniſtrarent?

Dixit magiſtrum ſuum Milonẽ menſe Octobri nouiſſime præterito prandiſſe in dicto diuerſorio parui cerui Pariſijs cũ nobili Deſiderio Anippo eius ſodali, & alijs nobilibus ſibi interrogato ignotis, Egidio Gnatone, Ferdinando paraſito dicti Anippi ſeruis, Henrico Nebulone, & ſe, qui loquitur, dicti Milonis famulis, magiſtris obſequentibus, & miniſtrantibus.

tra de pe.c.ſuper his,& l.quæſtionis,§.tormenta,& l. ex libero.ff.de quæſt.ſed in his,in quib⁹quis quæſtione vrgeri non debet quia res non patitur,primæ confeſſioni ſtandum eſt,vt c.per tuas,extra de probat.Ibi minus dignũ eſt,vt quod ſua quiſq; voce dilucide proteſtatus eſt: id in eundem caſum proprio valeat teſtimonio infirmare,& l.generaliter,§.fi.C.de non numerat.pecu. Niſi pœnitẽs probaret ſe erraſſe in prima cõfeſſione, vt c.olim, extra de cenſib.& C.de error.aduoc.l.vlti.& c.cum cauſam, extra de appell. Sed adhuc hoc probato, ſi actor replicet,tu ſciebas aliter,quàm reſpõderis:& ideo iuuari non debes.Reſpon. hoc poteſt probare ipſe actor, cum pœnitens probauit ſe erraſſe,vt glo. in d.l.de ætate,§.fi.vbi autem nulla eſt captio actoris, exemplum eſt videlicet, ſi à poſſeſſore nondũ ſit vſucapio impleta,vt ff. de dolo l.pe.Item ſi prius dixit ſe hæredem nõ eſſe, nunc autẽ dicit ſe hæredẽ eſſe, tunc non eſt captio actoris ſcilicet damnum: ſic pœnitere poteſt,vt glo. in d.l.de ætate,§.finã.

Confeſſio igitur errore facti facta poteſt reuocari quandocũq; ante ſententiam.Nam error facti nemini nocet, nondum finito negocio:cauſa vero deciſa velamento tali non inſtauratur,l.error,C.de iuris,& facti igno.&.l.cum putarem te cohæredem, ff. familiæ herciſ. vbi exceptio tibi non competit ius agendi,nõ poteſt opponi poſt ſententiam,nec reddit iudicium retro nullum, & ſolutum auctoritate ſententiæ non repetitur,vt indebitum,& ff.de confeſſ.l.cum fideicommiſſum. error autem probari debet ab illo, qui dicit ſe erraſſe,ad hoc,vt ſit reuocationi,ſiue pœnitentiæ locus: vt ſi quis hominem viuum confitetur occidiſſe,& poſtea paratus ſit oſtendere hominem viuum eſſe:Iulianus ſcribit ceſſare Aquiliam,quãuis cõfeſſus ſit occidiſſe. Hoc enim ſolum remittere actori cõfeſſoriam actionem, neceſſe tamen habeat docere eum occidiſſe.Cæterum occiſum eſſe hominẽ à quocunq; oportet,vt l.inde Neratius,§.fi.ff. ad leg. aquil. vbi glo.in verbo,confeſſoriam,dicit q̃ confeſſio ipſa remittit actori hoc ius, vt non cogatur probare eum conuentum occidiſſe,cogitur tamen probare eum occiſum eſſe à quocũq; ſit occiſus:reus vero p̃bare viuũ: aliàs ſatis erit ſi reus confitetur occiſũ,& à ſe, licet nõ occiderit.vt ſi is, cũ quo lege aquilia agitur confeſſus eſt ſeruum occidiſſe,licet non occiderit:ſi tamẽ occiſ⁹ ſit homo, ex cõfeſſione ſua tenetur lege aquilia,vt l.ſi is,ff.ad leg.aquil.

Et quia ſupra dictũ eſt, q̃ error facti poteſt probari vſq; ad ſententiam d. l.error, dic etiam q̃ error probabilis in quẽ quis deducitur, poteſt corrigi poſt ſententiam diffinitiuam, vt l.ij.ff. quando de pecul.act.annal.eſt.nec fatet qui errat, niſi ius ignorauerit,l.non fatetur,ff.de cõfeſſ. Ita q̃ damnatus ex confeſſione errore facta, probato errore tutus eſt ipſo iure, ſaltem ſibi reſtitutio datur per iudicẽ, vt l. cum fideicõmiſſum, iuncta glo. in verbo, Remittere,ff.de cõfeſſ. & ff. de iudic.l.ſi prætor, §.j. & ff.ex quib.cauſ. maior.l.j. in fi.ibi ſi qua alia iuſta mihi cauſa eſſe videbitur in integrum reſtituam,quod eis per leges,plebiſcita,ſenatuſconſulta, edicta, decreta principum licebit. hodie de conſuetudine regni Franciæ nõ fit talis reſtitutio per iudicem, ſed demum per appellationẽ aut principis reſcriptum.

Si autem erratur in facto alieno,planum eſt, q̃ probabiliter erratur. vt l. ſi.ff.pro ſuo.ibi quia in alieni facti ignorantia tolerabilis error eſt,& probabilis error poſſidentis vſucapioni non obſtat.Si quis vero erret in ſuo facto, idem dicitur cum de damno cerꝛtet,vt art.ff.de cõdit.indeb.l.ſed & ſi me,& hoc poſt litem conteſtatam.Si ante litem conteſtatam erret,& ſcit falſum,& tunc dicendum,quod dicitur, l.ſinautẽ, & l.Is qui,ff.de rei vendic.vbi dicitur, is qui ſe obtulit rei deſẽſioni,ſine cauſa,cur nõ poſſideret,nec dolo feciſſet,quomin⁹poſſideret,ſi actor ignoret,nõ eſt abſoluendus reus,ſed dãnãdus.Cæterũ ante iudiciũ acceptũ non decepit actorem, qui ſe negat poſſidere,cum vere nõ poſſideret:nec videtur ſe liti obtuliſſe,q̃ diſceſſit ante litemcõteſtatam.Nam ſi actor ſcit,tunc is nõ ab alio,ſed à ſe decipitur,& ideo reus abſoluitur,& l. pe. ff.de dolo.Si vero errans ignoret falſum, diſtinguendum eſt, an iuſte,an iniuſte.Si iuſte,ei ſuccurretur, ſi probetur contrarium.Si iniuſte erret,non ei ſuccurre-

Quæ verba dicti Milo, & Anippus habuerunt illic inter epulas?

Dixit plura, ſed horum non meminiſſe impręſentiarum.

Si inter alia audiuit dictum Milonẽ ſe in ſuprema curia à dictis Craſſo, & Xenio aſtu,& verſutia magiſtri Chryſoſtomi Craſſi in dicta curia patroni victum narrantem?

Dixit ſe audiſſe.

Si dictus Milo blaſphemijs obteſtatus eſt ſe vindictam ſumpturum de dictis Pluto,Xenio,Craſſo ante ſubſequẽtis hebdomadæ lapſum?

Dixit eorum audiſſe nihil.

Si ſciat decima die Octob. nouiſſime præteriti hora nona veſpertina nominatos ſupra magiſtrum Craſſum,Xenium,& Plutum trucidatos fuiſſe in vico ſancti Honorati Pariſijs iuxta crucem Tiroueri, & per quos?

Dixit audiſſe prædictos defunctos occiſos eſſe dictis die, & hora:verum à quibus,& per quos pœnitus ignorare.

tur,vt d.l.de ætate,§.qui iuſto errore,ff.de interrog. actio.& idē glo.in d.l.non fatetur,ff.de confeſſ.

Eſt inſuper aduertendum, q confeſſio aduocati, ſicut propria confeſſio præiudicat, niſi fuerit reuocata, vt c.olim,extra de cenſib.ibi,& confeſſione aduocati alterius partis non reuocata poſtmodum appareat euidenter &c. & extra de appell.c.cum cauſam. Sed ſi confeſſio aduocati fuerit reuocata incontinenti, ſiue eadem die: quia tunc non videor eam ratam habere,ex quo eadem die reuoco , ſufficit reuocatio ſimplex,art.d.c. cum cauſam,extra de appel. vel etiam poſt triduum, etiam non oſtenſo errore, vt l. vlt.C.de erro.aduoc.

Sed quæ dicant incōtinēti fieri probant, ff. de verbo.oblig. l.cōtinuus actus vbi dicitur, q inter interrogantem, & reſpondentem non debet interuenire actꝰ omnimodo extraneus, vt ſi poſt interrogationem aliud agere cœperit, q̄uis eadem die ſpopōderit nihil proderit, & c. præterea, extra de teſtib. cogend. & l. quod ait lex, §. vlti.in fi.ff.ad leg. Iul.de adult. & extra de elect.c. quia propter.

FVERINT INSVLTAVERVNT.) Iudex ī crimini bus debet reos argumētis conuincere, voce etiā propria ſcelus viciúmq confiteri facere, aut teſtibus ſuperare,vt l.qui obſeruare, C. quorum appel.non recipi.& l.qui ſentētiam, C. de pœnis . Quòd ſi metu probationum reus profitetur crimē, habetur pro cōuicto,vt d.c.ſi quis pſbyter, in glo.in verb. confeſſi,xxiiij. diſtinct.l. proinde,la.ij.§.fi.ff.ad le. aquil. vel ſi cōfitetur crimen ſpōte nulla examinatione precedente,ſeruatur quod legitur xv. quæſt.viij.c. qui admiſit , & d.c.ſi quis preſbyter. Non tamen confeſſiones reorum pro exploratis facinoribus haberi oportet,ſi nulla probatō religionem cognoſcentis inſtruat,vt l.j.§.diuus, ff. de quæſtio . Nec vtiq vltro confitenti eſt ſemper fides adhibenda, cum nonnunquā metu , aut aliqua alia de cauſa in ſe confiteat,vt l.j.§.ſi quis vltro,ff.de quęſtio.

Num dicti Milo, Anippus, & ipſe, qui rogatur inſultauerunt F ſuperioribus die,& hora ī dictos defūctos? quos telis miſerè confoderunt,& male mulctatos dimiſerunt.

Dixit deuouēs ſe diris,&malisgenijs: atq; ſibi crudeliſſima quæq; imprecari, deprecans dæmones ipſum ad inferos deferant,abſorbeántq; tartara ditis , ſi huiuſce tam atrocis ſceleris fuerit aut author,aut adiutor, aut quicquam ſciuerit præter illa audita.

Illum mentitum, nec veritatem dixiſſe docuimus , manifeſtóque mēdacio deprehendimus quòd per elogia aduerſus eum concepta alióſque conſcios ac participes probatum eſſet, & liquido conſtaret dicta die 10.Octobris ſub nonam noctis horam dictos defunctos inſidijs circūueniſſe,ac trucidaſſe:necnō Dionyſiū defuncti Craſſi amanuenſem grauiter vulneraſſe.

Dixit huius ſe facti prorſus neſciū: ſéq;,quæ loquerentur,omnia latere.

Si aſſentiri vellet teſtibus, qui in elogio teſtimonium dixiſſent?

Dixit id minime velle,quū illos non agnoſceret,cuperétq; videre.Nec plus, nec aliter dixit ſedulò rogatus , atque examinatus.Eò in carcerē remiſimus.

Eadem die,

Fuit itidem accerſitus , & eductus è carcere Henricus Nebulo famulus nobilis Milonis, natione Rothomagenſis,ætate 29.annorum, aut circiter,vti aiebat, tactis ſacroſanctis dei euange-

Aliquandonon metu criminis imminente,ſed tædio vitæ , vel impatientia doloris,quis ſibi mortem appetit, vel manus infert, ideo ei inſiſtendum , vt l.j.§. ſi quis non metu. ff. ad ſenatuſc. ſyllania.& §. ſi ſibi manus, eodem . Cū etiam non audiatur perire volens , niſi aliquibus indicijs delictum probetur,vt l.non tantum,ff. de appel.exiſtētibus ergo indicijs,ſi perſeueret in confeſſione venit reus condēnādus,vt d.§.ſi quis vltro, & glo. quæ hoc dicit in l. j.C.de confeſſ. & l. ſi quis in hoc genus,C.de epiſco. & cleric. Si quis vero hominem viuum falſo confiteatur occidiſſe, & poſtea ſit paratus oſtendere hominem viuum eſſe,ad hoc admittetur:& ceſſat aquilia, quāuis confeſſus ſit ſe occidiſſe . Ita q ille actus cōfeſſionalis confeſſi , vel ipſa confeſſio ſolum actori remittit confeſſoriam actionem , vt non teneatur , vel cogatur probare reum conuentum occidiſſe: tenetur tamen probare actor hominem occiſum fuiſſe à quocunq ſit occiſus,l. inde Neratiꝰ, §. fi.ff. ad leg.aquil. proinde ſi mortuus ſit homo, occiſus autē non ſit: licet reus confeſſus fuerit occidiſſe, non tenetur de mortuo,l. proinde, ff. eodem: videtur tamen teneri actione legis aquiliæ ex ſua confeſſione l. ſi is, ff. de confeſſis.Nam confeſſionibus falſis reſpondentes ita obligantur , ſi eius nomine de quo quis interrogatus eſt , cum aliquo eſt actio: quæ cum alio actio eſt : ſi dominus eſt,in noſmetip-

lijs de dicenda, & confitenda veritate iuratus, rogatus à nobis cauſas,[A] & cuius inſtantia coniectus eſſet in carcerem.

Noluit reſpõdere,[B] tãdem multa indicta ait cauſas minime ſcire, ſed inſtãtibus quadã vidua, & alijs prehenſum ſe, & illuc detruſum, quantum ſibi relatum eſſet.

A quot diebus nouiſſime epulatus eſt dictus Milo in caupona parui cerui Pariſijs, & qui ei aſſidebant ſodales?

Ait in menſe octobri vltimate lapſo dictum Milonem in illa caupona epulatum cũ nobili Deſiderio Anippo, alijſq; permultis ſibi ignotis.

Quæ neceſſitudo intercedat dicto Miloni cum illo Anippo.

Ait cõterraneos eſſe, & ferè ſub eodẽ tecto, vti eodem lare, ſocios, ac ſodales.

Quę colloquia inter illos in dicto diuerſorio prandentes fuerunt.

Ait varia, atque diuerſa: quorum iam immemor eſſet.

Num inter hæc Milo litem ſibi fuiſſe cum Iuliano Xenio, & Ioanne Craſſo, in eáq; narrauit ſuccubuiſſe.

Ait id quidem à Milone tunc temporis narratum.

Num is Milo in hæc verba erupit, cauſſa cecidi in curia ſuprema arte, & dolo magiſtri Chryſoſtomi Craſſi, ſed per mortẽ, & ſanguinem Chriſti ante huiuſce hebdomadis finẽ funditus perdam Xenium, Plutum, & Craſſum: nec incruentam de me reportabunt victoriam.

ſos confeſſione noſtra conferimus, l. confeſſionibus, ff. de interrog. actio. maxime vbi ius, vel natura non reſiſtit, vt ibidem.

A ROGATVS à nobis cauſas.) Rei debent ſigillatim interrogari ſuper quolibet indicio, & ſuper his diſputari, vt l. vnius, §. cognituũ, ff. de quæſtio. & Bal. in l. cuſtodias, ff. de pub. iudic. quòd ſi reperiantur in mendacio, erit maxima præſumptio contra eos, vt ĩ d. l. vni⁹. §. teſtes, & c. literas, extra de præſumpt. qa interrogatus mendax videtur decipe, quod eſt puniendum, vt glo. in l. de ætate. §. qui tacuit, in verbo, contẽnere, ff. de interrog. actio. & l. debuit, ff. de his qui not. infa.

B NOLVIT reſpondere.) Nõ reſpondens inquiſitioni poteſt cogi ad omnia capitula certe reſpondere, vt Bart. in l. de ætat. §. qui tacuit, ff. de interrog. actio. & l. certum, ff. de confeſſ. Et poteſt reus pluribus modis vrgeri ad certum reſpondendũ: vno modo, captis pignoribus, arg. ff. de re iudic. l. debitorib⁹, alio modo mulcta in dicta, vt ff. de vẽt. inſpic. l. j. §. quid ergo ſi non. Alio modo iudex poteſt eum habere pro confeſſo contra ſe, quod aduerſari⁹ aſſerit. Idem ſi obſcure reſpondeat, vt d. l. de ætate, §. ſi cum eſſet, §. nihil intereſt, & §. qui tacuit, hęc gl. in d. l. certum. Nec enim videtur reſpõdere, qui ad interrogata non reſpõdet, d. l. de ætate, §. quod autẽ, & l. j. §. ſi quid ſimpliciter, ff. de verb. oblig. ideo qui præſens iuſſus reſpondere recuſat abſque rationabili cauſa, contumax eſt, & habetur pro confeſſo, vel negante prout ſuum incommodum reſpicit, vt extra de confeſſ. c. ij. lib. vj. & d. l. certum, Cy. in l. ij. §. ſi verò, & §. quod obſeruare, ff. de iura. calum. & Barth. in d. §. qui tacuit. Contumaciæ autem pœna eſt, vt in ſolidum reus conueniatur, quẽadmodũ ſi negaſſet, quia prætorem contẽnere videtur, d. l. de ætate, §. qui tacuit, vbi dicit glo. in verbo, contemnere: dixit Pilatus ad Chriſtum, mihi non loqueris? Neſcis quia poteſtatem habeo dimittere te &c. Sed ipſe Chriſtus nõ vt contemneret, ſed vt miraretur Pilatus fecit. Sed quo iure veniat cõtumax in non reſpondendo puniendus? dic q̃ officio iudicis, vt in auẽ. de his, q̃ ingred. ad appel. §. fiñ. col. v. & glo. fi. in l. j. C. de confeſſione, & gl. in d. l. certũ, ff. eodẽ. Et illa taciturnitas debet ſcribi per tabellionem ſic, Qui interrogatus noluit reſpondere. vt glo. in c. qm̃ cõtra falſam, extra de prob. & d. l. de ętate, §. nihil intereſt, & l. iiij. diſt. c. ſi ſeruus. in atrocioribus vero delictis cũ tormẽtis interrogãdi ſunt rei cum ſuſpecti ſunt, vt l. j. ff. de quæſtio. & l. quotiens, C. eodem, & ĩ. dicetur ſuo ordine. Quæro vtrum iudex poſtq̃ eſt concluſum in cauſa poſſit interrogare partes? dic q̃ ſic vt extra de fide inſtruc. c. cũ Ioannes. Poteſt etiam pars interrogare reum, & valet reſpõſio, vt extra de dolo, & contuma. c. prout, & ff. de interroga. actio. l. ſi ſine, §. j. Aduocatus etiã poteſt interrogare, vt ff. de adult. l. ſi poſtulauerit, §. quæſtioni. Et iudex quotiens æquitas eum mouet, poteſt partes interrogare, vt ff. de interrog. actio. l. vbicunq;, & xxx. q. vlti. c. iudicantem. Confeſſiones autem factæ ad petitionẽ actoris, vel iudicis, vel etiam partis quæ fiunt poſt litem conteſtatam, poſſũt reuocari, ſi quis probauerit ſe erraſſe, vt extra de confeſſ. c. vlt. vbi de hoc. Tamen eſt notandum, q̃ poſtquam eſt renunciatũ, & concluſum in cauſa nulla admittit exceptio, vel allẽgatio, vel inſtrumen

tũ,vt C.de compẽſa.l.fi.& arg.ad hoc,extra de teſti. c.de teſtib⁹,& extra de fide inſtru.c.cũ dilectus, & de cauſa poſſeſſ.c.paſtoralis.niſi euidẽs ratio moueat iudicẽ,vt d.c.paſtoralis, & glo.in c. quoniã contra falſam , extra de prob.

Quæro an confeſſio facta in iure poſſit in parte acceptari, & in pte reprobari? Reſpon. q confeſſio circa eandem rem debet recipi integra,& non diuidi:nec poteſt pro parte acceptari, & in parte reprobari,prout plerumq; in rebus noſtris Franciæ forenſibus allegari ſolet , iuxta l. in cauſæ, ff. de procur. Ibi,Cæterum ſi velit quędam tranſferre , quædam relinquere iuſte procurator hanc inconſtantiã recuſabit, & l.ſi non conuitij,C.de iniur.Ibi,ſi nõ cõuitij conſilio te aliquid in furioſum dixiſſe probare potes: fides veri à calumnia te defẽdit.Et l. j.C.ad leg. Cor.de ſicar.vbi ſi qs ſit confeſſus in iure hominem occidiſſe , & dixerit illum à ſe percuſſum,non animo occidẽdi,debet ad hoc probandum admitti: cui hoc probando remittẽda erit pœna homicidij. Nam crimen tunc contrahitur, ſi & voluntas nocẽdi intercedat. Cæterũ ea, quæ ex improuiſo caſu potius,q̃ fraude accidunt:facto plerumq; nõ noxę imputantur.Et ibi glo. dicit, q illa negatiua, q non occidit animo occidendi,probatur per præſumptiones probando amicitiam,& affinitatem,& qualitatẽ occidentis , & per iuramentũ purgationis.Vnde non poteſt acceptari illa confeſſio in ea tantũm parte , in qua confeſſus ſum hominem occidiſſe , ſed debet acceptari cum ſua qualitate adiecta, ſcilicet q non

Ait horũ ne minimũ quidẽ audiſſe.

Num idem Milo re ipſa præſtiterit, quod erat interminatus? num poſt verba cõſecuta ſunt verbera , & ad effectũ perduxerit dicta , cõſtipatus nobili Anippo, Bernardo Thraſone , Claudio Caligula principis noſtri legionarijs, Egidio Gnathone, Ferdinando Paraſito, famulis Anippi , Iaccho Ebrione, Andrea Iro, ipſóq;, qui rogaretur,die x.Octob.veſperi circa horã ix. compoſitis inſidijs,ac ſtrictis enſibus inſurrexerit in dictos Craſſum, Plutũ, & Xenium & ad internetionem vſq; cecideri t,atq; eadem vi,& impetu Dionyſiũ Dauũ Craſſi famulũ grauiter læſerit.

Ait ſi horum omniũ aut viderit,aut audierit quicquam terrę hiatus,& abyſſus maledictum ac execratum cum Dathan & Abiron deuorent.

Quem quũ manifeſte refelleremus, apertéq; mendacij conuinceremus:

Ait ſe vera locutum , non mẽdacia.

Vtrum ſe ad Milonem magiſtrum, nobilem Anippũ, Caligulam, Thraſonem, Ebrionẽ, Paraſitum, Gnathonẽ, & Irum referre , teſtimonijſq; adhærescere vellet.

Ait ad ſe vnum,nõ quẽuis alium referre velle .Hæc tantum ille non oſcitanter rogatus, & examinatus à nobis: atq; ideo in carcerem reductus.

Eadem die.

Auocatus è carcere ac coram adſtãs in conclaue conſilij nobilis Gerardus Milo dominus vallis in Beluetia ibidẽ ortus annos triginta,aut circiter,natus barba oblonga,capillis tõſis, ſacramẽto obſtrictus de dicenda,& confitenda

animo occidendi , occidi, vt tex.& glo.Barth.& alij in l.ſiquidem C. de exceptio.Alex.in cõſil.xx.nu. xxij.in iiij.volu. Nam etiã confeſſis reis non denegãtur legitimæ defenſiones,l. ſi filius,§ . exceptionibus,ff. de interrog.acti. & ibi Bal. ad quas probandas reus admitti debet,d. l.j.C.ad leg.Cornel. de ſicar.l.ſi nõ commitij,C. de iniur. duo ſiquidem reus videtur confeſſus fuiſſe, ſiue dixiſſe, ſcilicet hominem occidiſſe, & eum nõ aĩo occidendi,occidiſſe,vt dicit in arb itrij prȩcepto, vt l. celſus,§.idẽ ait ff.de arbit.vnum ergo de iſtis eſt contra reum, vt quia confeſſus eſt occidiſſe , & ei adhibetur fides ,vt ff.de interrogat.actio.l.de ætate, aliud eſt pro ſe reo , ſcilicet qualitas q non animo occidendi, occidit, & illi non adhibetnr fides, vt l. exemplo,C. de prob.& in auẽ.de iureiur.à morient. præſtito §. ſed hæc quidẽ, col.v.Ibi, quæcunq; quilibet pro ſe dixerit,aut ſcripſerit hæc ei nihil prodeſſe.Sic etiã dicimus in exceptione pacti,& ſimilibus q ſi quis cõfiteatur ſe debere, ſed dicit factum pactum de non petendo,q niſi probet pactum condemnatur,niſi præmittat negationem , vt nego me tibi debere, ſed ſi apparuerit, dico pactũ factum de non petendo , vt not. in d. l.ſi quidem,§.fi. C.de excep. Vbi cauetur ſi intentione actoris dubitas habita exceptionis conteſtatione, tunc demum cum intentionem ſuam ſecundũ aſſeuerationem ſuam petitor probauerit, hunc exceptioni eſſe locum monſtrari conuenit,& l.exceptionem,C.de prob. quę vult, q excipiens non cogatur ſtatim probare ſuã excę

ptionē.nam licet exceptio dilatoria opponi debeat in initio, probari tñ niſi poſtq̃ actor mõſtrauerit oportet,& ff.famil.herciſc.l.qui familiæ,& C.de præſcrip. lõg.tẽporis,l.emptor.quæ autẽ ſint exceptiões dilatorię & perẽptorię,ponũtur ꝑ exẽpla.Inſti.de exceptio. §. appellant, & glo.in d.l. exceptionem. Et ſic excipiendo non videtur reus cõfiteri,vt ſi primo nego, & dico ꝙ ſi appareat, qđ intenditur contra me,opponere exceptionem.l. nõ vtiq;,ff. de exceptio. iuncta glo.& glo.in d.l.ſi quidem,verſic. cõteſtatione, C. eodem.Bartho. tamen in l.Aurelius,§.Idem quæſiuit, ff. de liber.leg. ſub hoc temperamento diſtinguit,aut variatio circa eandem rem eſt alteri nociua,& reprobatur,vt d.l.in cauſæ,ff. de procur.aut variatio circa eandem rem nemini nocet,& tunc non reprobatur.vt ſi tutor qui buſdam verbis teſtamẽti ſtare velit,in quibuſdã autem recedat, non impeditur probare contrarium eorũ,à quibus receſſit,quia hoc nemini nocet,quoniã cõtrariũ probare debet, & ſic veritati ſtabitur, per d.l. Aurelius,§.Idẽ quæſiuit,de quo not.Dy.in l.de rebus, ff.rerum amot.Aut cõfeſſio cõtinet vnũ capitulũ tantum,ſeu plura connexa, & tunc eſt aduertendũ: quia aut ille, qui vnũ capitulũ reprobat,habet cõtra ſe prę ſumptionẽ iuris, aut habet ꝓ ſe,aut ius nõ præſumit pro,nec cõtra.Primo caſu quãdo habet præſumptionẽ iuris cõtra ſe,nõ admittitur talis reprobatio: vnde ſi cõfitearis te hominẽ occidiſſe ꝓ tui defenſione,poſſum ſtare cõfeſſioni,inquãtũ dicis te occidiſſe,ſed nõ cogor ſtare, inquãtũ dicis ad tui defenſionẽ: quia ius prę ſumit cõtra te,per d.l.j.C.ad leg.cor.de ſicar.Secũdo,& tertio caſu qñ habet prę ſũptionẽ iuris ꝓ ſe, aut ius nõ prę ſumit,nec ꝓ, nec cõtra:Aut ille,qui pticulã reprobat,vult hoc ꝓbare,& admittit, vt d.l.Aureli⁹, §.idẽ quæſiuit,ff. de lib.leg. Aut nõ vult probare, & nõ admittitur talis reprobatio,vt l.etiã,§.j.ff. de minor.Vbi cauetur ex cauſa curationis.cõdẽnata pupilla aduerſus vnũ capitulũ ſentẽtiæ reſtitui volebat,& qa videbatur in cæteris litis ſpeciebus releuata fuiſſe,actor maior ætate,qui acquieuit ſentẽtiæ,dicebat totã debere litẽ reſtaurare. Modeſtinus rñdit, ſi ſpecies in qua in integrũ reſtitui deſideratur, cæteris ſpeciebus nõ cohæret, nihil proponi, cur à tota ſentẽtia recedi actor poſtulãs,audiẽdus ſit,& c.mutare cõſiliũ,de regul.iur.lib.vj. vbi mutare cõſiliũ quis nõ poteſt in alterius detrimẽtũ,& l. nemo poteſt mutare,ff. eodẽ.à cõtrario, vbi alteri nõ prę iudicat licet mutare, vt gl. in d.c.mutare,verbo,alterius. Alexã.in cõſil.octuageſimo ſeptio,primo volu.nu.j.dicit nõ obſtare,ſi dicat ꝙ qñ præſumptio eſt cõtra cõfitẽtẽ, tunc poteſt acceptari principalis cõfeſſio,& reprobari qualitas, vt per d.Bart.in d.§.Idẽ quæſiuit:quia poſito ꝙ opinio Bart. eſſet vera,quod tamẽ multi reprehẽdũt in cõfeſſione facta ſub vno,& eodẽ arti. vt Saly.in l.j.C. de cõfeſſ. & Bart.in l.decẽ,ff.de verbo.oblig. tñ vbi nulla eſt præſumptio iuris contra qualitatẽ adiectã in cõfeſſione,nõ poteſt reprobari qualitas. Sed ſi quis cõfiteretur quid feciſſe pro alia cauſa indebita,vel illicita, eſſet bene prę ſumptio cõtra illã qualitatem, vt l.cũ dẽ indebito.in princ.ff.de probat.c. ſuper hoc extra de renũcia.l. merito, ff. ꝓ ſocio,l. ſi procurator,ff.de cõditio.indeb. Vbi autem confeſſio, ſiue ſcriptura continet plura capitula ſeparata, poſſum pro parte approbare, & in parte reprobare,vt l.publia,§.fi.ff. depoſit.vbi notat Bartho. ꝙ ſi plures res ſint ſcriptæ, ſiue confeſſæ in vna charta,poſſum acceptare illud, quod facit pro me, & illud quod facit contra mẽ refutare, alleg. Dy. in l.j. in xiij.q. C. de confeſſ. & l. ij. C. de donat.ante nupt. & ad hoc eſt tex. in l.de rebus,ff. rerum amot. vbi cauetur,quòdde rebus amotis per mittendum eſt marito,vel vxori, de quibuſdam rebus iuſiurandum deferre, & de quibuſdam probare. Ita quòd inconſtantia, vel variatio admittitur circa res diuerſas, & glo. in d.l.de rebus,& idem Bartho.in d.l.Aurelius,§. idẽ quæſiuit.

Quæ rere autem velim, qualiter intelligatur vnũ capitulum, vel diuerſa :& qualiter intelligantur capitula diuerſa connexa, vel non. reſpond. ſecundum Barth.in d.§.idem quæſiuit,ꝙ vnum capitulum intelligitur vnum factum cum qualitatibus ſuis, ſeu plura connexa. Exemplum dico ꝙ promiſi tibi centum ſub conditione,hoc eſt vnum capitulum, hic vna confeſſio ſic qualificata.Item ſi promitto tibi decẽ pacto incõtinenti appoſito, ꝙ vadas pro me Romã, iſta ſunt plura capitula cõnexa:ſed diuerſa capitula ſunt plura diuerſis tẽporibus facta,vt glo.in d.l.ſi quidẽ,C.de excep t. Itẽ ſi incõtinẽti ſunt plura facta,quorũ vnũ non venit ad alterius determinationem, ſed quodlibet eſt per ſe,tunc ſunt diuerſa capitula,vt d.l.etiam,§. j.ff.de mino.& l.ſcire debemus,ff.de verbo.oblig.

veritate,& interrogatus[A] quam ob cauſam,quibũſve inſtantibus protruſus eſſet in carcerem.

Latet me,inquit,& indignè hãc mihi innocenti factam iniuriam apud te æquiſſime iudex queror, poſtuloq; cõtra eos,quos decebit,litis æſtimationẽ, damna,& id,quod intereſt mea.

Vbi,inquimus, habitas,ſedẽ fixeris, aut in quem locum te recipias?

Pariſijs, inquit, à ſeneſtre moratus ſum interim dũ hic certa lis in ſupremo ſenatu iactaretur,& finiretur.

A ☞ INTERROGATVS.) Interrogationes huiuſmodi dic nõ fieri,vt eis in eorum fauorem credatur, ſed ſolum in odium.pro hoc vrget, quòd in crimina libus iuramentum in defectum probationis nõ defertur,glo.in l.iij.in verbo,agatur,de iureiur.ff.

Aduerſus quos, inquimus, hæc lis iactaretur?

Aduerſus, inquit, Iulianum Xenium, & Ioannem Plutum ciues Lutecianos, & me.

Vtrũ, inquimus, eiuſmodi lis ſit finita, & à quo tẽpore, & ſecũdũ quos data?

Hoc, inquit, mẽſe areſto curiæ ſupremæ ſecũdũ aduerſarios lis data eſt, iure tamẽ, an iniuria ipſi viderint, quibus ita viſum eſt. Relucet tamẽ æquitas, & res ipſa loquitur, q̃ iniquè, atq; iniuſtè.

Næ, inquimus, temerarius es, & effrons, qui adeò impudenter, audactérque loquaris.

Nihil, inquit, phibet loqui ſuę innocẽtiæ fidẽtẽ, nulláq; impalleſcẽtẽ culpa.

Sed ad rẽ, inquimus: quis patronus aduerſariorum partes tuebatur, quo agente cauſſam tenuerint?

Is, inquit, fuit magiſter Chryſoſtomus Craſſus, artis veteratoriæ homo adeo exercitus, vt cauſſam inferiorem, ſuperiorem: ſuperiorem, inferiorem iure, æquóve ſuadente, aut diſſuadẽte facere queat.

Vitã ne, inquimus, crudeliter interminatus es Craſſo, Xenio, & Pluto in parui cerui diuerſorio prãdens, & quibus cutus es de ijſdem aduerſarijs?

Nona, inquit, die menſis Octob. prãdẽti mihi cũ nobili Deſiderio Anippo, & tribus alijs nobilibus, quos ſecũ adduxerat Anippus in parui cerui diuerſoriũ, venit in mẽtem litis huiuſce recordatio: cuius cauſſam, & exitum dictis nobilibus obiter expoſui, qui non admodum areſtum probarunt, exiſtimarúntq; ab omni iure alienũ. deinde incidimus in alios ſermones.

Num, inquimus, ibidẽ palàm in has minas exclamaueris? Aedepol per mortẽ, & ſanguinẽ dei, ante huiuſce hebdomadis finem prędicti Xenius, Plutus, Craſſus meritas luẽt pœnas, nulláq; alia, quàm mea manu vitam finient.

Male, inquit, peream, hęcq; terra mihi dehiſcat viuo, ſi quid eiuſmodi à me exierit.

Qui erant, inquimus, alij tres nobiles ab Anippo in dictũ diuerſoriũ adducti, quóve nomine nuncupãtur, & vbi ſedem habeant?

Audiui, inquit, alterum Claudiũ Caligulã, alterum Bernardum Thraſonẽ vocari principis noſtri milites: Tertiũ, non noui, ne nomine quidem.

Qui famuli, inquimus, miniſtrabãt, & inſeruiebant in dicto prandio?

Quatuor, inquit: duo ex meis Iacchus Ebrio iunior, & Henricus Nebulo: duo item alij Anippi Egidius Gnatho, & Ferdinandus Paraſitus.

Vbi, inquimus, & cum quibus die x. Octob. nouiſſime præterita cœnauiſti?

Parũper meditatus: cœnã, inqt, eo die feci in diuerſorio, cui pẽdet ĩterſigniũ leonis argẽtei Pariſijs in vico S. Honorati cũ Anippo, & ſocijs, quos in Palatio inuenerã, atq; ibi ceſſauimus ad horam nonã, illíncq; maturè nos dormituri cõtulimus in diuerſoriũ baliſtæ in via ſancti Iacobi noſtrũ hoſpitium.

Num, inquimus, illius diei hora ix. ipſe, & Deſiderius Anippus cũ vniuerſo ſatellitio inſidias cõſtruxiſtis, & ſtrictis gladijs inuolaſtis in Xeniũ, Plutũ & Craſſum iuxta crucẽ Tiroueri, acerbéq; conciſos reliquiſtis: Dionyſiũ vero Dauũ Craſſi famulũ vertiſtis in fugã læſum, coẽgiſtíſq; in pedes ſe dare?

Dij boni, inqt, quid ego audio? adeò

me ferũ putas,ac crudelem: vt hæc cogitarim? tãtum abeſt vt effecerim:quæ etiam ipſo auditu offendunt,deliramẽta planè,atq; ſomnia mentis inſanæ,& ægrotantis.

Noſcis ne, inquimus, Andream Irũ cerdonem? & num interfuerit cœnę in diuerſorio leonis argentei.

Noſco,inquit,ſed viſu tãtum, quòd eò ſum aliquãdo vſus in deferẽdis ſarcinulis hac in vrbe Pariſiẽſi. Venerátque is Irus in diuerſorium tẽpore cœnæ à me paruulam pecuniam acceptu rus,quæ pro operarum locatione ei debebatur,qua perſoluta diſceſſit,poſtea nunquam viſus.

Homicidiũ,inqmus,aſtutè diſſimulas certáq; retices,ac portrita, hinc effugiẽdi occaſionẽ captãs.

Rem,inquit,apertam apertè recẽſui,nõ circuitione vſus.

Vis ne,inquimus,teſtimonijs Anippi & tuis famulis ſubſcribere?

Nullius,inquit,in verba iurare aſſueui, expertus quàm ſit periculoſum hominum fidei credere.

Ad hũc itaq; modũ exquiſitè diſcuſſus ſuper criminatione,& elogio repetiuit carcerem. ¶Dicta die.

IOannes Solõ legũ cãdidat9 &c.Egidiũ Gnatonẽ nobilis Deſiderij Anippi ſeruũ Britanũ annorũ triginta,aut paulò ſenior,veſte Hiſpanica nigra:cũ thorace rubeo,& caligis diſſectis,bicoloribúſq;, accitũ è carcere in cõclaue cõſilij præpoſituræ,atq; religiõe obuinctũ ita de crimine obiecto,ídicijs,&elogio cõcepto pcũctatur,cõſciẽtiáq;explorat.

Solon.Cedo , quis caſus te deiecit in carcerem , cuiúſve cauſa includeris?

Gnatho.Sacris ſum initiatus,& iuriditionis alterius mãcipat9,cui ego,nõ tibi debeo reſpõdere,& ad quẽ remitti poſtulo:quòd ſi mihi nõ credis,en tibi fidẽ faciẽt tabulæ de ea re ſcriptæ ſacri ordinis aſſertoriæ , ac cõſignatæ ſigillo epiſcopi,quas ipſe conſtituto die exhibiturum me polliceor.

Solõ. Præcipio, iniungóq; tibi pœna ducentarum librarum,vt mihi reſpondeas, remittẽdus ad eccleſiaſticũ,ſi fieri oporteat,ne præcidatur tibi fori præſcriptio.

tra,& aduerſus Ludoicum le blãc,quem captum.pro pluribus criminibus nolentẽ mihi reſpondere,ſed ad iudicem eccleſi aſticũ ſe, vt clericum remitti petentem, pœna quæſtionis indicta,ad curiam appellantem miſi,qui interrogatus à curia mihi remiſſus eſt, vt reſponderet ſuper criminibus ſibi impoſitis ſaluo iure in diffinitiua faciẽdo ſuper præſcriptione fori, vt patet per dictum areſtum ſub data diei xv. Aprilis anno domini Milleſimo quĩgẽteſimo.xxix. poſt paſcha. Tãdem faciendo ei ius ſuper præſcriptione fori priuaui eũ iure clericatus ,i& eum vitam patibulo finire condẽnaui: qui ad curiam appel

AFORI præſcriptio.) Videtur q reus reſpõdere non teneatur,nec etiã volens teneat eius confeſſio facta coram iudice laico: nec etiam ſententia tanq à iudice incompetenti lata, vt c.at ſi cleric.& c. cũ nõ ab homine,extra de iudic. quia clericus nõ poteſt criminaliter cõueniri corã iudice laico , vt xj.q.j. & ij. nec etiam reconueniri cũ in crimine nõ admittatur recõuentio,vt iij.q.xj.c.neganda , quia nõ relatione criminum, ſed innocentia reus purgat, vt ff. de pub. iudic.l.Is qui. Dic tamen q reſpõdere tenetur, etiã ſi ſacerdos eſſet, quia fieri poteſt,quòd priuetur iure clericatus , maxime quia oneratus, & ſuſpicatus eſt enormitatibus ſe immiſcuiſſe quo caſu clerici etiam in ſacris conſtituti ſe enormitatibus immiſcentes ſine monitione prę uia perdunt priuilegium canonis,ſi quis ſuadente diabolo,xvij.q. iiij. Et etiam priuilegiũ fori,vt c.perpẽdim9,extra de ſenteñ. exco.& ibi Abb.panor , Secũdo,inuẽtus eſt in non decenti habitu.Et ideo clerici nõ ferentes tonſurã,vel veſtes clericales ſiue in ciuili,ſine in criminali negocio cõuenientur, nõ debẽt gaudere priuilegio clericali,vt c.vno de cleric. coniug.in vj. Nam tunc reputãtur laici , & vt laici poſſunt puniri,vt glo.ibidem dicit:Quòd Tholoſæ quidam clericus coniugatus eo q habebat caligas bipertitas reputatus fuit laicus,& pro crimine tanquã laicus fuit condemnatus, nam fuit laqueo ſuſpenſus.Quòd autem teneatur clericus coram iudice laico reſpõdere,fuit deciſum per curiæ parlamenti Pariſijs areſtum iudicij mei, tanquam à dicta curia cõmiſſarij cõfirmatoriũ cõ-

lauit,& tandē in primo ingreſſu reginæ Franciæ in vr bem Pariſienſ. remiſſionē obtinuit,& à carceribus re laxatus fuit. videtur tamen q̄ de iure, quando clericus criminoſus fuit captus per iudicem ſecularem, & petit remitti ad iudicem eccleſiaſticum, debet remitti iudici eccleſiaſtico, quia quęſtio, vtrum talis ſit clericus, vel non pertinet ad iudicem eccleſiaſticum, l. omni innouatione ceſſante, C. de ſacroſanc. eccle. vbi dicitur, q̄ ſi coram iudice ſeculari emergat aliqua quæſtio ſpiritualis, debet fieri remiſſio ad iudicem eccleſiaſticum. vnde ſi iudex laicus malefactorem captum detineat, & is ſe clericū dicēs ad curiam eccleſiaſticam petat remitti: vel curia ipſa eum tanq̄ ſuum clericum repetat, iudice illum clericum inficiante, ac ob hoc minime remittendum: dubitationis huiuſmodi, an ſcilicet ſit, qui repetitur, clericus, ad iudicem eccleſiaſticum, quia de re eccleſiaſtica, & ſpirituali, vocato tamen iudice ſeculari, vel alio, cuius intereſt, cognitio ptinebit. Et ſi notorium fuerit, q̄ idem malefactor ſit clericus, ſcilicet notorio facti quod nulla tergiuerſatiōe poſſit celari, vt extra de cohabit. cleric. & mulier. cap. veſtra, quia notorie cognoſcitur, pro clerico: vel eſt notorium iuris, vt cap. cum olim, extra de verbo. ſig. Ita quòd huiuſmodi priuilegio gaudere debeat cum rumor communis, vel fama publica de hoc extiterit: aut ipſe pro clerico communiter habebatur incontinenti, etiam ante cognitionem de clericatu eccleſiaſticæ curiæ debet reddi. Idem eſſe cenſemus, ſi reus ipſe ante deprehenſionē pro laico publice ſe nō gerēs deprehēſus fuit in habitu clericali, tonſurā videlicet, & veſtes deferens clericales. Nam talem debemus clericum, donec de contrario conſtet, reputare. Iuſtum eſt enim, vt ipſe talis, quem geſtat ex habitu, quouſq̄ appareat aliud, præſumatur, qualis is eſſe, cuius fert habitum, comprobatur. Ex ſtigmate nanque conſueto fabricenſibus imprimi, latitans fabricenſis agnoſcitur: iſque ſtatus alicuius eſſe videtur in quò ipſe deprehenditur, donec contrarium doceatur. Non ſic autem obſeruatur, ſi ante deprehēſionē pro laico ſe publice gerebat, ac pro tali communiter habebatur: quamuis deprehenſionis tempore repertus fuit in habitu clericali, tunc enim reſtituendus non eſt, quouſque fidem de titulo fecerit clericali: cuius eidem onus probationis incumbat, propter præſumptionem, quæ adueꝛſus ipſum orta eſt ex delatione laicalis habitus præcedenti. Contra eum tamen interim quiuis proceſſus iudicis penitus conquieſcat, hoc dicit text. in cap. ſi iudex laicus, extra de ſententia excōmu. lib. vj. Sic ciuitas repetit ciuem ſuum, vt ff. de rei vendic. l. j. §. j. & ff. ad municipal. l. de iure. Sic & petit ciui ſuo iuſtitiā fieri, & ei rē violēter ablatā reſtitui, vt xxiij. q. ij. c. dominus. Sic & pater repetit filium, quod dic extra de conuerſ. infide. cap. vltim. Sic & miles armatæ militiæ per magiſtrum militum in ciuilibus, & criminalibus iudicatur, vt C. de iuriſdi. omnium iudic. l. magiſteriæ, ſic & clerici coram ſuo iudice, vt extra de iudic. cap. at ſi clerici, nec poteſt iudex laicus de re ſpirituali principaliter, nec incidenter ſe intromittere, vt extra de ordi. cognit. cap. tuam, & extra qui filij ſint legit. c. per venerabilem, & cap. lator. Sed tamē vbi remiſſus eſt clericus ad ſuum iudicem eccleſiaſticū debet vocari iudex ſecularis, à quo remiſſus eſt, vel aliꝰ, cuiꝰ

Gnatho. Effecit Antonia Diana, alijq;, quos penitus ignoro, vt has compedes geſtem, in vinculáq; inciderim, quam ob cauſam ipſe non ſatis ſcio.

Solon. Noſcis ne nobilem Girardū Milonem, & à quo tempore?

Gnatho. Noui equidem, quòd conſuetudinem habeat cum Anippo meo domino à duobus annis.

Solō. Num vidiſti eoſdem Milonē, & Anippum accumbere in prandio in diuerſorio parui cerui, & à quo tempore, & qui nam cum illis erant?

Gnatho. Sex ſunt dies, aut ſeptem, à quibus Milo, & herus meus Anippus cum Claudio Caligula, & Bernardo Thraſone militibus in illo diuerſorio pranderunt.

Solon. Quid? num audiſti prandendo Milonem magiſtro Chryſoſtomo Craſſo, Xenio, & Pluto ante lapſam hebdomadam interminatum mortem?

Gnatho. Audiſſe non memini.

Solon. Vbi cœnarunt, & dormierūt Anippus, & Milo x. die Octobris proximi?

Gnatho. In diuerſorio leonis argentei via ad ſanctum Honoratum Pariſijs, dormieruntq; in aſſueto hoſpitio in vico ſancti Iacobi ſub interſignio baliſtæ.

Solon. Qui famuli illos ſecuti ſunt redeuntes in hoſpitium?

intereſt pro caſu cõmuni, vel priuilegiato, vt d.c. ſi iudex laicus,& extra de maior.& obed.c.inter quatuor,& C.de euictio.l.emptor fundi, & ff. de re iudic.l. de vno quoq;,& extra de emptio.& vend.c.ſi. Si autẽ nõ appareat de aduerſario, puta quia iudex ꝓcedit ex officio,citabitur iudex,d. c.ſi iudex, & c. venerabilibus,§.ij. de ſententia ex co.lib.vj. debet autẽ clericus,qui deprehenditur,ad hoc vt remittatur, ꝛeperiri habereveſtes clericales, & ita loquũtur iura in plurali,& nõ inſingulari:quia in veſtib⁹ inferioribus nõ licet habere habitũ differmẽ,vt not.in glo.d.c. ſi iudex.Sũt autẽ caſus,quibus clericus ipſo facto,& ipſo iure nullo gaudet priuilegio clericali, & eſt lex ipſa ſententia videlicet, Clericus vxoratus nõ incedẽs in habitu & tonſura clericali.Ita q; ſi pro cõmiſſis ab eo exceſſibus,vel delictis cõuenia tur corã iudice laico ciuiliter,aut criminaliter, non remittitur ad iudicẽ eccleſiaſticũ.nã tũc reputatur laic⁹, & vt laicus poterit puniri,vt c.vno, de cleric. coniug. lib.vj.& glo.in d.c.ſi iudex,verſic.debeat. Item ſi eſt bigamus, vel degradatus, vt extra de biga.c.vno,& c. ij.extra de pœnis,ſi tamẽ maneat clericus, non poteſt renũciare priuilegio clericali, ſed apoſtando ab habitu ſuo poſt trinam admonitionẽ, vel immiſcendo ſe enormitatibus priuilegiũ amittit, vt c.perpẽdimus,& c.cũ nõ ab homĩe,& c.in audiẽtia,extra de ſentẽtia exco.Ipſo enim facto ſe priuãt clerici talia faciẽdo,vt extra de vita,& honeſt.cleric.c.vlt.& de cleric. cõiug.c. pen.Sic ideo clerici,qui clericalis ordinis dignitati nõ modicũ detrahẽtes ſe ioculatores faciunt,quaſi ioci latores in publicũ faciẽdo ſpectaculũ ꝓprij corporis, vt ff.de his, q; not.infa.l.ij.§.fi.aut goliardos,à gula ſic dictos,aut bufones ſcilicet hiſtriones, ſi per annum artẽ illã ignominioſam exercuerint,ipſo iure. Si autẽ tẽpore breuiori,& tertio moniti à ſuo iudice, vel ꝓlato nõ reſipuerint,carere debẽt omni priuilegio clericali, vt vt d.c.vno.de vita,& honeſt.cleric.lib. vj. moneri autem debent per ſuum prælatum,aut iudicem, vt c. in audientia,extra de ſentẽtia exco.ibi, ſi à prælatis ſuis, &c.& cap.contingit,ij.eodem.Ibi,ſi à te tertio. In occulto tamen,vel infirmitatis,vel alterius rei cauſa aliquid ioci facere non reprobatur, vt in cithariſtis, & his qui varijs vtuntur inſtrumentis,vt lxxxvj.diſt.cap. donare,in j.glo.& Accur.in l.ij.§.fiñ.ff.de his,qui not. infa.non etiam licet clerico tabernam ingredi,& multo minus tenere,& ad hoc xliij. diſt. cap.non licet, & c.j. extra de apoſt.& l.quæ adulterium, C.ad leg.Iul. de adult.vbi dicitur, q; hi à iudiciaria ſeueritate debent præſtare immunes, quos vitæ vilitas dignos legum obſeruatione non credidit, vnde tales ſupra dicti non tenent immunitatem canonis,licet etiam ſint in ſacris ſecundũ Arch.in c.vno.in glo.fi.de vit.& honeſt. cleri.lib.vj.vbi dicit, q; litera ibi indiſtincte loquitur d.c.vno,& q; illi plus peccãt,vt v.q.vj.c.preſbyteri,& xl.diſt.c.homo,& extra de iureiur.c.cum quidam,licet Ioan.monach.contrarium teneat in d. glo. ſi.dicens conſtitutos in ſacris non perdere priuilegiũ: licet plus peccent,nõ enim deſinunt eſſe clerici,& clericaliter tenentur viuere ꝓpter characterẽ impreſſum, alleg.c. j. & ij. extra qui cleric. vel vouent. & extra de cleric. coniug. c. fame.le.ij.prima tamẽ opinio placet Ioan. Andreæ, vt d.glo. ſi. licet ergo regulariter, vbi quis clericũ, vel laicum conuenire vult, debeat rei iudicem adire, vt. C. de iuriſd. omnium iudic. l. iuris ordinem, cũ actor rei forum generaliter ſequi debeat, vt xj.q.j. c. experiente,& extra de foro compet.c.ſi clericus,& c. cum ſit,& C.de iuriſd. omnium iudic. l. in criminali negocio: & poſſit reus declinare forum non ſui iudicis,cum extra territorium ius dicenti impune non pareatur, vt l.fiñ.ff.de iuriſd.omnium iudic.& l.j. & ij. ff.ſi quis in ius vocat. non ierit.vbi cauetur, q; in ius vocatus venire debet,vt hoc ipſum ſciatur,an iuriſdictionis eius ſit,& ff.de iudic.l.ſi quis ex aliena. Tamen hæc regula fallit multis modis,in quibus ſortitur forũ non ſuum,& facit ſuum.Primo in criminalibus eccleſiaſticis, vt iij. q. vj.c.j. puta in crimine ſacrilegij, vel quaſi,vt extra de foro cõpet.c.cũ ſit,& c.cõqueſt⁹. hodie verò in regno Francię iudex ſecularis cognoſcit,& iudicat etiã de hoc crimine ſacrilegij.Et egomet Milles, quẽdã nomine Carolũ de ſancto Vincẽtio ſacrilegũ inſequẽdo curiæ ſuptemæ Pariſienſis areſtũ datũ anno domini milleſimo quingenteſimo xxxiij.die vero viij.mẽſis octob.iudicij mei cõfirmatoriũ pro ſacrilegio in æde cathedrali ſancti Stephani Anticidioren ſis per ꝑdẽ cõmiſſo in ablatione vaſis ſacræ euchariſtiæ,vitã laqueo termĩare mãdaui,& exequi feci iuxta legẽ ſacrilegij.C.ad leg.Iul.pecul. Secũdo, in crimine hęreſeos quis etiã laicus ſortit forũ iudicis eccle.vt c. ad abolẽdã,&c.excõmunicam⁹,extra de hæretic.Hodie tñ iudex etiã ſecularis cognoſcit de crimine hæreſeos,prout vidi à quatuor, aut quinq; annis citra plures iudicio præpoſiti Pariſieñ.igne Pariſijs palàm cõcrematos ex indulto dñi noſtri papæ ad expiationẽ prædicti criminis ferè per omnem chriſtianitatẽ noſtris hiſce tẽporibus ingruentis. Tertio, Ratione criminis in aliena iuriſditione commiſſi quis ſortitur forum non ſuum:quia ibi,vel vbi inuenitur conuenietur reus,vt iij.q.vj.cap.j.& extra de rapto.cap.j. extra de foro compet.cap.poſtulaſti,& cap.fiñ. & C.vbi de crimi.agi opor.j.& auteñ. Qua in prouincia eodem,vbi enim malum contingit ibi moriatur,ij.q.j.cap. ſi peccauerit,& in cap. fiñ. Ibique latro figatur vbi graſſatus eſt,l.capitalium,§.famoſos,ff.de pœnis.Et vbi delinquens inuenitur, ibi retineatur, vt C. de curſu public.lib.xij.l.iij.Quarto,ratione criminis commiſſi a-

Gnatho. Ipſe, & Ferdinãdus Paraſitus famuli Anippi,Hẽric⁹ Nebulo,Iach⁹ Ebrio Milõis ſerui. Sed meus her⁹ vixdũ egreſſũ limen,domũ me miſit ad equos paſcẽdos, diſponẽdáq; oĩa : quò paulò poſt venit,& ipſe Milo cũ alijs.

Solon, Vtrum Andreas Irus cerdo Pariſinus cum illis eſſet?

lio tempore cum ipſe eſſet alterius ſtatus, & alterius iuriſditionis, vt C. ad leg. Cornel. de falſ. l. ſi quis decurio. & de hoc dic vt not. in cap. fi. extra de foro cõpet. Sed pone quis conuenitur ſuper aliquo crimine corã non ſuo iudice, ille negat deliquiſſe in iuriſditione illius, queritur vtrum ille iudex poſſit cognoſcere, an in territorio eius delinquerit? dic ꝙ ſic, ar. ff. de iudic. l. ſi quis ex aliena, & ff. ad municipa. l. de iure, ibi Cũ tamen quis negat incolã eſſe, apud eum præſidem ꝓuinciæ agere debet: ſub cuius cura eſt ea ciuitas, à qua vocatur ad munera, non apud eam, ex qua ipſe ſe dicit oriundum eſſe; Idq; diuus Adrianus reſcripſit in perſona mulieris, quæ aliunde orta alibi nupta eſt, & extra de reſcriptis, cap. dilectus filius. Quid autem, ſi quis conuenitur ſuper maleficio coram non ſuo iudice in alia prouincia, in qua dicitur deliquiſſe, ipſe vero negat ſe commiſiſſe, num iudex cognoſcere poterit, an deliquerit? Et videtur ꝙ ſic, vt d. auteñ. Qua in ꝓuincia, in princ. ſed tamen ibi loquitur, quando iam de crimine conſtat, quod patet dum dicit deliquerit, ar. C. vbi ſenat. vel clariſ. l. j. vbi dicitur deprehenſus in crimine, & ita negari non poteſt. Sed primum verius, vt iudex cognoſcere poſſit, vt d. cap. dilectꝰ filius, & ꝓidem in auteñ. vt nulli iudic. §. ſi quis, & ff. ſi quadru. paupe. feciſ. dic. l. j. & ff. de cu. bono. dando. l. ij. vide quæ dixi ſupra in commiſſione, ſuper decreto informationum in verbo, in ſubſidiũ iuris. Et Specul. in titu. de compet. iud. aditio. De delicto autem alibi commiſſo non poteſt quis conueniri coram alio iudice, q̃ coram iudice delicti, ſecundum Bartho. in l. ſi cui, §. fi. de accuſa. Idem Dy. per illum tex. Vbi cauetur cum ſacrilegium admiſſum eſſet, in aliqua prouincia, deinde in alia minus crimen, diuus Pius Pontio proconſuli reſcripſit, poſtquam cognouerit de crimine in ſua prouincia admiſſo, vt reum in eam prouinciam remitteret, vbi ſacrilegiũ admiſit, & l. iij. ff. de re milita. & l. ſi quis filio, §. quod ſi quis, in fi. ff. de iniuſto. irrit. & rupt. teſta. hoc eſt, vt reus non poſſit puniri per aliũ iudicem, quãm loci delicti: niſi reus ſit ciuis huius ciuitatis, in qua accuſatur: tunc illo caſu ratione originis de quouis delicto vbique terrarum cõmiſſo poteſt per iudicem originis puniri, quia altero de tribus locis poteſt cauſa criminalis tractari, ſcilicet vbi crimen eſt cõmiſſũ, vel cauſa eſt inchoata, vel vbi reus deprehenditur habere domicilium, vt l. j. C. vbi de crimine agi oport. Ita ꝙ delicta alibi cõmiſſa aggrauant delictum hic commiſſum: & faciunt ꝙ acrius puniatur reus, ſi ſæpe, & ſæpius alibi conſuetus eſt facere huiuſmodi furta, vel vulnerationes, aut tractatus, tũc acrius hic pro vno delicto punietur. nam duæ vices in delictis faciunt conſuetudinem, vt l. nemo deinceps, C. de Epiſco. audient. hi qui bis, aut ſæpius violentiam perpetraſſe cõuincuntur conſtitutionum diualium pœna tenentur. Iudicem vero noſſe oportet, quòd graui infamia ſit notandus, ſi violentiæ crimẽ apud ſe ꝓbatũ diſtulerit, ſeu omiſerit, vel impunitate donauerit, aut mollioré q̃ preſtãda ſit, pœnã ꝓtulerit l. ſeruos, C. ad le. Iul. de vi. & ego Pariſijs iudex eo ſũ vſus cõtra Ioã. le hongre, aliàs Quezin q̃ cũ à cõmuni populo mihi exhibitus eſſet, & furti de re leuiſſima accuſatus, quęrẽdo alia plura delicta enormia, & latrocinia reperi: ob quę ad furcas mea ſententia eſt damnatus: & ea ſententia à ſupremo ſenatu ꝓbata die xiij. Iunij anno domini M.v^{c}. xxxiij.

B ❧ PER ſe autẽ dixit.) Si ſine interrogatione quis reſponderit pro interrogato habetur vt l. Si ſine, ff. de interrogat. nec eñ agit ex ſtipulatione vt ſit neceſſe

B Gnatho. Non, per ſe autem dixit, ꝙ poſt cœnã venit ad Milonem mercedem petiturus, exiuítque cum illis in viam: quò tamen inde receſſerit, non facile dixerim.

Solon. Quamobrem Anippus, Milo, Caligula, Thraſo illa die 10. Octob. in conſueto hoſpitio baliſtæ potius, q̃ in diuerſorio leonis argentei, longo interuallo diſtante cœnare maluerunt.

Gnatho. Quendam amicum ſuum conterraneum nobilem aduentaſſe, & illic moraturum referebat Milo, quem videre, & cum eo fabulari mirũ in modum affectabat: orauítq; Anippum, Caligulam, Thraſonem, vt ſe comitarentur, vnáque cœnarent.

Solon. Nũ tu, Milo, Anippus, Caligula, Thraſo, Irus, Ebrio, Nebulo, Paraſitus redeuntes à leone argenteo ad crucem Tiroueri collocatis inſidijs circa horam ix. veſpertinam irruiſtis in magiſtrum Chryſoſtomum Craſſum aduocatum, Ioannem Plutum, & Iulianum Xenium, eóſque pluribus letalibus percuſſos vulneribus ibidẽ reliquiſtis?

Gnatho. nihil omnino ex his nec vidi, nec audiui.

Solon. Num ſimiliter Dionyſiũ Dauum Craſſi amanuẽſem vulnerauiſtis,

& impulistis ad fugam?

Gnatho. Nihil minus.

Solon. Mentiris tuo more nequam, verum tam impudẽti mendacio non effugies.

Gnatho. Nequaquam mentior: nec tuis seueriſſimis me perterrefacies dictis.

Solon. Vis ne te ſubmittere teſtibus, qui aduerſus te, & alios flagitij participes teſtimonium dixerunt?

Gnatho. Teſtibus vitã meam nõ credã, niſi præclarè mihi perſpectis. Ibi vero percunctanti præpoſito ita reſpondit: éſtq; reductus in carcerem Gnatho.

¶ Dicta die.

EGo Ioan. Soló præpoſitus &c. Ferdinãdũ Paraſitũ nobilis Deſiderij Anippi famulũ Lemouicẽſem[A] annis triginta natũ, aut circiter, vti aiebat, in cõclaue ſecretioris examinis accerſi è carcere iuſſi, ab eóq; poſt iuſiurandũ exactè ſciſcitatus ſum cauſſas prehẽſionis, qua de cauſa, quóve delatore in neruo eſſet obuinctus?

Qui inſit ſe latere.

Qua die nouiſſimè Anippus herus in parui cerui diuerſorio Pariſijs prandit, & quibuſcum?

Inſit ix. die Octob. herum prandiſſe in illo parui cerui diuerſorio cũ gentili Girardo Milone amico etiam intimo, vnà cum Bernardo Thraſone, Claudio Caligula principis noſtri authoratis militibus.

Vbi illorum domicilium? quo ſe recipiant.

Inſit quatuor ex illis idem habere hoſpitium Pariſijs in via ad ſanctum Iacobũ ſub interſignio baliſtæ, & ſex exactos menſes, quibus Milo & Anippus, Thraſo, & Caligula ibidem morarentur.

Qui ſermones habiti, & quæ colloquia inter epulas Anippo & Miloni prandẽtibus in parui cerui diuerſorio?

Inſit ex tẽpore memorare nõ poſſe, quũ varij, & multi de varijs, & multis rebus.

An interloquẽdo inter eoſdem nõ obtinuiſſe cauſam in ſupremo ſenatu aduerſus Ioãnẽ Plutũ, Iulianũ Xeniũ, aſtu & verſutia magiſtri Chryſoſtomi Craſſi in eodẽ ſenatu aduocati explicauerit Milo, blaſphemijs indignè nominãs Chriſtũ: deierãs inſuper, ac minitãs vltionẽ iudicij, addénſq; Xeniũ, Plutũ, & Craſſum non alia, q̃ ſua dextera perituros ante effluxam hebdomadam?

Inſit Milonẽ in eo prãdio litis meminiſſe, & ſe in eavictũ iniquè, ac cõqueſtũ de aduerſarijs Xenio & Pluto, atq; maximè Craſſo, quo actore deciſa fuerat: propterea hos tres, vbivbi inueniret, malè mulctaturum.

Cur ipſe Paraſitus Plutum, Xenium, & Craſſum non commonefeciſſet: quum

f.iiij.

pcedere interrogationẽ: ſed ex prima cauſa, quam interrogationẽ ex confeſſióe preſumit iudex pceſſiſſe: ſic & ſi in inſtrumento aliquo inuenit promiſſio: nã preſumit interrogatio vt inſti. de inutilib. ſtipul. §. ſi ſcriptũ & gl. in d. l. ſi ſine. Interrogatũ enim nõ ſolũ à pretore accipere debem⁹, ſed étiã ab aduerſario d.l. ſi ſine §. j. etiã à patrono ſiue aduocato aduerſarij: cui forte aduerſarius tenetur reſpondere vt gl. d.l. Si ſine verbo ab aduerſario, & ff. ad le. Iul. de adult. l. ſi poſtulauerit. §. queſtioni, & l. de ætate, §. qui interrogatus, ff. de interrog. actio.

A LEMOVICENſẽ.) Natio cuiuſq; pnũciari debet. plerũq; eñ natio aut prouocat, aut deterret ĩteréſtq; nra ſcire nationẽ. nã preſumptũ eſt quoſdã bonos eſſe, quia nationis ſunt nõ infamatæ: quoſdã malos videri, quia ea natione ſunt, quæ magis infamis eſt, l. Quod ſi nolit, §. qui mancipia, ff. de ædilic. edict.

ſciret Milonem in illorum mortem coniuraſſe,ac vitæ inſidiari?

Infit nunquam exiſtimaſſe Milonem tam temerè rem confecturum, quam ipſe ira percitus comminaretur.

Vbi Milo,Anippus,Caligula, & Bernardus die x.menſis Octob.cœnauerunt?

Infit quatuor illos in diuerſorio Leonis argẽtei in vico ſancti Honorati ſimul cœnaſſe:quòd Milo audijſſet quendam nobilem conterraneum,& amicũ aduen-

Vtrum is nobilis illic eſſet? (taſſe,illícq; futurum.

Infit non fuiſſe.Verùm Milonem reliquos tres precatum Anippum, Thraſonem,& Caligulã, vt ibi cœnarent,qui annuerunt.

Qua hora illinc diſceſſerint?

Infit ſub nonam noctis horam.

Num meditatis inſidijs Milo , Anippus,Thraſo,Caligula illa hora Craſſum, Xenium, Plutum tranſituros iuxta crucem Tiroueri obſeruauerunt:prætereuntéſque inuaſerunt,atq; interemptos reliquerunt?

Infit tam atrox facinus ſe omnino ignorare.

Quinetiam rurſus à me ad verum dicẽdum inuitatus ea lege, vt facile veniã, & miſericordiam impetraret.

Infit lachrymans , atque ſuſpirans ſublatis in cœlum oculis , & manibus,quæ vera eſſe ſciret, vel audiſſet recenſuiſſe.

Num Plutum , Xenium , Craſſum ad crucẽ Tiroueri illa x.die Octobris interemptos ſciret?

Infit à multis audiſſe.

Num puderet tam manifeſti mendacij?

Infit nihil eſſe pudendum.

Num aſſentiri vellet hero Miloni, Thraſoni, Caligulæ, teſtibúſq; elogij de tali homicidio concepti?

Infit neſcire planè,quid eiuſmodi teſtes dixerint. Itaque redijt in carcerem. (Dicta die,

Bernardum Thraſonẽ principis noſtri militẽ Heluetiũ triginta annorũ,& erronẽ,vti inquibat, è carcere ad ſecretũ tribunal huiuſce præpoſiturę vocatũ data fide de dicenda,& cõfitenda veritate hoc modo rogaui:

Quis te reũfecit?quo accuſãte detruſ9ſis in cuſtodiã?qui búſve indicijs concepta in te & alios coniuratores elogia?

Neſcio ſanè, reſpondit: hoc ſolum affirmabo, quod certiſſimum eſt,iniquè me in vincula pertractum,indignè,nec pro meis in Remp.fortiter geſtis tractari.

Si noſceret Milonem,& à quo tempore?

Noſcere ſe fatetur quũ viſu, tũ cõſuetudine: quòd cũ eo, & Anippo in hoſpitio baliſtę in vico ad ſanctũ Iacobũ tres

Vbinã prehẽſus fuiſſet. (mẽſes,aut paulò minus egerit.

Heduis [A] ſe prehenſum à loci lictoribus, deinde adductum,& in carcerem in

A) HEDVIS.) Quæritur ſi iudex Heduenſis aliquam ſuſceperit noticiam de delicto aduerſus reum remiſſum, an iudex, ad quẽ eſt remiſſus reus, habeat ſtare his,quę facta ſunt à iudice remittente,& illius proceſſui cõſentire?Dic q̃ non,ſed poteſt de nouo facere proceſſum & de nouo crimen examinare,vt in textu, & ſecundum quod ei videbitur poterit reũ punire, vt in auteñ.de ſanctiſſ. epiſcopis, §.ſi verò crimen,colla.ix. nec confeſſio facta coram iudice incompetenti prodeſt ad aliquem condemnandũ,vt l.ij.C.ſi à nõ cõpet. iudic. & extra de iudic.cap.at ſi clerici.Barth. in l.diuus,ff.de cuſto.reo. & ſupra dixi,§. Ioãnes Vlpianus,in verbo rogamus, circa fiñ.

truſum die 15. Ianuarij.

Quæ abitionis cáuſſa ab hac vrbe Luteciana, & à quo tempore Heduos acceſſerat?

Pariſijs ſoluiſſe ſe viſendæ ciuitatis gratia menſe Octob. nouiſſime, diem tamen non tenere.

Num prandio adfuiſſet in diuerſorio parui cerui Pariſijs cũ Milone, & Anippo, & quæ inuicem inter ſe ſunt collocuti?

Eodem menſe Octob. cum Milone, Anippo, & Claudio Caligula principis legionario, & collega in illo diuerſorio parui cerui prandiſſe non inficiatus eſt: cæterum immemor colloquiorum vltro citrò q; habitorum.

Num illo prandio excitatus eſt ſermo de quadam controuerſia in ſupremo conſeſſu iactata inter Milonem, & Iulianum Xeniũ, Ioannem Plutum, in qua ip ſe Milo induſtria, & acumine Chryſoſtomi Craſſi in eodem conſeſſu patroni victus fuerat?

Excitatum affirmauit, atq; adeò, vt Milo non ſit veritus huius tam iniuſti flagitij vltionem promittere.

Num Milo illos Xenium, Plutum, & Craſſum primo quoq; tempore, etiã ante finitam hebdomadam occiſurum iactarit?

Id à Milone iactatũ putare ſe reſpõdit, iactantémq; tum monuiſſe deũ vltorẽ fore, qui iniuriarũ omniũ æquus eſt vindex, atq; optimus.

Vtrum 10. die Octobris ipſe inuitatus ſit cum Deſiderio Anippo, Claudio Caligula ad cœnam in diuerſorio Leonis argentei, Pariſijs in vico ſancti Honorati, & quæ fuit inuitandi cauſſa?

Inficiari non poſſe quin cœnauerit illa die cum Milone, Anippo, nonnulliſq; alijs in dicto diuerſorio, quos illò oẽs, vt fit, perduxerat inſignis vini fama. Nam illic ferebatur vi num vænire ipſo nectare, potúq; deorum ſuauius.

An peracta cœna circa horã 9. ipſe cum Milone, Anippo, al iſq; conuiuis per inſidias quaſi facto agmine irruiſtis in magiſtrũ Chryſoſtomũ ſupremæ curiæ patronũ, Dionyſium Dauũ eius ſeruum, Ioannem Plutum negotiatorẽ, Iulianum Xenium ciues omnes Lutecianos iuxta crucem Tiroueri: nec cędendi finem feceritis, quandiu ſenſiſtis ſpirare?

Tũ ad hæc rogata hæſitans, cunctabundus, impalleſcens, ac ſurſum aſpiciens negat huic cædi interfuiſſe, nec recuſat laqueo ſuſpendi, ſi tanti ſceleris conſcius comperiatur.

Num ſciat Craſſum, Xenium, Plutum his vulneribus interijſſe?

Illos vnq̃ aut vidiſſe, aut cognouiſſe [B]it inficias: niſique

f.v.

B AVT cognouiſſe) Hic enim reꝰ eſt in aperto mẽdacio vt infra patebit, ideo quęritur an pro temporali vita alicuius ſit mẽtiendũ? dic q̃ nõ ſecundum Hiero. Nam cũ Abraham deſcendẽs in Aegyptũ rogaſſet Sarram, vt ſororem eiꝰ ſe eſſe mentiret, dicens noui quidẽ q̃ pulchra ſis mulier, & q̃ cum te viderint Aegyptij, dicturi ſũt, vxor illius eſt: & interficiẽt me, ſeruabũtq; te. dic ergo obſecro te, & viuat anima mea ob gratiam tui. ſed Abraham nõ mendacium dixit, ſed verum taceri voluit, vt c. vtilem, xxij. q. ij. nunquam ergo pro cuiuſq; temporali vita mentiendũ eſt, nec qualibet fallacia vita alicuius defendenda eſt, vt c. omne genus, & cap. ſi quis ad te dic. xxij. q. ij. rea enim mens ream linguam facere nõ debet, vt c. quæritur, §. epiſcopus vero, d. xxij. q. ij. vide totam. q.

ita ſit ſupplicium quamuis inauditum, & durum ſubire non detrectat.

Hunc quum certis ſignis, atq; argumentis necis participem intelligerem, quò facilius ad cõfeſſionem perducerẽ, ignoſciturum illi me ſpopõdi, ac veniã daturũ, nec ſummo iure cum eo vſurũ: ſed miſericordia,[C] & æquitate, q̃ ſperarẽ illum ad frugem rediturum, antea non peccaſſe, nec poſtea peccaturum.

Ipſe lachrymis oppletus, flens, eiulãs in me conuerſus orat iunctis manibus, genibúſq; flexis veniam, & vitã: quod ſi concederem, nihil me celaret.

Quod quũ tribuiſſẽ, fatetur illi⁹ diei hora. 9. exiſſe, vnà cum Milone, Anipo, Caligula, diuerſoriũ, leonis argẽtei: eundo, Milonem dixiſſe ſibi Craſſum, Xenium, & Plutum obſeruatos, breuiq; hac redituros à cœna: oraſſe præterea comites, ne ſe deſererent: ac imploraſſe eorum auxiliũ ad eoſdem cẽdendos[D] Craſſum, Xenium, & Plutum eam gratiam in perpetuum habiturum, deinde id omnes denegaſſe, ſed tantum promiſiſſe opem, & illum pro virili ſũma defenſuros, ſi qui ei vim afferrent. Puncto temporis Craſſum, Xenium, Plutũ iuxta crucem Tiroueri famulo Craſſi ante eos facem accenſam geſtante præteriſſe: Atq; in illos, vbi primũ cõſpexit Milonẽ ſtricto enſe acvibrato cucurriſſe, quoſcunq; potuit, attigiſſe: cui quũ fortiter reſiſteret Dauus Craſſi famulus educto pariter gladio, vnà omnes, qui bene vellemus Miloni, furore concitos in Dauum, Craſſum, Xenium, & Plutũ inuolaſſe, vibraſſe, proſtraſſe, humi proſtratos vulneraſſe,[E] demũ occurrentibus, & lumen afferentibus vicinis

ideo eſt notandum, q̃ quãdo quis interrogatur de ſe & confitetur, tunc talis cõfeſſio eſt validior ſine tormentis, q̃ cum tormentis, vt d.l.j.§.ſi quis vltro, ff. de quæſtio. Quandoq; autem quis interrogatur de alio tantum, & tunc eſſet validior confeſſio facta cum tormẽtis, vt in auẽ. de teſt. §.j. & l. cum probatio, §.j. ff. de teſtib. Quãdoq; quis de ſe, & alijs interrogat ſimul, vt hic: tunc debilior eſt cõfeſſio cum tormentis, ſecũdũ Bart. in d.l.j.§. quæſtioni, ff. de quæſtio. an autẽ cõfeſſiõi rei adhibẽdi ſint teſtes? reſpon. q̃ non videtur neceſſe cum actis ſine teſtibus ſit credendum, arg. C. de donat. l. in donationibus. Sed tutius eſt, q̃ adhibeantur ſaltem duo teſtes, vt ff. de teſtib. l. vbi. Sufficit ergo alterum, vt quis ſponte confiteatur crimẽ, vel ſit teſtibus ſuperatus, vt l. qui ſententiam, C. de pœnis. Nã vbi quis metu probationũ profitetur crimen, talis habetur pro conuicto, vt d. glo. in c. ſi quis preſbyter, in verbo, cõfeſſi xxiiij. diſt. Interrogatus ergo ſponte confitens delictum à ſe commiſſum, cõmunis eſt opinio, q̃ ſtatim eſt carcerandus, & ſine alia probatione vel præſũptione damnãdus, vt C. de pœnis, l. cũ reis, & ff. de cuſto. reo. l. ſi cõfeſſus, & ſtatim cõdemnatio exequẽda in graui crimine, vt l.j. ĩ prĩc. ff. de cuſt. reo & l. ſi. eod. & meli⁹ in l. ſi quis in hoc genus, C. de epiſc. & cleric. niſi in caſu, qñ ſeuerior pœna eſt imponẽda iuſſu principis vltra modum regulare. Nam tunc plus differtur ſcilicet per xxx. dies. an interim princeps velit mitigare pœnam, l. ſi vindicari, C. de pœnis. quantũ vero ad actionẽ legis aquiliæ, ſi damnũ quis per in-

c MISERICORDIA.) Temporibus enim in res nugatorias cõſumptis ſerius ad miſericordiam quis redit, l. quis ſit fugitiuus, §. erronẽ. ff. de edilic. edict.

D AVXILIVM ad eoſdem cẽdendos.) Vbi aliqui habuerũt colloquiũ, & tractatum Pariſijs de occidendo aliquos, licet nõ ſint iuriſditiõis iudicis in prouincia, in qua tractauerunt de homicidio, poſſunt tamen puniri de homicidio p̃ eos poſtea admiſſo per iudicem loci, in quo tractauerunt, licet alibi occiderint, per tex. & Bartho. in l. & ſi amicis, §.j. ff. ad leg. Iul. de adult. ibi, ſed & ſi in domũ aliquam ſoliti fuerint conuenire ad tractandum de adulterio, &c. vnde iſtud delictũ habet neceſſariã cauſam ad ſui principium, videlicet ad tractatũ. Igitur ad eum refertur, & de principio iudicam⁹ ſicut de fine, l. damni, ł.j.§. ſabini, ff. de damno infect. vbi dicitur, q̃ vbi finis habet neceſſariam conſequentiam ad principiũ inſpicimus principium. Itaq; vbi tractatus eſt habitus de occidendo aliquos poſtea occiderunt, præſumitur q̃ fuerint ſecuti tractatum, & q̃ ita fuit ordinatũ inter ipſos, licet teſtes de fine ordinationis dicant ſe neſcire, ad hoc facit quod not. Bart. in l. qui aliena, §. cum itaq;, & Bal. in l. multum intereſt, col. viij. C. ſi quis alteri, vel ſibi Idem Bart. in l. ſi vt proponitur, ff. de fideiuſ.

E VVLNERASSE.) Hic reus ſponte confitetur crimen ſine tormentis, quę confeſſio præiudicat, & ſufficit vnica confeſſio, nec eſt opus q̃ reiteret, vt not. in gl. & Bar. l.j.§. quęſtioni, in prinẽ. ff. de quæſt. & idem Bart. in l.j. nu. 5. ff. de cuſt. & exhib. reo. ĩterrogat⁹ eſt autẽ de ſe, & ſocijs ſimul,

juriam dediſſe probetur, quod negat, dupli procedit condemnatio, vt l. contra negãtẽ, C. ad leg. aquil. & arg. auẽ. contra qui propriam, C. de non nu. pec. & l. inde Neratiꝰ. §. fi. ff. ad leg. aquil. & ideo propter inficiationem creſcit condemnatio, vt Inſti. de obli. quæ ex quaſi contrac. §. fi. & d. l. contra negantem, & venit etiam quis puniendus ratione mendacij, l. pe. ff. de rei vendic. & C. qui potior in pigno. habeãtur, auẽ. Item poſſeſſor, & glo. in dic. auẽ. contra qui propriam. Si vero reus negauit primo, & poſtea confitetur, antequam conuincatur de mẽdacio, euitat pœnam dupli. Ita tenet Barth. & Bal. in dicta auẽ. contra qui propriam, C. de nõ numerat. pec. interrogatus ergo in iudicio ex ſua reſpõſione, vel confitendo, vel mentiendo ſeſe onerat, l. iij. ff. de interrogat. actio. Confeſſus itaq; pro iudicato eſt: quia quodammodo ſua ſententia damnatur, l. j. ff. de confeſſ. proprie tamen nõ damnatur, quia nemo in ſua cauſa ius ſibi dicere poteſt, vt l. j. C. ne quis ĩ ſua cauſ. iudic. vel ius ſib. dic. improprie vero dãnat ſua ſententia, vt l. quæſtionem, quę eſt fiñ. C. de fidei commiſ. ibi, & eum ad ſatisfactionem compelli, cũ ipſe ſibi iudex, & teſtis inueniatur, cuiꝰ religio, & fides à fidei cõmiſſario electa eſt, nullis teſtibus, nulliſq; alijs aduenticijs probationibus requiſitis, & l. poſt rem, ff. de re iudic. & l. fi. ff. de ceſſio. bono. & C. de excep. rei iudic. l. fiñ. Confeſſiones igitur in iure pro iudicatis haberi placet, quare ſine cauſa deſiderare quis non debet recedi à confeſſione ſua, cum pro iudicato habeatur, l. vna, C. de confeſſ. qui tamẽ

nos hinc mouiſſe, aufugiſſéq; præcipites: ſequenti die ante lucẽ migraſſe Rothomagum, vbi prehenſus eſſet.

Nũ credere vellet teſtimonijs aduerſus eum, & ſocios dictis?

Non crediturum ſe prius reſpõdit, q̃ teſtes cognouiſſet. Et hęc quidem locutus, ac confeſſus redijt in carcerem.

Dicta die,

COrã nobis prænominatis præpoſito &c. in dicto conclaue cõſilij exhibitus eſt à ſuo carcere,

Andreas Irus cerdo Pariſiẽſis, ætatis viginti ſex annorũ, vt dicit, præſtito iuramento interrogatꝰ ſuper cauſis ſuæ exhibitionis, & prehenſionis.

Dixit ſe inſcium.

Si agnoſcat nobiles Girardum Milonem, Deſiderium Anippum, Bernardũ Thraſonem, Claudium Caligulã, Egidium Gnatonem, Ferdinandum Paraſitum, Henricum Nebulonem, & Iacchũ Ebrionem, & à quo tempore.

Dixit illos nõ cognouiſſe præter Girardum Milonem, quem viſu tantum cognouit à tribus diebus, q̃ eius nomine baiulauit certas ſarcinulas ab hoc tempore à quadam cymba ex flumine Sequana in hoſpitiũ, & cauponam baliſtæ vico ſancti Iacobi: pro vectura quarum non eſt adhuc prẽmium conſecutus, cum ſciret illum à paucis diebus eſſe in alia caupona ſub interſignio leonis argentei vico ſancti Honorati Pariſijs, illuc ſe tranſtulit pecuniæ poſcendę cauſa: quam cum ſibi ſoluere renuiſſet, eum per vicum ſequebatur repoſcens debitũ, hoc tempore ferè circa horam nonam veſpertinam vidit eundem Milonem, & nonnullos alios ſibi

errat in facto, non videtur fateri, ſi probet contra vſque ad ſentẽtiam, poſt ſententiam vero non eſt exceptioni, & reuocationi locus: nec redditur iudicium retro nullũ ex erronea cõfeſſione, cum ſit irreuocabilis, l. cum putarem, ff. familię herciſc. & l. error, C. de iur. & facti ignor. ſed hoc in ciuitatibus, vtd. iuribus. ſic etiam in criminalibus hoc idem obſeruatur, maxime in actiõe legis aquiliæ, cum ſi quis cõfeſſus fuerit hominem occidiſſe, licet non occiderit, ſi tamen occiſus ſit homo, ex cõfeſſione ſua tenetur, l. ſi is, ff. de confeſſ. & hoc ſi interrogetur in iure, vt ſupra dixi. Dicuntur autẽ interrogationes, & confeſſiones fieri in iure vbicunque fiunt coram iudice, licet pro tribunali non ſedeat. ius enim eum ſolum locum eſſe cõſtat, vbi iuris dicendi, vel iudicandi gratia conſiſtat, vel ſi domi, vel in itinere, hoc agat, vt l. voluit prætor, §. quod ait prætor, ff. de interrog. actio. hoc tamen verum in his, & ſimilibus, quæ cauſę cognitionem nõ requirũt ſecundum Cy. in l. j. C. de Confeſſ. in iij. aliàs iiij. q. Quæritur an in atrociorib⁹ delictis falſa confeſſio facta per reum de homicidio perpetrato noceat, ad hoc vt ex delicto poſſit cõdẽnari, quia pſeuerauit in confeſſione? Dic q̃ ſola confeſſio nõ nocet, nec poteſt quis ex ea condemnari, niſi ſuperſint alia indicia, aut probationes, vt l. j. §. ſi quis vltro, ff. de quæſtio. vnde ſi ex tali cõfeſſione reus eſſet condemnatꝰ per iudicem, poſtea ei qui nocens putabatur, ratio innocentiæ conſtiterit, iudicẽ ſcribere principi oportet, vt reſtituatur reꝰ, cum ipſe prę ſes ꝓuinciæ reſti-

tuere non poſſit, cum nec etiam pecuniariam ſuam ſententiam reuocare poſſit, vt d.§.vltro, in fi.

A FVGERE cepit.) Iſte Andreas Irus videtur audiri debere ad probandas ſuas defenſiones antequam procedatur ad vlteriora, cum de facili hoc fieri poſſit, cum hic agatur de damno irreparabili, ſecundum ea, quæ not. in l.ij.ff.de appel. recip. artic.xx. affert illud ſtatuti regij nouiſſimi art. cl. *Si non que la matiere feuſt de ſi petite importance, que apres les parties ouyes en iugement, l'on deuſt ordonner qu'elles ſeroiēt receues en proceʒ ordinaire, & leur preſiger ung delay pour informer de leurs faictʒ, & ce pendant eſlargir l'accuſé a caution limitee ſelon la qualite de lexceʒ, & du delict, ala charge de ſe rendre en leſtat auiour de la reception de lēqueſte.* Vbi igitur crimen non eſt probatū plene, vel ſemiplene per informationes, neq; per cōfeſſionem, adeò q; æquum ſit reum iuſtificari per ſuas defenſiones, ad hoc debet admitti: quia defenſio eſt de iure diuino, & naturali, & humano permiſſa, & debet iudex concedere dari copiam titulorum, & reſponſionis reo, vt c.qualiter & quando, le ij.§. debet, extra de accuſa. & l.is apud quem, cum ibi not.C. de ædend.

B REDI.) Ideo eduntur fiſco, vt ſi rei profiteantur ſcelus ex cōfeſſionibus, idē fiſcus ius ſumere poſſit ſine repetitione, & cōfrontatione teſtium. Nam ſufficit alterū de duobus, aut voce ꝓpria vitiū, ſcelúſq; reos confiteri, aut teſtibus ſuperari, l.qui ſententiam, C.de pœnis. Ideo ſi voce propria quis metu probationū prōfitetur crimē, habetur pro conuicto, vt ca.ſi quis preſby. in glo. in verbo, cōfeſſi. xxiiij. diſt. Tunc etiā debent ēdi confeſſiones cō querentibus cauſa dādi libellū, ſcilicet concluſiones in obnoxios: quia in cauſa criminali, quæ eſt magni ponderis, vel præiudicij, debet dari libellus in ſcriptis, vt l.ſi filius, & ibi Barth. ff.de iudic. & l.ſi iudex, ff.de variis, & extraord.cognit. & Inſti.de oblig.quæ ex quaſi delicto. in princ. Et ſic quilibet dabit libellū ad ſuos fines, ſcilicet fiſcus ad finem publici intereſſe, vt l.omnes, de delato. lib.x.C. & l.fiñ.C. de iniur. & delatores ad finem priuatum, vt l.licitatio, §.quod illicite, ff.de publi. & vect. & §.pœna, in fi. Inſt. de iniur. & l.j.§.ſpectat, ff.eodē. Si vero rei inueniantur minus profeſſi, conquerētes vel fiſcus poſſunt poſtulare teſtium confrontationem reis faciendam, cum primum non videatur eis ſufficere. Quadrat. Statutum nouiſſimū domini noſtri regis Franciſci art.cxlvij. in hæc verba: *Et apres leſdictʒ interrogatoires parfaictʒ, & paracheuez, & mys en forme ſeroit incontinant monſtrez & communiquez a noſtre procureur, qui ſera tenu les ueoir a toute diligence, pour auec le conſeil de ſon aduocat y prandre les concluſions pertinentes.* Et ad id facit l. omnes, de delatori. lib.x.C. vbi cauetur id quod in caſum cecidit ex delicto, & legibus, & recto iuris ordine fiſci aduocatis agentibus vindicari debet, pœna contra facienti imminente. Sequens autem ſtatutum art. cxlviij. eſt illud: *Et ſil treuue les confeſſions de laccuſé eſtre ſuffiſantes, & que la qualite de la matiere ſoit telle, qu'il puiſſe & doibue prendre droit par icelles, il communiquera leſdictes confeſſiōs a la partie priuee, ſ'aulcune ya, pour ſcauoir ſi elle ueult ſemblablemēt prādre droit par icelles: pour ce faict bailler les dictez concluſions par eſcript aleurs fins reſpectiuement, & icelles eſtre cōmuniques al'accuſe pour y reſpondre par forme de attenuation ſeullement.* Nā deſēſores vti debent extenuatione ad minuendam cauſam, cap.nullus, iij.q.iiij. ad ſupra dicta. Quadrat ſequens ſtatutum ar.cxlix. in hęc verba: *Et ſ'ilz ou lung deulx ne uouloit prādre droit par les dictes confeſſions, ſera incontinant ordōne que les teſmoingtʒ*

ignotos enſibus ſtrictis in quoſdā prętereuntes inſultare: quo viſo timore perritus, ipſe fugere cepit [A] baculum ligneum tantū manu gerens, nec abhinc vidit prælibatum Milonem.

Si ſciat prædictū Milonē aliquos tūc occidiſſe, & ſi ipſe præſens erat.

Dixit nequaquam vidiſſe, omnibus ſe ſuper hoc deponere volentibus ſubmittere velle. Et plus nec aliàs dixit. ideo remiſſus ad ſuum carcerem

Interrogatis reis iubet iudex interrogationis acta regijs procuratori, & aduocato, ædi, [B] qui ſi crimen ſola reorū cōfeſſione probatum iri compererint, accuſatoribus eadem illa acta exhibebunt, vt videant, an ex his ius ſibi reddi velint. Quare ſi vterq; publicus, & priuatus perſecutor in confeſſione reorum ſtatum cauſæ, ac litis ſummam ponent, petitionē ſuā ſeorſum libello proferent, præſtitutóq; die rei per extenuationē reſpondebunt. Contra verò vbi rei crimen inficiantur, vel accuſatores ex confeſſis ius ſibi metiendum nolint, rei extra ordinē peraguntur, reuocantur indices, & cum reis committūntur ſequenti forma.

Teſtium reuocatio, ſiue recolamentum.

Die 18. menſis Ianuarij anno domini 1540.

A me Ioanne Vlpiano domini prępoſiti Pariſienſis vicario in conclaue

ſeront amenez pour eſtre recolez, & confrontez audict accuſé dedans le delay, que ſurce ſera ordonné par iuſtice, ſelon la diſtãce des lieux, & qualite de la matiere, & des parties. Et adhuc art. clj. *Et ſi dedans le delay baillé pour amener teſmoingtz, & les faire confronter, ou pour informer comme deſſus nauoit eſte ſatiffait, & fourny par les parties reſpectiuement, ſera le procez iuge en leſtat qu'il ſera trouue apres ledict delay paſſe, & ſur les concluſions, qui ſurce ſerõt promptement prinſes & bail lees par eſcript de chacun coſte, & a chacun aleurs fins, ſi non que pour grande & urgẽte cauſe lon donaſt aultre ſecond delay pour faire ce, que deſſus, apres lequel paſſe ny pourrõt iamais retourner par relieuement ny aultrement.*

A REVOCATVS.) Poſſunt teſtes repeti parte abſente, & non vocata, per iudicem ordinarium, quando fuerunt per alium audi ti, & examinati: nec poterit opponi, q iam teſtimonium ſuum dederint, vt l. fi. quæ non reperitur alibi ſecundum Paul. de caſt. C. de teſtib. iuncta glo. ibi in verbo, iterum. Et denuo iurabunt, vt ibidem. & ideo hoc obſeruatur de conſuetudine, vt ex integro audiãtur teſtes: quia non omnes ex fide bona elogia cõſcribere compertum eſt, l. diuus, ff. de cuſto. reo. In criminalib⁹ vero, in quib⁹ de magnis eſt periculũ, & pœna in ſupplicio conſiſtit ſupra relegationem omnib⁹ modis teſtes apud iudices repreſentãt: & quę ſunt eis cognita edocere debẽt, vbi & tormentorũ forſan erit opus, & omnibus alijs obſeruationibus, vt ſcilicet expectent quamdiu teſtimoniũ reddant ſumptibus producentis, vt in auẽ. de teſt. §. & quoniam, iuncta glo. in verbo obſeruationibus, col. vij. & l. quoniam &, auẽ. apud eloquentiſſimum, C. de fid. iſtru. nec alteri poteſt iudici repetitio delegari. Nã cauſæ meri, vel mixti imperij non poſſunt delegari, vt l. j. ff. de offic. eius cui mandat. eſt iuriſd. Quod tamen verum eſt, niſi ex iuſta cauſa, vt puta ſi teſtes ſint alterius territorij, vel niſi iudex eſſet impeditus iuſto impedimẽto infirmitatis, vel abſentiæ, vel alia iuſtiſſima cauſa: quia tunc poſſet demandari alteri iudici teſtium examinatio, & valeret ſecundum Angel. de malefic. in verbo qui iudex ſtatuit terminum, nu. 23. alleg. Cy. & Bal. in dic. auẽ. apud eloquẽtiſſimum, C. de fide inſtru. Vbi etiam teſtis abeſt, videtur q iudex ad eum mittere debet aliquem de ſuis miniſtris ad recipiendũ iuramentum teſtis, & depoſitionem. Nam reuocari teſtẽ teſtificandi cauſa onoſum eſſet: quippe ſæpe cum magna captione à rebus noſtris reuocamur, & eſt iniquũ, damnoſum cuique eſſe officium, l. ſed ſi quis ex ſignatorib⁹, ff. quẽ admo. teſta. aper. & C. de epiſcopis, & cleric. auẽ. ſed iudex. vel poteſt iudex cõmittere examen teſtis iudici illius terræ, vt glo. in d. l. ſed ſi quis ex ſignatoribus, in verbo, ſua, & in auẽ. de teſtib. §. & quoniã, coll. vj. Et hoc in ciuilibns, in criminalibus autem ſecus, qa ĩ criminali cauſa teſtes omnib⁹ modis apud iudicẽ repræſentãdi ſũt: vbi forſã & tormentorũ erit op⁹, & alijs obſeruationibus, vt d. §. & qm̃, ĩ fiñ. & d. auẽ. apud eloquentiſſimũ, C. de fide inſtru. hoc intellige, quãdo confrõtationibus, ſiue cõmiſſionibus teſtiũ eſt op⁹, ſecus vero, quo ad ſimplex examen teſtium, quod alteri iudici poteſt committi ſecundum dicta Angel. de malefic. prę allegata. Et aduertendum eſt, q vbi teſtis fuit primo examinatus, & ĩ repetitiõe detrahit à ſua prima depoſitione, vel varie loquitur, primo dicto teſtis credendum eſt, & nõ ſecundo in contrariũ prolato, vt c. per tuas, extra de probat. ibi minus indignũ eſt, vt q ſua quiſq voce dilucide proteſtat⁹ eſt, id in eundẽ caſum proprio valeat teſtimonio infirmare, & l. generaliter, C. de nõ numerat. pecu. & glo. in d. c. per tuas, in verbo infirmare. Et ideo teſtis, qui falſo, vel varie teſtimoniũ dicit, vel vtriq parti prodiderit, à iudice cõpetenter punitur, vt iiij. q. iij. c. ſi teſtes, §. q falſo. Dic q cauſæ meri imperij vbi extraordinarie proceditur, quantum ad cognitionem cauſæ, ſcilicet quo ad interrogatoria, poſſunt legato cõmitti, non autẽ quantum ad deciſionem cauſæ, vt tex. for. in l. ſolet, ff. de offic. proconſ. & leg. vbi dicit textus, Solet etiam cuſto-

conſilij forenſis reuocatus [A] cõparuit Appelles Cous pictor in vico ſãcti Honorati pingẽs, primus teſtis in elogio, inſtantibus dictis conquerentibus concepto contra dictos reos carcere incluſos, examinatus, qui iuramento, in talibus requiſito & aſſueto, præſtito, teſtimonium quod in illo elogio dixerat attente auditum & accurate intellectum, quemadmodum affirmabat, ita auxit, vt diceret audiſſe dictum defunctũ magiſtrum Chryſoſtomum Craſſum, dũ vapularet, clamantem, ac vociferantem, domine Milo quid vnquam in te commiſi, quid feci, aut cõmerui, quid me cædis, vel concutis? Percuſſores verò non nouit, quorum blaſphemias in deum Opti. max. ſæpius iteratas tunc audiuit. Cætera conueniunt, nihilque vel addidit, vel detraxit ſuperioribus.

Lucius Licinius tonſor Pariſijs in via ſancti Honorati tonſtrinam incolens ſub interſignio elementorum, in dicto elogio teſtificatus ſecundo loco, vocatus adfuit in illo conſilij concla-ue: Cui poſt ſacramentum legitimum, & tactis ſacroſanctis Dei euãgelijs ſolenne, recitatũ eſt teſtimonium, ex quo

diarum cognitionem mandare legatis,ſcilicet,vt præauditas cuſtodias ad ſe remittant,vt innocentē ipſe liberet. Sed hoc genus mandati extraordinarium eſt. Nec enim poteſt quis gladij poteſtatem ſibi datam, vel cuiuſpiam alterius correctionis ad alium tranſferre.Nec liberandi igitur reos ius habet cum accuſari apud eum non poſſint, vt l.diuus,ff.de cuſto.& exhib. reo. Ideo vbi teſtes fuerūt primo examinati in informationibus per irenarchā,aut graffarium.vt ſ.in textu poſt interrogatorium reorum per iudicem factū, niſi rei fateantur delictum,debent iterum dicti teſtes à iudice audiri , & repeti ſiue recoli abſente reo accuſato,vt l.diuus la.ij.ff.de cuſto.& exhib. reo.Nam iudex non habet ſtare his , quæ per alium,quàm per ſe facta ſunt,vt in auē.de ſanctiſſ.epiſcopis,§.ſi vero crimen,col.ix.Exigítque iudex de nouo à teſtibus iuſiurandum,datáque eſt iudici licentia recipiendi iuramē ta teſtium in abſentia partis delatæ ſiue accuſatę,quo ad inſtructionem proceſſus ſecundum Bal.in d.l.ſi quā do,C.de teſtib.alleg.in ar.l.Herennius,in princ. ff. de euictio . ſine quo iuramento fides teſtibus adhiberi non poſſet,l.iurifiurandi, C. de teſtib. Et poſt præſtitum iuramentum iudex habens præ manibus informationes legit,ſiue recolit, aut repetit depoſitionem cuiuſlibet teſtis in eius præſentia ſeparatim ab aūjs , & in ſecreto,ne vnius depoſitio per aliam fabricetur, vt per Danielem inductum eſt,vt c.nos,§.Item Daniel, ij.q.vij.& Daniel.xiij.c.& Spec.in tit.de teſte, §.nunc tractandū, in princ.& ſ.dixi in §.querimonia ī verbis finalibus,in glo.verbo ſeparatim. Idem ex conſtitutione nouiſſima art. 153. ad hunc modum: *Quant les teſmoingtz compareſtront pour eſtre confrontez,ilz ſeront incontinent recollez par les iuges,& par ſerment en labſence de laccuſé.Et ſurce qu'ilz perſiſterōt, & qui ſera ala charge de laccuſé,luy ſeront incontinent confrontez ſeparement, & apart,& lung apres lautre.* Et ſi dicti teſtes in ſua repetitione aut recolamēto,aliquid addāt, vel detrahāt à prima depoſitione releuant aut aggrauant reos accuſatos,vt c.per tuas,& ibi Abb.extra de teſtib. Nam poſſunt corrigere dicta , & depoſitiones ſuas à prima depoſitione ante publicationem,& confrontationem, nec habent docere de errore,vt Abb.in cap.præterea, extra de teſtib.cogend.vel antequam teſtes locuti fuerint cum parte producēte ſecundum Innoc.in c. cum dilecti,extra de accuſat. Et eadē die qua dēpoſuerunt poſſunt ſe corrigere priuſquam fuerint locuti cum altera parte,ſecus autem ex interuallo, vt auē.at qui ſemel,in glo.in verb.productionem,C. de prob.& cap. præterea ſi teſtes,§. fi.extra de teſtib. cogend. vbi cauetur,quorum teſtimonia ſi quandoque non ſtudioſe, ſed in proferendo errauerint,& ſe incontinenti correxerint, reprobari non debent. Secus autē erit , ſi correctioni ſuæ interpoſuerint interuallum, & glo. ibidē in verbo,incontinenti, dicit quòd in eadem inſtantia udicij,antequam loquatur teſtis partibus,vel antequā recedat à præſentia iudicis , poteſt corrigere dictum ſuum:quia poſtea ſubornatus pręſumitur,& quòd hoc poſſet intelligi habito reſpectu ad qualitatem perſonæ,vt ſic poſſit corrigere, vel addere, etiam ex interuallo. Qualiter autem intelligatur incontinenti dicta glo.all.l.cōtinuus act⁹,ff.de verbo.obli. & ff.de adul. l.qđ aitlex.§.vlt.in fi.& extra de elect.ca.quia ꝓpter. Iudex tamen circa dictum teſtis debet diligenter attendere modum,& cauſam correctionis,vt d.ca. cum dilecti,& d.c. pręterea.Nam niſi iudex cognoſcat teſtem probabiliter ſe poſſe corrigere,teſtis ĩcidit in ſuſpicionem,& vacillationem,vt l.in teſtibus,ff.de teſti. Et tunc teſtis efficitur de foro iudicis,coram quo teſtificatur:quia vbi inuenitur periurus teſtis in officijs teſtificationis, nō habet aliquod priuilegium,nec immunitatē propter quam poſſit euitare pœnam pro motu iudicis imponendam, vt l.nullum,C.de teſt.aut quinorqueatur,vt d.auē.apud eloquentiſſimum,C.de fide inſtru.Nam in libero etiam homine in teſtimonio vacillante quæſtionem haberi oportet, vt l. ex libero,ff. de quęſt.vel cū facto interfuiſſe dicit, q̄ aliàs ĩterfuiſſe diffiteť,vt l.vnius,ff. eodē. Graffarius autē debet omnia conſcribere,vt c.quoniam contra falſam, extra de prob. Etiam ſcribere qualitatem vacillationis, vt quia teſtis trepidauit,vel mutauit colorem in facie. Omnia iſta ſunt ſigna quaſi falſi teſtimonij,vt Innoc.in d.cap. quoniā contra falſam,&Bal.in l.preſbyteri,C.de epiſc. & cleri.& aliter hoc relinquitur arbitrio iudicis inquirendū,vt ff.de quæſt.l.de minore,§.tormēta.Plura autem indicia non requiruntur ad hoc, vt teſtis torqueatur, dum modo ſubſit iuſta cauſa , ſcilicet q̄ ſit vilis perſona.Bal.in l.milites,C.de.Quęſtio.allegat.l.interrogari,eodem,vel q̄ teſtis vacillet,vt ny.in c.ſine culpa de regul.iur.in vj. Vel quòd teſtis præſumatur ſcire veritatem,quam tacet,vt ff. de adult.l.ſi poſtulauerit,§.pe.l.fi.C.ad leg.cornel. de ſicar. Non autem venit teſtis aliàs torquendus conuincendi mendacij, aut veritatis gratia,niſi cum facto interueniſſe dicitur , vt d.l.vnius,ff.de quæſtio.q̄ ſi teſtis torqueatur,ſtatur vltimo eius dicto cum tormentis habito,vt Bartho.in l. eos qui,ff.de falſ.ratio ſuadet: quia quæ tormentis, & igne fatigatus dicit, aut fateť reus,veritas ipſa dici videtur,ſi perſeueret,etiam ſi teſtis in alīū torqueatur, vt teſtis,vt glo.in l.edictum.ff. de quæſtio. Sed quæro, quid ſi teſtis dicat aliter dictum, quàm ſcriptum, cui magis ſit credendum an graffario, an teſti ? Dic q̄ vnus ex teſtibus neceſſarijs aſcriptis inſtrumento contradicens facit inſtrumentum vacillare,vt l.j.§. fiñ.ff. quēad.teſta.aper.Vnus ergo teſtis auditur,vt ca.iij.cū glo.in ver.clerici,extra de procur.& vox vni⁹inducit ſuſpicionē,vt l. Theopōpus,ff.de dot. prælegat .niſi ſint alij teſtes ſufficiētes,vt glo.in d.l.j.§. fi.ff. quēad modū teſt.aper.Scripturę ergo veritas,ſi res popoſcerit per ipſum debet probari auctorē , ſcilicet tabellionē,l. ſi quis decurio.C.ad leg.cor.de falſ.A liàscū tabellio ſit iurat⁹, cum eius ſcriptura inuenitur in actis publicis circa iudicia,licet nō habeat teſtium ſubſcriptionem creditur ei, vt C. de fide inſtru. auē. ad hæc. & glo.in cap.quoniam contra falſam,extra de probat. & hodie de conſuetudine ad abundantiorem cautelam iudices ſolent imò tenentur acta,& proceſſus criminales ſigni ſui,aut chirographi munimine compro bare vnà cum ſcriba,aut graffario.

A NON recordaretur.) Teſtis in ſua repetitione dicens non recordari, non propter hoc vitiat eius primam depoſitionem, imò valet, quia nihil detrahit, vt l. cum precibus, C. de. prob. & Bart. in l. in exercendis, C. de fide inſtru. & glo. in l. j. in fi. C. quēad. teſta. aper.

A VICARIO.) Caueat iudex, ne ſua culpa vel negligentia pars aliqua dānū incurrat in defectu formæ nō examinando, vel confrontādo teſtes ſeparatim, vt s. dictū eſt. quia vbi obmittitur ordo iudiciarius, & ſubſtantialis, vel præpoſteratur, ſententia inde ſequens eſſet ipſo iure nulla, l. prolatam, C. de ſenten. & interloc. omniū iudic. Et ideo iudex male examinās teſtes, vel præpoſterā do ordinem iudiciariū reſarcire teneretur damnum parti læſæ, vt extra de ſenten. exco. ca. ſacro. & C. de teſtib. l. ſi quando, in fi ñ. & C. de iudic. l. ſancim⁹, in fi. ita q̄ iudex negligēs iuſtitiam facere, litem ſuam facit, vt xxiij. q. ij. c. dominus noſter. vel ſi p iniuriā iudicis lata eſt ſentētia, vt ext. de empt. & vend. c. vlt. & C. de euict. l. emptor fundi, & s. memini, huic aſtipulatur noua cōſtitutio domini noſtri regis Franciſci art. 141. 142. 143. 144. in hæc verba: *Et pource que pluſieurs iuges ſubalternes, tant des noſtres que aultres, ont parcy deuant commis pluſieurs faultes, & erreurs en la confection des procez criminelz, quiont eſte cauſe que noz cours ſouueraines ōt pluſieurs foys donnez areſtz interlocutoires, pour la reparation deſdictes faultes, dont j'en eſt enſuyuye grande retardation de l'expeditiō deſdictz procez, & punition des crimes. Que les iuges qui ſerōt trouuez auoir faict faultes notables en lexpedition deſdictz procez criminelz, ſerōt condemnez en groſſes amendes enuers nous, pour la premiere foys, & pour la ſeconde ſeront ſuſpenduz de leurs offices pour un an: Et pour la troiziesme priuez de leurſdictz offices & declarez inhabiles de tenir offices royaulx, Et neaumoins ſeront condemnez en tous les deſpens dōmaiges & intereſtz des parties qui ſeront taxez & moderez comme deſus ſelon la qualite des matieres.*

detraxit, quòd non recordaretur, [A] an Dauus in teſtatiōe nominatus, reſtiterit inſultantibus reis gladiū vibrans, licet eductum viderit. In reliquis ſibi cō uenit.

Claudius Cornelius in foro Pariſienſi procurator in quadriuio Guillorio habitans tertius elogij teſtis die ei præſcripta in iudicium venit, ac illic lectorum, quæ inquiſitori paulò antè dixerat, nihil īmutauit, perſtititq; in ſua ſententia conſtans, & iuratus.

Dauid Damas clericus, ſiue Amanuē ſis ſuperioris Cornelij quartus teſtis in elogio eadem ratione, qua alij teſtes in iure ſtans, eadem fuit conſtantia in teſtimonio à me perlecto diligenter, & ab eo exactius intellecto, deierans vtique veris conſtare.

Reuocati teſtes deinde cōmittuntur cum reis eo modo.

Teſtium cum reis commiſſio, ſiue cōfrontatio.


Die 19. Ianuarij anno domini 1540.

COram me Ioanne Vlpiano domini præpoſiti Pariſini vicario [A] in loco vbi rei in vinculis interrogantur, Iacchus Ebrio nobilis Girardi Milonis famulus commiſſus eſt [B] eū Apelle Coo primo teſte in elogio, aduerſus eum Girardum, cæteróſq; maleficij reos, confecto, & à me delato iureiurando rogatus, vtrū teſtē cognoſceret, haberétq; quod in eum diceret, incuſarétq; [C] inteſtabilem.

B COMMISSVS eſt.) Repetitis teſtib⁹ ſi cōſtet iudici eos grauare crimiſos inquiſitos, tunc viciſſim mādant teſtes, & reis etiā ſegregatim, & præſentialiter exhibitis cōfrontā tur ad recognoſcendū, vt in l. iij. §. ſi quis noxali, ff. ad exhib. Nec antea debēt rei relaxari à carceribus timore ſubornatiōis teſtiū, vel fugę accuſatorum: ſi forte publicationē inquiſitionis haberent. vt not. Ioā. And. ad Specul. in titul. de teſte, §. nunc tractem⁹, in fi. ideo in vinculis cauſam dicere debēt, vt l. lege Cornel. §. præterea, ff. de ſenatuſ. ſil. leia. maxime vbi venit imponenda pœna corporalis ex ſcelere, vel ſupra relegationem, quia hanc carceris pœnam ante ſuppliciū ſuſtinere debent l. diuus, la j. ff. de cuſto. & exhib. reo. huic aſtipulatur regia conſtitutio nouiſſima art. 152. in hæc verba, *Es matieres ſubiectes a cōfrontation ne ſeront les accuſez eſlargis pendans les delaiz, qui ſerōt bailes pour faire la dicte confrontation.* Et art. ſequenti. 153. *Quant les teſmoingtz comparestront pour eſtre cōfrontez, ilz ſeront incontinent recollez par les iuges, & par ſerment en labſence de laccuſé. Et ſurce qu'ilz perſiſteront, & qui ſera ala charge de laccuſé luy ſeront incontinent confrontez ſeparement, & a part, & lug apres lautre.* Et eis fit lectio, ſiue publicatio atteſtationum, prout in textu hic.

C INCVSARET QVE.) Saluum debet eſſe ius opponendi in perſonas & dicta teſtiū, vt l. ſi. quæ eſt ſingularis, C. de probat. ita q̄ ſi reus inquiſitus in

FIGVRA COMMISSIONIS TESTIVM.



perſonam teſtis excipere velit, debet ſi quas opinetur ante dicta teſtificata exceptiones,& obiectiones dicere,& iuramento firmare, quòd ad has proponēdas ex malitia non procedit, vt c.præſentiū, extra de teſti.& c.dudū,ext. de electio.& c.ij.in fi.ext.de iura.calū.in vj.& ad hoc in indiuiduo cōſtitutio nouiſſima, art. 155.Sic,*Et ſ'il nalegue reprochе, & declaire ne le uouloir faire ſe uoulāt areſter a la depoſitiō des teſmoigtz,ou demā dāt delay,pour dire,ou bailler par eſcript ſeſdictes reproches, ou apres auoir myspar eſcript, ceulx qu'il auroit prōptement allegue, ſera procedde ala lecture de la depoſitiō dudict teſmoingt pour confrōtatiō, apres la quelle ne ſera plus receu laccuſe a dire, ny alleguer aulcunes reproches contre ledict teſmoingt.* Tamē ſi vellet reus exceptiōes obijcere poſt audita teſtificata,& illas probare per inſtrumenta,aut acta iudiciaria,ad id admitti poteſt,ſi probatę prodeſſent:quia vtraq; pars poteſt de iure inſtrumēta,etiam poſt publicationem atteſtationum vſq; ad diffinitiuæ ſententiæ calculum exhibere, antequam ſit in cauſa concluſum,vt c.cum dilectus, extra de fide inſtru. Et licet poſt publicationem teſtium ſuorum, aut aduerſarij non liceat producere alios teſtes timore ſubornationis,etiam ex diuina iuſſione,ſiue reſcripto, vt auē. atqui ſemel,C. de prob. ſaltem ſuper ijſdem articulis, & eadem inſtantia.vt ibidem iuncta glo.&l.officium, ff.de rei vendic.Et q; noſe inſtrumentorum continēā tur teſtes,vt extra de teſtib.cog.c.puenit,& ff.de fide inſtru.l.j.tñ non eſt ita in inſtrumētis,ſicut in teſtibus: quia in inſtrumentis nō timetur ſubornatio,ſicut in teſtibus:quia ex multis cauſis facilius deprehendit falſitas inſtrumentorū,q̄ teſtium, vt extra de fide inſtru. c.inter dilectos,& extra de probat.cap.licet,& glo.in d.auē.atqui ſemel,in verbo,productione, in fi. vbi dicit,q; ſic ſe habet conſuetudo, & de facto ita obſeruatur conſuetudine Franciæ.Super nouo autem articulo poſſunt teſtes induci,vt c.fraternitatū,extra de teſtib. Sed quæro teſtes examinati per tabellionem, priuſq̄ per iudicē ſint reis publicati ab hac luce ſubſtracti ſūt, an fides eorum depoſitioni ſit adhibenda? Dic q; ſic: imò neceſſitas imponitur reo, fide ſcripturæ approbatæ,in qua depoſitiones teſtium referuntur,eas quaſi factas in iudicio accipere.Nam in morientium perſonas depoſitiones eorū non ſunt reſpuendæ:ſaluo tamē iure legitimo reis opponendi contra perſonas, & dicta teſtium,vt l.fi.C.de teſtib.quæ eſt ſingularis,nec reperitur alibi ſecundum Paul.ibidem. Accedit cōſtitutio nouiſſima art. 165. quæ ſequitur, *Que contre les delinquens,& contumax fugitifz qui n'auront uolu obeir a iuſtice ſera foy adiouſtee aux depoſitions des teſmoingtz contenuz es informations faictes a lencontre deux,& recollez par auctorite de iuſtice, tout ainſi queſ'ilz auoient eſte confrontes, & ſans preiudice de leurs reproches. Et ce quant aux teſmoingtz,qui ſeroiēt decedez ou aultres, qui ne pourroient plus eſtre confrontez lors que leſdictz delinquens ſe repreſenteront a iuſtice.* Et ſic nota,quòd debet fieri publicatio depoſitionum teſtium mortuorum ipſis reis, cum poſſint opponere in, & aduerſus eorum dicta per d.l. fi.c. præſentata, eo titu.de teſti.Quęro adhuc quomodo poſt mortem teſtium poſſunt eis obijci crimina, & opponi aduerſus eorum perſonas cū morte extinguantur crimina? Rñ q; iſta cauſa non eſt cū teſte mortua,ſed cum parte,vt ff.de infa.l.Lucius,& ſic nota,q; excipiendo poſt mortē criminoſi poteſt quęri de crimine non ad effectum punitionis,ſed ad fidem rei teſtificatæ,ſecūdum Bal.in d.l. fi. C. de teſtib. iſta igit depoſitio teſtis eſt prima ꝓbatio per teſtes, & eſt triplex.prima dicitur minor,vt hic,quæ rem perfectę nō demonſtrat,ſed indiget ſuppleri,vt quando quis ſemi plene probauit,per vnum teſtem,& in ſubſidium probationis iuramentū defertur huic,aut illi, ſecundum cauſæ quantitatē & perſonarum conditionem,& talis probatio interdum cōcludit in ciuili,vt l.in bonefidei, C.de reb.credit.in graui autem crimine illa probatio non concludit.ſed vbi eſſet caſus torturæ peruenireť ad torturam,vt l.maritus,ff.de quæſti.& l.cum probatio,ff.de Teſti.& glo.in l.iij.C.ad leg.Iul.maieſt.& c. fi.extra de iureiur.de ſecunda,& tertia probatione dicetur infra in ſuo ordine.

> Dixit dictum teſtem agnoſcere, hominem ſiquidem fidei labefactatæ, & in alio iudicio, vti à pluribus acceperat, periurij notatum: D ad hæc ſodalem,affinem,& amicum defuncti Craſſi,atque hæredem,deniq; eiuſmodi, vt illius teſtatio pondus minime habeat.

D PERIVRII notatum.) Quilibet reꝰ poteſt obijcere in perſonam cuiuſlibet teſtis,ſi probare valeat,q; eſt periurus,conſpirator,corruptus, redemptus teſtis, vel ſer.vt glo.in d.c.prę ſentium,in ver.ī perſonas,extra de teſtib.Poteſt etiam obijcere,q; eſt inimicus,qui venit repellendus,etiam ſi offenſa ignorāter ſit facta. vt Bar.ī l.j.nu.5.ff.de his,quib.vt indig.& d.glo.ſupra alleg.Alias etiam obiectiones obijcere poteſt,quæ cauentur,iiij.q.ij.& iij.c.ſi teſtes, quia in criminalib9 teſtes debent eſſe omni exceptione reprobatoria maiores,vt l.fi.C.de probat.idcirco vbi opinio teſtis inueniť tur grauata, ad teſtimoniū admitti non debet in cauſa criminali,cū ſine oī infamia debeat eſſe teſtis,vt extra de exceptio.c. deniq;, & ij.q.vij.c.teſtes,&ca. teſtimonium,extra de teſtib.& ibi glo.not.& ſi exceptio,quę obijcitur,admittatur,probatio obiectorū criminū exhibēda eſt,anteq̄ cauſa p ſententiā terminet infra terminū cōpetentē à iudice ſtatuendū,vt glo.ind.c.j.extra de exceptio.& extr.de prob.c.licet,& de offic.deleg.c.prudentiam,§.ſexta,iuxta ſtatutum nouiſſimum art.clj.Iure tamen ciuili quis non repellitur à teſtimonio ab obiecto criminis, niſi de eo condemnatus fuerit,& infamis effectus,vt glo.in d.c.j. extra de excep.& l.athletas,§.calumniator,& §.fi.ff.de his qui not. infa. & l.furt. eodem. Qui igitur infamis eſt,non refert teſtimonium,vt l.iij.§.lege,ibi,alij vero propter notam, & infamiam1 vitæ ſuæ admittendi non ſunt ad teſtimonij fidem,ff.de teſtib. eadem ratione aliqua publi-

ca officia exercere non poteſt, verum à dignitatibus conſtat eum eſſe remotum, vt l.ij.de dignit.lib.xij.C. vbi cauetur neque famoſis,& notatis,& quos ſcelus vitæ aut turpitudo inquinat, & quos infamia ab honeſtorum cœtu ſegregat, dignitatis portæ patebunt. & l.ij.§. miles, iuncta glo. ff.de his, qui not. infam. nec participant infames circa dignitates cum homini bus integræ famæ, vt glo. in d.l.ij.de dig.&l.ne quis, de decurio.lib.x.C.verum à proprio iuramento ſoluuntur d.l.ij.§. Ignominię cauſa,ff.de his, qui not.infa.ad quam rubricam contra hos, qui notantur infamia recurre, vt nō poſſint ferre teſtimonium quēadmodū hi,q̄ publico iudicio dānati ſūt,vt l.teſtiū fides, §.lex Iul.ff.de teſti.ibi,quiq̄ iudicio publico dānatus erit.Pro ſimplici tñ iniuria dānatus infamis nō efficitur,vt c.cum te,extra de ſenten.& re iudic. multa etiā damnum famæ non irrogat, vt l.j. C. de modo mult. non ſunt enim infames,qui extraordinarie condēnantur,vt glo.fi.in d.l.j.C.de modo mult.Sic pro modico non datur actio iniuriarū,ſicut nec actio de dolo,vt ff. de dolo,l.ſi oleū,& l.ſeq.vbi caueť,q̄ vſq̄ ad duosaureos incluſiue non dať actio de dolo,habita ratione, q̄ ſeptuagīta duo aurei valeāt librā auri,vt C.de ſuſcept. & arcar.l.quotieſcūq̄, dānatus nihilominus pro minimo furto infamať,q̄a furtū nō ſolum in maiorib⁹, ſed etiā ī minorib⁹ iudicať,nō em̄ q̄d furto ablatū eſt,ſed mens furētis attēdit. & quātūcunq̄ quis abſtulerit,furti crimē cōmittit,vt l.furti,ff.de his,q not.īfa.&§.galli narū,īſtit.de rerū diuiſi.& c.vlt.xiiij.q.vj. Si ideo furti,vel alijs famoſis actionibus quis cōdēnat⁹ ,puocaue rit pendente iudicio nondum inter famoſos habetur. Si autem omnia tempora prouocationis lapſa ſint, retro infamis eſt,d.l.furti,ff.de his,q not.infa.Nec propter exceptionem,vel reprobationem , quæ obijcitur in perſonas teſtium in iudicio minus cenſentur idonei , nec eorum differtur teſtimonium niſi ſecuta ſit condemnatio, vel pro reo opponente ſit de iure præſumptio , vel talis aperta probatio , quæ teſtimonium etiam latum prorſus eneruaret,vt auť.ſi teſtis , & l.ſi teſtis.C. de teſtib. Quia tunc poſt aperturam teſtium reus poſſet inducere teſtes ad reprobationem aliorum,vt dicta auť. ſi teſtis,& ibi Bal. Dum modo reus nominet teſtes reprobatorios probatoriorum,vt cap. cū contra , ibi , teſtes debeas compellere nominatos, extra de teſtib.cogend.& cap.ſuper his eodem,ibi,cogatis teſtes , qui nominati fuerint perhibere teſtimonium veritati. In abſentia tamen teſtiū reprobatorum nominare debet timore ſubornationis, ne dicto alterius alij teſtes ſubornentur,vt Bal.l.athletas,§. calumniator, ff. de his, qui not.infa.ſupra dixi in verbo querimonia , in fiñ. Si vero de criminibus ad ſolam exceptionem obiectis teſtes conuicti fuerint, ſiue cōfeſſi,pœna ordinaria multari non debent, cum accuſatio in ipſos ſecundum iuris ordinem non procedat.

Contra rogatus ac iuratus Apelles, num cognoſceret dictum reum Ebrionem, verúmq; is loqueretur?

Dixit de facie tantum ſibi notū:vnum ex illis aduerſus quos hiſce diebus teſtatus fuerit imberbem , biperti tis caligis,& bicoloribus: ſed ab eo nullum ex defunctis,quantum vidit, percuſſum.Cæterum quod ad periuriū atti net commentitiū,& fictū:virū ſe probū, omnibus probis probatū, nec vnquam vlla labe, etiam minima denigratum.

Sufficit em̄ ſi à perhibendo teſtimonio repellātur, præſertim vbi crimē,quod eis obijcitur , cauſam de qua agitur, contingere nō videtur, vt d.c. j. extra de exceptio. Et quātumcunq̄ teſtis confiteatur crimen, quod ei obijcitur,vel ſi cōfiteatur ſe eſſe homicidā, iudex nō poteſt eū punire ex ſua confeſſione,quia nō eſt facta in iudicio. Nā nō agebatur ad hoc. Et ꝓ hoc eſt glo. ordinaria iij. q. vj. c.hoc quippe. Nec ob hoc, q̄ crimen obijcitur in modū exceptionis, vt quis ab accuſando, vel teſtificādo repellatur, excipiens ſe inſcribit,vt ca.licet,extra de Symo.Et licet excipiens ꝓbet exceptionem , non tamen is , cui obijcitur, punitur,nec ob hoc eſt infamis, ſed tātū à teſtimonio, vel accuſatiōe repellitur, vt ff.de his,qui not.īfa.l. Luci⁹, &extra de ord. cognit.c.cum dilectus,§. fiñ.& extra de teſtib.cap.ſuper eo, & dicto cap. j. extra de exceptio. Similiter vbi de crimine excipitur contra accuſatorem hoc procedit,ſine inſcriptione libelli,vel pœna, vt ij.q. vij. cap. iudicet.hinc eſt,ſi vir accuſet vxorem de adulterio , repellitur ſi vxor excipiat contra eum , quòd ipſe idem crimen commiſerit, exceptione probata , vt xxxij.q.vj.cap.nihil iniquius,& per totum,ff. de adult.l. ſi vxor, §.iudex.quia paria delicta mutua compenſatione tolluntur , vt extra de adult. cap.penul.& fiñ. & ff. ſolut.matrimo.l.viro. Et idem ſi excipiat de lenocinio,vt C.de adult.l.caſtitati , & l. quoniam Alexādrum.hodie autem corrigitur per ius auteñ. vt in auť. vt nulli iudic. §.adulteram, col. viij. & extra de eo,qui cogno.conſang.vxor.cap.diſcretionem . Quæro autem quare non proceditur ad pœnā, quando accuſatori , vel teſti crimen in modum exceptionis obijcitur , & non probatur? reſpon.ideo parcitur accuſatori excipienti,quia licitum eſt, quocunque modo ſanguinē ſuū redimere,vt ff.de bonis eorū,qui mort. ſibi conſci.l.j.ſicut parcitur illi,qui voluit ſe vlciſci prouocatus, vt ff. de bonis libert.l.quod cum maior. & ij.q.iij. §. notandum , in princ. & cap. ſi quis iratus, eodē,&.ff.ad leg.Iulia. de adulter.leg.ſi adulterium,§. imperator.Quin imò etiā à iuramento extorto metu vitæ,reos ſolet eccleſia abſoluere,vt cpa. Verum, extra de iureiurando.

PROPTER autem cognitionem iuris vbicunque iudex cognoſcendo principaliter, reperit incidenter delictum eſſe commiſſum, poteſt de illo cognoſcere per modum inquiſitionis, & non propter accuſationē

propoſitã,quia qui excipit de directo non accuſat:nec punitur accuſatus,quo ad excipientem per modũ accuſationis,vt in extrauag.ad reprimendum. Quomodo in læſ.maieſt.cri.proced.iuncta gl.in verb.inquiſitionem,& l.ij.§.ſi publico,ff.de adult.Et ideo ſi teſtes falſo,vel variè teſtimoniũ dixerint,vel vtriq; parti prodiderint,à iudicib⁹ cõpetẽter puniunt,l.q falſo,ff.de teſtib.quia teſtes,q aduerſus fidẽ atteſtatiõis ſuę vacillant,neq; eis creditur,neq; audiendi ſunt,vt l.in teſti. ff.de teſtib⁹ verũ etiã quia illud crimen accidit incidẽter, poſſunt iudicis officio pro motu puniri ſine accuſatore, ſemota oĩ exceptione fori,vt l.nullũ.C. de teſtib.vel etiã poſſunt puniri pœna falſi, ſi ordinarie accuſantur,vt ff.ad leg. cor. de falſ.l.eos. quæ pœna autem falſi,vel quaſi eſt deportatio,&omniũ bonorũ publicatio, vt l.j. §. pœna falſi,ff.ad leg. cor. de falſ. &C.eodẽ l.vbi,ĩ fi.& Inſt. eodem,§.Itẽ lex. Sed quãdoq; grauior pœna quãdoq; mitior imponit caſualiter,vt C.ad leg.cor.de fal. l.maiorem,& ff.eodem.l.quicunq;,& l.diuus,§. j. & l. qui duobus,& ſ. dixi in prima inquiſitione.Hodie autem ex edicto domini noſtri regis in Pariſien. ſenatu publicato die 23.Aprilis anno domini milleſimo quingenteſimo trigeſimo ſecundo, ſiue in ciuili, ſiue in criminali cauſa falſi teſtes veniunt decapitandi.

Hoc peracto,quod denunciato teſtimonio vocatus,ac reuocatus in iudicio dixerat,recitatur:[E] in quo,ſacramẽto obſtrictus,perſeuerauit,nihil vel addito,vel detracto,reclamat reus teſtem mentitum:in cæde non fuiſſe cum Milone,Anippo,& alijs per eũ nominatis.

Apelles perſtat in teſtatione, eò dimiſſus eſt ad ſua negocia.

Similiter cum Lucio Licinio ſecundo loco teſtificato Ebrio commiſſus,ac poſt ſacramẽtum interrogatus, vtrum agnoſceret præſentem Licinium,habẽtq;,quo illius teſtimonium eleuaret.

Reſpondit illum ſibi numeris omnibus incognitum, propterea reprobare non poſſe.[F]

E RECITATVR.) Obiectis in teſtes dictis debẽt teſtes ea,quæ depoſuerint cum ſacramenti religione ſub præſentia cuiuſlibet reorum firmare,vt l.teſtium, circa medium,C.de teſtib. Quamuis antea iurauerint coram iudice in ſuis repetitionibus, quia repetitis vicibus poſſunt induci,& examinari teſtes in criminalib⁹, vt l.fi.quæ reputatur ſingul.ſecundum Barth.ibidẽ,C. de teſtib.iuncta glo.& c. conſtitutis,cum glo.fi.extra eodem.& niſi iurarent teſtes præſente reo depoſitioni ſtandum non eſſet,quia iuriſiurandi religione teſtes priuſquam perhibeant teſtimonium artandi ſunt, vt l. iuriſiurãdi,C.de teſtib.Et eſt ordo ſubſtantialis,& neceſſarius,quo omiſſo ſententia inde ſequuta eſſet ipſo iure nulla,l. prolatam, C. de ſenten. & inter omnium iudic. Et pro vtraque parte debent teſtes deponere, vt in auẽ.de ſanctiſſ.epiſcopis,§.nulli,iuncta glo.& gl. in §.& quoniam,in verbo,cognita,in auẽ.de teſti.præſtito hoc iureiurando lectio fit depoſitionis teſtium. exponuntũrque dicta, & depoſitiones teſtium,de quibus eſt inquiſitum reis præſentialiter vocatis,vt facultatẽ habeãt ſe ipſos defendendi. Et non ſolum dicta, ſed etiã nomina ipſa teſtiũ fiũt eis,vt quid, & à quo ſit dictũ appareat, publicanda.Necnõ exceptiones, & replicatiões legitimę admittẽdę,ne p ſuppreſſionẽ noĩm infamandi,per exceptionum vero excluſionem deponendi falſum audacia præbeatur,vt c. qualiter & quando.le ij. extra de accuſa.& cap.olim, eodem. Poſſunt ergo rei admitti ad probãdum ſuas excuſationes,dũmodo non perimant, ſed exprimant ſuas confeſſiones, quas ſi probauerint,& tales ſint, quæ ad bonum & malum valeãt retorqueri,iudicari debent ex cauſa,vt ca.cum dilecti, extra de accuſa. & glo. in c.j.eodem. & glo. in l. ſi quis in ea,C.de cuſto.reo. ad hoc quadrat ſtatutum domini noſtri regis Franciſci art. cliiij. In hæc verba,*Et pour faire la dicte confrontatiõ cõpareſtront tant laccuſé,que le teſmoingt pardeuant le iuge, lequel en la preſence lung de lautre leur fera faire ſerment de dire uerite, & apres icelluy faict, & auparauãt que lire la depoſition du teſmoingt en la preſence de laccuſé, luy ſera demandé ſ'il a aulcuns reproches cõtre le teſmoingt illec preſent, & enioinct de les dire promptement, que uoulons qu'il ſoit tenu de faire,aultrement ny ſera iamais receu,dont il ſera bien expreſſement aduerti par le iuge.*

F REPROBARE non poſſe.)Si nihil eſt obiectum teſti eo tempore quo fert teſtimoniũ cõtra reum præſentem,non refert cuius opinionis fuerit, vt glo.in c. in primis, verſic.quærendum,ij.q.j.alleg.l.j. C. de teſtib.ergo iſta depoſitio habilis cuius opinio nõ eſt grauata,validaret precedentem depoſitionem quantumcunque grauatam. Nam vbi vnus teſtis ex duobus eſt ſuſpectus ad teſtimonium ferendum,& alter eſt omni exceptione maior, vt hic, depoſitio teſtis ſuſpecti & inhabilis ſuppletur per habilem,& validatur,vt tenet Bal.in l.ſi quis,§.quid enim,ĩ prĩc.ff.de edẽd.& Iaſon in l.cunctos populos,col. xij.verſi. iſtam regulã ponit Bal.in ij.lectura,C. de ſumma trinit.& fid. cath. Nam propter communionem,& ſocietatem inhabiles gaudent priuilegio habilium,vt l.ſi communem fundum, ff.quemadmo.ſeruit. amitt.& Boerius in ſuis cõmen. in glo.iij.§. ix.de iuriſdict. omniũ iudic.& l. naturaliter,ff.de vſur.Sed hoc putarem procedere in criminibus ciuiliter intentatis,vt l.in bonæ fidei,iũcta glo.C. de reb.credit.Nanq; in grauioribus delictis,& perſonis grauibus ad veritatem iuuandam eos teſtes adhiberi oportet, qui fidem religioni iudiciarię debitam poſſent præponere omni gratiæ,& potentatui,l.eos,C.de

teſtib. quia in cauſis criminalibus eſt perſpicacius conſilium adhibendum: quia ibi maius detrimentum, & periculum contingit, vt arg. l. addictos, C. de appell. & vbi imminet periculũ animę, ibi maius periculum vertitur, vt in auẽ. vt iudic. ſine quoquo ſuffra. §. cogitacolla. ij. & in incertis probationibus melius eſt facinus nocentis impunitum relinqui quàm innocẽtem damnare, l. abſentem, ff. de pœnis. Si tamen reus eſſet vilis perſona, teſtis vilis admitteretur cõtra reum, ſecundum Bart. in l. eius, qui delatorem, ff. de iure fiſc. & in addit. ad Panor. in c. tertio loco, verſi. vtrum fama, extra de probat. in l. fi. ff. de quæſtio.

Viciſſim Lucius poſt ſacramentũ de vero dicendo, néve ſuo teſtimonio reũ iniuſte læderet, commonefactus, teſtatur illius nomen ſe neſcire: ſed vnũ ex ijs, qui homicidium, in elogio memoratum, patrarunt: in cæde affuiſſe ſtricto gladio, licet non viderit quemquã ab illo percuti.

It inficias Ebrio, negátque homicidio interfuiſſe, quod & probationibus euincet.

mendacium,l.ſed & ſi hac §.patronũ,ff.de in ius vocand.& l.Sinautem,§.j.ff. de nego. geſt. Et proprié conſiſtit in facti narratione,non iuris ſcripti,l. cum vero,§.ſubuentum,ff.de fideicom.libert.Et ſic oppoſita mendaciorũ præſcriptione,ſiue in iuris cõſuetudinarij narratiõe mẽdaciũ reperiat,ſiue in facti ſiue ĩtacẽdi fraude,p tenore veritatis, & nõ deprecãtis affirmatione datum, iudicem,ad quem dirigitur reſcriptum, cognoſcere debere, & ſecundum hoc de cauſa conuenit ferre ſententiam, l. præſcriptione, C.ſi contra ius, vel vtilita. public.Decétque iudicem ſuper obiecto falſæ aſſertionis in reſcripto contentæ probationem recipere, q̃ ſi reuerit, & pronunciauerit, in decem libras auri venit mulctandus l. puniri.C.eodẽ.Et ſi iudex inuenerit,& pronunciauerit reſcriptum nõ tenere, habet in principali exequi l.& ſi cognitio,C. eodem. Nam quæcunq; reſcripta ſunt iudicibus directa,ſub ea conditione proferuntur, ſi preces veritate nitãtur. Aliàs precator mẽdax nullum fructum oraculi percipit impetrati, l. vniuerſa,C.de diuerſ.reſcrip. Mendáxq; precator carere debet impetratis,l.& ſi legibus,C.ſi cõtrá ius,vel vtilit.pub.

A PRIVATVS accuſator trãſigit.) Vbi partes ſunt cõcordes,quo ad intereſſe ciuile, nullæ ſunt partes iudicantis,l. ſi conuenerit,ff. de re iudic.Secus autem quo ad intereſſe publicum, ſcilicet fiſci. nam licet fiſcus ceſſet,ſiue deſiſtat ab accuſatione,crimina tamen ſemel audita nullo modo indiſcuſſa preterire oportet,etiam ſi accuſatus cum accuſatore in

das vt de ijs ſecundum ius pronuncietur. Actum die viceſima Ianuarij anno M.v^{c}. xl. In cuius rei teſtimonium ſi gillum dictæ præpoſituræ his præſentibus duximus apponendũ.Sic ſignatũ.

Interim priuatus accuſator tranſigit [A] cum Anippo:fiſcus etiam perſpecto omni litis inſtrumento gratiæ diploma probat,ſeu interinationem gratiæ conſentit: quod ſcripto ſignificat, aut apud acta. Si non conuenit inter accuſatores ciuiles, interceſſionis cauſas,& obreptionis proferunt,quas breuitatis cauſa patrono conquerentium conficiendas relinquo. At ſi conueniat inter litigantes,iudex gratioſum diploma probat,& interinat hoc tenore.

Approbatæ gratiæ ſeu interinationis formula.

Vniuerſis præſentes literas inſpecturis Petrus Iabolenus &c. Salutem. Notũ facimus, quòd cõſpectis cuſtodiarũ dictæ præpoſituræ actis, in quibus ſcribitur nobilẽ Deſideriũ Anippũ vltro ſe in dictos carceres ĩtruſiſſe,ac exhibuiſſe xviij.die Ianuarij anno domini M. v^{c}xl. conſpecto etiam gratiæ & remiſſionis diplomate,per eundem nobilem à domino noſtro rege impetrato [A] ſubſcripto, & ſubſignato cera viridi cordula ſerica pendente, ob perpetratum homicidium,& cẽdẽ illatam defunctis Ioanni Pluto nuper Luteciano negociatori,Iuliano Xenio ſimiliter mercatori, & magiſtro Chryſoſtomo Craſſo in curia ſuprema Pariſijs aduocato, ſicuti latius explicatur eiuſmodi diplomate:cui fidit, & id ſupplex p̃bari poſtulat, cuius contextus ſubſequitur.

Franciſcus dei gratia Francorũ Rex, gratiam redeat, vt c.crimina,extra de colluſ. deteg. Et hoc iudex ex ſuo officio facere poteſt, cum euidentia patrati ſceleris non indigeat clamore accuſatoris,vt cap. euidẽtia, extra de accuſat. & l.congruit,ff. de offic. præſid. Quòd ſi repertum crimen iudex non vindicet tegere, vt conſcius criminoſa feſtinabit,l.ij. C. de commerc.& mercat.Quinimo nulli iudicum licet delatum ad ſe crimen minori, aut nulli coertioni mandare, niſi id ipſe pati velit, quod alijs diſſimulãdo cõceſſit,l.fi.in fi. C.ne ſanct. baptiſ.reiter.

B REGE impetrato.) Ad ſolum regẽ pertinet remiſſionem,aut indulgẽtiam concedere,l. vniuerſis,C.de precib.imper.offer.Ratio eſt,quia ſol^{9} idẽ princeps in ſuo regno poteſt legem trãſgredi in diſpenſando,vt ff.de ritu nuptia.l. qui in prouincia,§. diuus. Quòd autem princeps poſſit legem trãſgredi eſt verum: quando reſcriptum, ſiue cõceſſio eſt talis, quæ non lædit aliũ, ſed profit petenti, vel crimen ſupplicanti indulgeat. His caſibus refutari non debet à iudice. In alijs autem caſibus reſcripta cõtra ius elicita ab omnibus iudicib^{9} refutari debent, vt ſupra dictum eſt, d.l.reſcripta,C.de precib. impera.offer. Et ea ratione reſcripta,quibus crimẽ indulgetur,aut remittitur de inciuilitate impugnari non debent:cum princeps legem tranſgredi poſſit, d.l.qui in prouincia, §. diuus, ff. de ritu nuptia. Et nota q̃ in cõcedendo princeps,& ſenat^{9} æquipollẽt, quia ſenatus fungitur vice principis in hoc,& poſſunt dicere,Non obſtante lege iſta,vel alia, vt ff. de

notũ facimus,ac palàm pręſentibus omnibus,& futuris nos libellũ nobilis[B] Deſiderij Anippi domini arenarũ,ætatis xx. annorũ[C] recepiſſe:qui loquebatur[D] eũ à quatuor mẽſibus aut circiter, comitatũ nobilem Girardũ Milonem dominũ prati falcati in parui cerui diuerſorium Pariſijs ad prandendum cum nonnullis alijs ſupplicanti ignotis, vbi inter verba,& colloquia vltro citróque habita, idem Milo retulit ſe cauſa cecidiſſe,ac victum in ſupremo ſenatu à Ioanne Pluto, & Iuliano Xenio negociatoribus Pariſinis, ſubtili ingenio,ac acumine magiſtri Chryſoſtomi Ctaſſi,in illo ſenatu patroni:Se quoque de ijſdem ante tũc temporis hebdomadę finem ſupplicium ſumpturũ,quibus idem ſupplicans obmutuit, non habens, quod obijceret. Tribus autem, vel quatuor poſt diebus à Milone ſupplicantem,Bernardum Thraſonem, Claudium Caligulã milites ad cœnam in cauponã leonis argentei via ad ſanctum Honoratum ductos, illícq; inter cœnandũ Milonẽ accito famulo dixiſſe talia,aut non longè diſſimilia, Ito ſciſcitatum,vbínam ſint,quorũ tibi memini, mihíq; renunciato. Atque eundem famulum ſtatim à cœna illos per viam ſancti Honorati iuxta crucem Tiroueri iter facturos detuliſſe: hinc Milonem aſſumptis Bernardo Thraſone, & Claudio Caligula noſtris militibus, & alijs duobus eius famulis dixiſſe, animo eſtote conſtanti, ſumite vires, vindicate me,oro: promiſſa vobis à me certa tenetote,eamus illis obuiam,Iamiam me conſequimini:Te dominum Anippum haud me relicturum confido, cuius beneficij vices repenſurum me ſpondeo: Eundem Milonem huc & illuc oculos circunferentem ſub horam ix. illius noctis iuxta crucem Tiroueri tres numero viros ipſi ſupplicanti incognitos aduentãtes circunſpexiſſe, famulo quodã ante eos facem accenſam gerente:in hos prætereuntes eundem Milonem, ſimúlque Thraſonem & Caligulam ſtrictis gladijs inſultauiſſe, inſultantibus fortiter reluctatum educto ferro famulum: quod quum vidiſſent, ipſum ſupplicantem,& duos eius famulos Egidium Gnathonem, & Ferdinandum paraſitum enſes exeruiſſe, non vt ferirent, [E] ſed vt Miloni,& ſuis opẽ ferrent,ſi forte reluctantes ſuſtinere nõ poſſent: deinde pluribus vltro citróq; illatis ictibus tres illos viros, quos poſtea audiuit nominari Craſſum, Xeniũ, & Plutum humi proſtratos, famulum nomine Dauum au-

h.j.

aqua pluuia arcend.l.quod principis,& l.ſinautem,§. fiñ.eodẽ, & l.j.§.interdũ, ff. à quib. appel. non lic. Ita dicit gl. in l.quomin9, ff.de flumi.Princeps autẽ qualem, & ſuper quibus habet poteſtatẽ vide Bal. in d.l.reſcripta,C. de precibus imper.offer. & Bartho.in proœm.ff.in verb. omnem, in prima conſtitutione. Quę verò ſit poteſtas papę idem Bal.in d. l.reſcripta.

B NOBILIS.) In delictis habetur ratio nobilitatis,vt xlj.diſtinct.c.non cogantur.

C AETATIS vigiti annorum.) Habetur etiã ratio iuuentutis,vt xxxiij.q. ij.cap.in adoleſcentia,& l. diſtinct. cap. pœnitentes, & xvj.q.vij.cap. hoc ſit,& cap. tempora. Ferè enim in omnibus pœnalibus iudicijs ætati, & imprudentiæ ſuccurrẽdũ eſt,l. ferè, ff.de regul.iur.

D QVI loquebat.)Hęc eſt facti narratio, in qua non debet abeſſe fides veri,alioquin eſſet reſtitutio obreptitia,ſi fraudulóſum mẽdacium cõtineat,vt ſupra dixi p l. ſed & ſi hac, §.patronũ,ff. de in ius vocand.quo caſu mẽdax precator carere debet impetratis,d.l. & ſi legibus, C. ſi contra ius, vel vtil. pub.

E NON vt ferirent.) Qui aſſociauit percuſſorẽ non vt feriret,ſed vt percuſſori opem ferret,ſi forte per aliorumviolentiam impediret, paulò minori pœna debet mulctari, q̃ percuſſor, cũ ſcriptum ſit qui potuit hominem liberare,& non liberauit,eum occidit. Conſtat ab homicidij reatu immunes non eſſe,qui occiſoribus opem contra alios præſtare venerunt,cap.ſicut dignum, §. illi etiam, extra de homicid.

F ☞ SOLVM vertit.)Si quis ea mente ſit,vt non impetrato auxilio domum non reuertatur nondum fugitiuus eſt:quia non ſolum cõſilij,ſed & facti fugere eſt, l.bouem,qui cornu petit, §. qui ad amicũ domini deprecaturus cõfugit,ff.de ædilit.edict.& l.quis ſit fugitiuus, §. idémq; probat & §.ſeq.eodem.

G ☞ NON doloſe.) Vbi abeſt dolus in delictis,delinquens quantum ad gratiam,innocens eſt, quia extra animũ,& ſine dolo deliquit.nam gratia voluntatem, & animum requirit. Quantum autem ad legẽ reus eſt, quia opa lex quę rit, vt cap.ſiquis non irat⁹ xv.q.j.nec minus ex culpa q̃ ex dolo quiſquã tenetur ciuiliter, quo ad priuatum intereſſe actione legis aquiliæ,vt l.in lege,la ij. ff. ad leg. aquil. Sic in leg. Cornel.de ſicar.Iure communi habetur plus reſpectus ad animũ, q̃ ad actũ. Sed lex aquilia, magis reſpicit actum,quàm animũ vt videam⁹ ex quo ictu ſecuta ſit mors, nõ vt videamus animũ principaliter, vt l. Item mela, §. ſed ſi ſeruum plures,ff.ad leg.aquil.Et ideo tenetur actione iniuriarum erga hæredes defunctorũ,vt l.dominum, C.de iniur.& glo.in §. iniuria.Inſti.de lege aquilia,quorum damnorũ, & iniuriarũ æſtimatio ad iudicẽ ſpectat,vt l.j.§.ſpectat,ff.de iniur. Arbitrari autem oportet hanc æſtimationẽ pro modo ſubſtantiæ perſonæ accuſatę, vt l.lex Cornelia,§. fi.ff. de iniur.& c.pe.§.fi.extra de accuſat.& cap.ex parte,eodẽ,& l.fi.C. de ord.cognit. Spectatur etiam perſona agentis,quantum ad ius eſtimationis,vt aliud in viliſſimo,& compedito, aliud in medij actus homine ius æſtimationis conſtituatur,vt §.pœna autem,Inſti.de iniur.Et ſic nota,q̃ in delictis extra animum commiſſis per impetũ,aut laſciuiã,aut ebrietatem,aut latam culpam,noxia nõ committitur inexcuſabilis, quĩ reus poſſit reſtitui per principem quando contrahitur maleficium,vt homicidiũ,vt pœna corporalis, & pecuniaria quo ad publicum intereſſe ſcilicet fiſci non irrogetur,vt l.j.iuncta glo.C. ſi aduerſus delictum.Si vero homicidium ſit propoſito,& dolo cõmiſſum,erit præciſe pœna mortis,ſine redemptione,Bal.in d.l.nemo,C.de epiſco.aud.vbi dicit tex. homicida,quod fecit ſemp,expectet,& ideo debet puniri capite lege Cornel.de ſicar.non habita differentia cuius conditionis hominem interemerit,l.j.§.j.& ij.ff ad leg. Cornel.de ſicar. nec debet reſtitui d.l.nemo, & adhuc homicida morietur, nec miſereberis eius, vt Deutero. xix.cap. & c. j.extra de homicid. Et ad hoc ordiatio noua d.N.R. F.art. clxviij. & art. ſeq. quorum tenor inſequitur: *Nous defendons a tous gardes de ſeaulx de noz chancelleries, & cours ſouueraines, de ne bailler aulcunes graces ou remiſſions,fors celles de iuſtice. Ceſt aſſauoir aux homicidiaires,qui auroient eſte contrainctz faire les homicides pour le ſalut, & defence de leurs perſones,& aultres cas ou il eſt dict par la loy, que les delinquens ſe peuuent ou doiuent retirer par deuers le ſouuerain prince, pour en auoir graces.* Et art.ſequent. clxix. ET *ſe aulcunes graces,ou remiſſions auoient eſte par eulx donnees hors les cas deſſuſdictz*: *Nous voulons & ordonnons que les impetrans en ſoient deboutez, & que non obſtant icelles, ilz ſoient punis ſelon lexigence des cas*. Et articul. clxxij. *Nous defendons auſdictes gardes des ſeaulx de ne bailler aulcunes graces ne remiſſions des cas pour leſquelz ne ſeroit requis impoſer peine corporelle, & ſi elles eſtoient dõnees au contraire: nous defendons a tous noz iuges de ny auoir aulcun regard comme deſſus & en debouter les parties auec condemnation damende.*

fugiſſe,ipſum pariter ſupplicãtem Milonem, alióſq; ſocios: atque illos tres ſic relictos,dolore vulnerum,vel imperitia medicorum, vel penuria medicamentorum animam egiſſe. Quam ob cauſam ipſe ſupplicans iuſtitiæ rigorem,ius ſummum,& legis pœnas veritus ſolum vertit, F redire nequaquã audens, niſi prius impetrata noſtra gratia,vt ait,nos ſummiſſe ſupplicãs. Qui bus attente penſitatis,hoc etiam addito,quòd idem ſupplicãs nullum percuſſit,ſed inſcius in eum caſum incidit,in eóque non doloſe G ſe geſſit: atq; in cæteris rebus omnibus ꝓbè, ac honeſte, vitæ ſemper integræ, & inculpatæ: ſic verſatus,vt nunquam infamia,aut minima labecula ſit conuictus, aut notatus:nihílq; reprehenſione dignum cõmiſerit,gratiam noſtram, & miſericordiam impertiri H velimus. Quare miſericordiam iuſtitiæ rigori I præferri cupientes dicto ſupplicanti ignouimus, remiſimus,indulſimus,& per has præſentes ſpeciali gratia, K plena poteſtate, regia authoritate L ignoſcimus,

H ☞ ET MISERICORDIAM impartiri.) Remiſſio ſiue reſtitutio in criminalibus ex ſolius principis miſericordia imploratur, & conceditur, Bartho. in l.j.§.ſi quis vltro,ff. de Quæſtio.

I ☞ IVSTITIAE rigori.) Aequitas ſcripta prefertur rigori ſcripto,l. placuit,C.de iudic.

K ☞ SPECIALI gratia.) Quid tã peculiare eſt imperiali maieſtati q̃ humanitas, per quam ſolam dei ſeruatur imitatio, vt l. fiñ. C. de donat.inter virum & vxorem.

L ☞ REGIA auctoritate.) Vide quæ dixi ſupra ver-

remittimꝰ,& ĩdulgemus[M] facinus,& ca ſũ cũ omni pœna,mulcta,offenſiõe cor porali,criminali,& ciuili,quę prædicti facinoris occaſione erga nos, & iuſtiꝫ tiam incurrere potuiſſet. Reuocamus inſuper omnes, & ſingulas exilij proclamationes,vadimonia deſerta,& cõtumacias, ſi quæ inſecutæ fuerunt. Reſtituimúſq; eum in integrum[N] famæ, & rumori in patriam, mœſtámq; domum,atq; illius bona non publicata:[O]

bo vniuerſis,ſuper præſenti interinatione.

M REMITTIMVS,& indulgemus.)Is ergo parcere debet, cui ſanctitas ignoſcendi gloriam dereliquit,l.ſi quis in hoc genus, C. de epiſc.& cleric. Propriũ ſiquidẽ eſt imperiali beniuolẽtiæ oĩi tẽpore ſubiectorũ cõmoda,tã ĩueſtigare q̃ eis mederi, & procurare,l.imperialis, C. de nupt. Sicut bellanti,& reſiſtenti violentia redditur, ita victori capto miſericordia iam debetur, vt c. noli exiſtimare, xxiij. q.j. Itaq; quis tenetur parcere hoſti ſuo,vt glo.in d.cap. noli,& ij.q.v.cap.quanto, in fi.iuxta illud de Cæſare dictũ, Qui vincis ſemper, vt victis parcere poſſis. Parcere proſtratis ſcit nobilis ira leonis. Et ad hoc xlv.diſtic.c. diſciplina.vn de Senec.li.de virtu. Honeſtũ, & magnũ vindictæ genus ignoſcere,vt glo.in c.j.in verbo,vlciſci,extra de poſtul.prælat.& alibi Parcere ſubiectis, & debellare ſuperbos.

N RESTITVIMVSQVE eum in integrum.Dãnatus per remiſſionẽ,aut reſtitutionẽ in integrũ reſtituitur in priſtinum ſtatũ, etiam quo ad honores,bona & famam vt l.j.C.de ſentẽtiã paſſ.& reſt. vbi ſunt hęc verba,reſtituo te in integrũ prouinciæ tuæ.Vt autẽ ſcias, quid ſit in integrũ reſtituere,honoribus,& ordini tuo,& omnibus cæteris te reſtituo. Aliud autẽ eſt indulgentia,q̃ remiſſio:quia indulgẽtia minor eſt, q̃ remiſſio,vt Bal.in l.ij.C.de ſententiã paſſ. Nã indulgẽtia pœnæ tantũ gratiam facit,nec infamiam tollit,nec bona reſtituit, ſed quos liberat,notat,vt C.de genera. abolit.l.indulgentia,& proprie dicitur gallice *ung pardon ou rappel de ban*. Ita dicunt tex.in l.ij. & l. generalis,C. de ſententiam paſſ. & C.de his, qui not.infa.l. ad tẽpus.Vnde Ouidius, Pœna poteſt demi, culpa perẽnis erit,vt glo.in d.l.indulgẽtia.Et hoc verum, quãdo per indulgentiam ſola pœna remittitur, tunc infamia remanet,dicit glo.in l.j.§.an autem, ff. de poſtul. Sed ſecus eſt in remiſſione,quia ſi quis famoſo iudicio ſit condẽnatus, & per in integrum reſtitutionem fuerit abſolutus, is infamia eximitur,vt d.l.j.§.an autem, ff.de poſtul.& d.l.j.C.de ſententiam paſſ.& ff.de vſu. l.videamus,§.in fauiana,ita ſoluit glo. in d.l.j.§. an autem,ff.de poſtul.& ſic infamia iuris tollitur,ſed non facti,vt d.l.indulgentia.

O BILLIVS bona non publicata. Quid ſi bona fuerint confiſcata, & data alicui per principem, vel fuerint alienata per fiſcum, poſtea fuerit delinquens reſtitutus per principẽ,An dictus reſtitutus reciperet bona iam alienata? Dic q̃ non ſecundum Bal.in c. domino guerrani,in titul. hic finitur lex coral. in vſib. feudo,& in addit.ad Bartho.in l.j.§.ſiquis vltro,ff.de quęſtio. quia reſtitutio principis non trahitur retro contra ius quæſitum alteri,vbi bona ſunt iam alienata, q̃ quo eſt glo.in verbo,emancipatus eſſet,& hoc ibi dicunt Barth. Angel.& Imola.in l.gallus,§.& quid ſi tãtum,ff.de libe.& poſthu.& glo.in l.j.C.de ſenten.paſ. & reſtit.dic tamen q̃ ſunt quædã bona,quę deueniũt immediate in aliũ per ipſam cõfiſcationem,vt exẽplum,& tex.in auteñ. bona damnatorum,C.de bonis proſcript. Vbi dicitur q̃ bona damnatorum acquiruntur hæredibus aſcẽdentibꝰ vſq; ad tertiũ gradum immediate. Et ad illa bona intelligitur facta reſtitutio bonorum ſuppliꝫ canti. Quædam vero ſunt bona,quæ mediate veniũt per alium contractum.qñ ſcilicet fiſcus rẽ cõfiſcatã vendidit alteri,tũc reus reſtitutus non reſtituitur ad res,& bona vendita, ar.l. j.ne fiſcus rem,quam vend.euincat.lib.x.C.retractare enim fiſcum,quod ſemel vendidit,ęquitatis, honeſtatiſq; ratio non patitur,vt l.fi.eodem. Intellige tamen quod verum eſt, q̃ bona iam alienata recuperari non poſſunt,ſcilicet à poſſeſſoribus,ſed à fiſco,quatenus effectus eſt locupletior, recuperari poſſunt, vt d.glo. in l. j.C.de ſententiam paſſ.alle.Bartho.in l.fi.C.eodem,in iij.col.verſic. pro declaratione huius,vbi vide plene. Iure etiam canonico vbi quis reſtituitur ad gratiam reuocatam, ſine alterius præiudicio intelligitur reſtitutus.vnde alteri ante reſtitutionem impetranti reſtitutus præferri non debet, niſi hoc dictum fuerit, vt c.q̃is,de reſcript. in vj.Nã reſtitutio debet hoc tm̃ operari,vt nec proſit nec obſit huic,quod euenit, vt gl. in d.cap.quamuis,& ff.de mino.l.quòd ſi minor.§. reſtituto,& ff.ex quib.cauſ.maio.l.j.in j. reſpon. Dicto iure tamen poteſt reſtitui ad ſua bona immobilia, ſi hoc dictũ fuerit per reſcriptum,& non quo ad fructus perceptos,& mobilia,& hoc poteſt papa,d.c.q̃is,iuncta glo.ibidem,cap.pe.de pręb.in vj.& in cle.Quoniã extra de immu.eccle.lib.vj. vide Bal.in l,reſcripta,C. de precib.imperat.offer.Nota tamẽ q̃ princeps plerũq; in nõnullis cauſis ita inuerecũda petentium inhiatione ſcilicet frequẽti petitione cõſtringitur,vt etiam nõ concedẽda tribuat,quibus adhærẽdũ nõ eſt,nec reſcripto quidem aduerſus formã latę legis loci aliquid decet relinqui.Si quid autem princeps ſuo iudicio,& proprio motu,nullo tamen deſiderante,aut poſcente concedi quicquam voluerit, huiuſmodi valeat liberalitas,l.j.de petit.bono. ſublat.lib.x. C. & ſic valet reſcriptum proprio motu principis indultum, vt Bal. in l.reſcripta, C.de precibus impe.offer. quædã enim inhoneſte petuntur, quæ tamen honeſte recipiuntur, l.j.§.proinde,ff.de vari.& extra cognit.

P ℞ SATISFACIENDO tamẽ parti ciuili.) Per remiſſionẽ à principe indultam non remittitur emenda & intereſſe partib⁹ ciuilibus competentia. Nam indulgentia, ſiue priuilegiũ indultum per principem intelligitur cõceſſum ſaluo iure alterius, vt infra videbitis in præſenti remiſſione, & l. decurionibus, de Silẽtia. lib. xij. C & l. ſi qua loca, de fund. & ſaltib. eodẽ, & l. ex facto, ff. de vulg. ſubſtit. & Bal. in cap. ſtuduiſti, extra de offic. legat. & c. q̃is, de reſcrip. in vj. Nec poſſet princeps concedere reſcriptũ ex certa ſcientia, vt alicui auferatur ius ſibi quæſitũ ex iure naturali, ſiue gentiũ: quia eſt immutabile, vt Inſti. de iure natura. gẽ. & ciui. §. pe. glo. & ibi plene doc. in l. quotiens, C. de precib. imperat. offerẽd. Q℞ IN ILLIVS territorio patratum eſt.) Sic reus hodie per reſcriptũ nõ poteſt trahere actorẽ ad extraordinariũ iudicẽ, l. ĩ criminali, iũcta gl. in verbo, habeatur, circa med. C. de iuriſd. omniũ iudic. & auẽ. qua in prouincia, C. vbi de crimine agi oporteat, ibi, ſi ambo ſint in prouincia illic omni priuilegio ceſſante, res expediatur, & in auẽ. vt omnes obed. iud. prouinc. §. j. col. v. Quadrat huic ſtatutũ regium nouiſſimum art. clxx. cuius ſubſequit tenor: *Nous defendõs auſdictz gardes des ſeaulx, de ne bailler aucuns rappeaulx de ban, ne lettres pour retenir par noz cours ſouueraines la congnoiſſance des matieres en premiere inſtance, ne auſſi pour les oſter hors de leurs iuriſditiõs ordinaires, & les euoquer, & cõmectre a aultres ainſi quil en a eſte grandement abuſe par cy deuãt.* Et ar. clxxj. *Et ſi leſdictz lettres eſtoient aultrement, baillees defendõs a tous noz iuges de ny auoir point de regard, & condemner les impetrans en lamende ordinaire comme de fol appel, tant enuers nous, que la partie: & neantmoins quilz nous aduertiſſent de ceulx qui auroient baillees leſdictes lettres, pour en faire punition ſelon lexigence du cas.* Iuris eſt etiam vt iudex cognoſcens de cauſa appellationis non poſſit retinere cauſam principalem. vt c. j. de foro compet. in vj. nec poteſt cognoſcere de principali negocio etiam de conſenſu partium, niſi finito articulo appellationis dicat bene appellatum & male iudicatum: quia tũc poſſet articulum principalis cauſæ retinere, ſecus autem in papa, vel ſenatu: quia poſſunt retinere cauſam principalem, etiam ſi dictum fuerit bene iudicatum, & male appellatum. Imò ſine appellatione papa, Rex, vel ſenatus poſſunt inhibere iudicibus, ne ſe intromittant amplius de cauſa, ſed ipſã cauſam vnà cũ partibus remittant ad regem, vel ſenatũ, vt glo. in d. c. j. de appel. in vj. & cap. vt noſtrũ, eodem titu. in antiq. iudicium ſoluitur vetante eo, qui iudicare iuſſerat: vel etiam eo, qui maius imperiũ in eadem iuriſditione habet, vel etiam ſi ipſe iudex eiuſdem imperij eſſe cœperit, cuius eſt, qui iudicare iuſſit, l. iudicium ſoluitur, ff. de iudic. vnde iſtę euocationes, quæ quotidie fiũt de minori iudice ad maiorem, fiũt virtute illius, l. iudicium ſoluitur, prout dicit glo. in d. cap. j. de appella. in ſexto, & tales euocationes fiunt poſt litem conteſtatam d. l. iudicium ſoluitur.

R℞ IVRE noſtro & alieno.) Reſcriptũ ſiue priuilegiũ indultum non remittitur emenda & intereſſe partibus competentia. Nam indulgentia, ſiue priuilegiũ indultum per principem intelligitur cõceſſum ſaluo iure alterius, vt infra videbitis in præſenti remiſſione, & l. decurionibus, de Silẽtia. lib. xij. C & l. ſi qua loca, de fund. & ſaltib. eodẽ, & l. ex facto, ff. de vulg. ſubſtit. & Bal. in cap. ſtuduiſti, extra de offic. legat. & c. q̃is, de reſcrip. in vj. Nec poſſet princeps concedere reſcriptũ ex certa ſcientia, vt alicui auferatur ius ſibi quæſitũ ex iure naturali, ſiue gentiũ: quia eſt immutabile, vt Inſti. de iure natura. gẽ. & ciui. §. pe. glo. & ibi plene doc. in l. quotiens, C. de precib. imperat. offerẽd.

ſatiſfaciendo tamen parti ciuili, P ac priuato delatori, ſi non ſatiſfecerit. Et ſuper hoc ſilentium perpetuum procuratori noſtro præſenti, & futuro imponimus: noſtro vero præpoſito, hiſdem præſentibus damus in mandatis, quia hoc facinus in illiꝰ territorio patratum eſt, Q & omnibus alijs noſtrarum iuriditionũ, aut eorũ vicarijs quibuſlibet, quos decebit, dictum Anippum noſtra præſenti gratia, venia, remiſſione, indulgentia vti, frui, & gaudere planè, ac pacificè faciant, & ſinãt ſine moleſtia, aut quouis alio impedimento nunc, & in poſterum fieri non patiantur. Quòd ſi iam impeditus fuerit, eum relaxent, leuent, à reatu ſoluant, & quatenus res ſit valida, firma, & in perpetuum ſtabilis noſtrum ſi gillum præſentibus duximus apponendum: Saluo tamẽ alijs in rebus iure noſtro, & alieno. R Datum in cãpo martio menſe nouemb. anno domini M. v^c xl. & regni noſtri xxvj. Viſa contentor per regem N. Conſpectis etiam elogio & lite ſuper hoc àduerſus eũ cõfectis, dicto remiſſionis diplomate, ab eo obtẽto ſuperius exſcripto ratione cædis illatę in dictos defunctos, certis literis, ac tabulis trãſactionis, & acceptilationis celebratis inter litigãtes ab H. & E. domini noſtri regis in prædicta prępoſitura tabellionibus receptis die 23. mẽſis Ianuarij anno dñi M. v^c. xl. quibus cõſtat viduas, & hæredes defuncto rũ cũ Anippo trãſegiſſe, ac remiſiſſe in perpetuum res omnes, de quibus agere poſſent, & eũ perſequi occaſione illius illatæ cædis mille Frãcicarũ librarũ ſũma, quã viduæ, & hæredes defunctorũ fatẽtur recepiſſe. Auditis itaq; aduoca

legiũ ſemp intelligit cõceſ ſum ſaluo iure alterius, vt not. in l. decurionibus, C. de ſilentia. lib. xij. & ff. de vulgar. ſubſtit. l. ex facto, & C. de fund. & ſalt. rei dominicæ, l. ſi qua loca, lib. xij. & Bal. in c. ſtuduiſti, extra de offic. legat. & ĩ rub. ff. de cõſtit. prin. vbi priui legiũ dicitur priuata lex, quę nõ egreditur pſonã. A CONVOCATO cõſilio,) Conſtat per proceſſum, & confeſſionẽ Egidij Gnathonis, & Ferdinandi Paraſiti reorũ, q̃ ſunt famuli prælibati Anippi, quod eſt primum indiciũ, & veriſimile, quòd aſtiterint cum domino die facti, & cõmiſſi criminis, de quo agitur. Secũdo, ijdẽ cõfitentur fuiſſe dicta die cũ magiſtro, maxime Ferdinãdus Paraſitus dicit ſe comitatũ prædictũ ſuum dominũ poſt cœnã à leonea rgenteo in cauponã baliſtę: & idẽ Gnatho iuiſſe ante ĩ dictã cauponã, quod fuit inter moras homicidiorũ perpetratorum. Ideo non multum poterant abeſſe à prędictis homicidijs. Tertio, memoratus Anippus fatetur, & dicit eoſdẽ ſuos famulos ſecum aſtitiſſe in dictis homicidijs cum cæteris alijs, in cuius perſonã non eſt obiecta exceptio. Quarto prælibat⁹ Paraſit⁹ cõfeſſus eſt audiſſe minas pridie factas p Milonem q̃s reticuit, vt cõſtat in ſua cõfeſſiõe. Hic ſũt plura indicia cõcurrẽtia, quę tamẽ nõ cõcludũt quo ad cõdẽnationẽ, cũ ſuſpicionib⁹ nõ ſit iudicandũ, l. abſentẽ, ff. de pœnis, & Panor. in c. tertio loco, extra de proba. Ideo in criminibus ſcrutãdis quęſtio adhiberi ſolet interrogãdíq; ſunt rei vbi alijs probationibus veritas illuminari nõ poteſt, l. quotiẽs, C. de quæſtio. ad hoc facit ſtatutũ regiũ nouiſſimũ art. clxiij. cuius tenor ineſt, *ſi par la uiſitation des proces la matiere eſt trouuee ſubiecte a torture ou queſtion extraordinaire, nous, uoulõs incõtinẽt la ſentẽce de ladicte torture eſtre pronõcee au priſonnier pour eſtre prõptemẽt executee, ſil nẽ eſt appellãt Et ſil y en a appel eſtre tantoſt mene en noſtre court ſouueraine du lieu ou nous uoulõs toutes appellatiõs en matieres criminelles reſſortir immediatemẽt, & ſans moyen de quelque choſe quil ſoit appel le deſpẽdãs deſdictes matieres criminelles*. Sed ita demũ ad tormẽta deuenire oportet cum ſuſpecti ſunt rei, & alijs argumentis ita p̃bationi admouet, vt ſola confeſſio deeſſe videatur, l. j. ff. de quæſtio. Et tũc iudex arbitrari debet modum quæſtionis, vt ita habeatur, vt reus ſaluus ſit, vel innocentię, vel ſuppliacio, l. quæſtionis, ff. de quæſtio. Non enim quanta acuſator poſtulat habenda ſunt tormenta, ſed vt moderatæ rationis temperamenta deſiderãt, l. de minore, §. tormenta, ff. eodẽ, Tortura ſiquidẽ grauior eſt pœna, q̃ vtriuſq; manus abſciſio, vt in auẽ. vt nulli iudic. §. fiñ. vnde Caſſio in lib. variarum epiſtolarum xlvj. Non grauius eſt ſpem à te mortis expetere, quàm tormentorũ crudelia ſuſtinere. Inter ſupremas enim anhelatus angustias potius eſt perire q̃ viuere, & deteſtabilis ſenſus pœnarũ excludit dulciſſimę ſalutis effectum. Et Seneca in lib. de beneficijs: miſericordiæ genus eſt cito occidere, quia tormentum vltimum finem ſecũ affert: acerbiſſima vero crudelitas eſt quæ pœnam trahit. Et ad Lucilium epiſtola xxij. Nemo tam timidus eſt, vt malit ſemp pendere, q̃ ſemel cadere:

to, & p̃curatore dñi noſtri regis in dicta præpoſitura, quib⁹ nomine dicti domini elogiũ, actiones, diploma remiſſionis, tabulæ trãſactionis & pacti fuerũt edita, oſtẽſa, exhibita atq; approbata: omnibus deniq; conſpectis, & conſideratis conſpiciẽdis, & conſiderandis in hac parte, nos remiſſionis diploma ab eo Anippo impetratum ſecundum eius tenorem adprobamus, admittimus, & interinamus. Quamobrẽ eius corpus, & bona, ſiqua capta, aut aliàs obuincta fuerunt, purè, ac planè liberari, ac diſſolui edicimus per hãc noſtrã ſententiã, iudicium, & ius. In cuius rei teſtimonium prępoſituræ noſtræ ſigilli appẽſilis munimine has præſentes literas roborauim⁹ die xxiij. Februarij anno domini M. v^c. xl. Sic ſignatum.

Nota viſum fuiſſe curiæ dictum Anippum nõ poſſe ampliari prius, quàm ius redditum ſit in alios, nec ſentẽtia ei pronunciabitur, aut publicabitur huc vſq; ne fortaſſis vrgeretur per cõſcios, & participes ſceleris vltra confeſſionẽ in gratia ſcriptam: ita cogetur litis exitum opperiri.

Cõuocato cõſilio, A coráq; omni inſtrumẽto litis inſpecto itum eſt in hãc ſententiã, vt nõ poſſit criminatio diffinitiue terminari, priuſquã quæreretur de Egidio Gnathone, Ferdinando paraſito reis: tabellaris ideo ſentẽtia ſub hac fertur forma:

Viſo litis criminalis proceſſu coram nobis agitato, criminatione viduarũ, & conquerentium, procuratore regio nomine regis ſubſcribẽte aduerſus Girardum Milonem, & alios reos accuſatos, carceri incluſos, indicijs, elogio,

vnde facilius reperiuntur,qui ſe vltro morti offerant, quàm qui dolorem patienter ferant,vt ait Iulius Cel. lib.vij.quem refert Lucas de penna in l. quotiens, de dignit.l.xij.C.circa.iij.col.Hinc eſt ꝙ quæſtiones non ſemp, nec in omni cauſa, & perſona deſiderandæ ſunt, ſed tantum cum capitalia & atrociora ſunt maleficia, quæ aliter explorari, & inueſtigari non poſſunt quàm per reorum quęſtiones, tunc efficaciſſimæ ad inquirendã veritatem æſtimantur, l. edictum, ff. de quęſtio.Si igitur certis indicijs ductus veritatis inueſtigãdæ gratia ad tormenta putauerit iudex eſſe veniendum,tunc id demũ facere debebit ſi perſonarum cõditio patiatur, l.milites,§. oportet, ff. eodem. Neqꝫ deflectẽs à iuſtitia indignatio iudicum, & vęnalis exigentium terror quid ſibi licere putet in eas pſonas, quæ aut innocentia ſunt ſecuræ,aut principali honore ſunt munitæ : habet enim hanc laboris mercedem multorum munerum ſcilicet officiorum teſtimonijs commendata deuotio. Idémque eſt etſi munera decurionatus quis depoſuerit.Nam & ipſe propter priſtinam dignitatem quæſtionem non patitur, l. nihil. C. de quæſtio. decuriones certe ſunt earum omnino pœnarum exortes,quas fidiculę,& tormenta conſtituunt, l.decuriones.C.eodem.Liberi etiam eminentiſſimorum, necnon perfectiſſimorum virorum vſqꝫ ad pronepotes plebeiorum pœnis,& quæſtionibus non ſubijciuntur,dum tamen prioris gradus liberos,per quos priuilegium ad vlteriorem gradum trãſgreditur nulla violati pudoris macula aſpergat, l. Diuo Marco, C.eodem.Nam grauitas perſonarum,& qualitas præcedentis vitæ elidunt huiuſmodi indicia,per quæ plebeij., vel viles pſonę veniũt torquẽdi, vt l.nõ omnes, §.à Barbaris,ff.de re milita.& c.cũ in iuuentute,extra de præſumpt.Sed hoc poſſet intelligi de mediocrib⁹ delictis,vt in his ceſſet quæſtio.Nã in grauiorib⁹ delictis nõ haberet locũ, quod dictũ eſt ſupra, quia hæ perſonæ etiã torqueri poſſent,vt l.cũ cognitionaliter, C. de quæſtio. ibi ſi præſtita fuerint ex tanto ſcelere argumenta,vt videantur accedere ad veriſimilitudinem cauſæ crimina,ipſa quoqꝫ mulier torquebitur:ne qꝫ eã ægreferet,ſi torqueatur,quæ veneno viſcera hominis extinguit,& l.j.C.vbi ſenato.vel clariſ.vbi dicitur ꝙ reatus omnẽ honorẽ excludit,imò aggrauat reatum.Secernuntur etiam minores xiiij. annis à quęſtionibus,quibus ſubijci nõ poſſunt,excepto crimine læſæ maieſtatis,qui etiã ad teſtimoniũ,cũ res exegerit torqueri poterũt,l. de minore,C.de quæſtio.in alijs autẽ, q̃ in crimine lęſæ maieſtatis terreri habena,vel ferula cædi poſſunt, l.j.§.Impuberi, ff. ad ſenatuſc. filla. Minores etiam viginti quinqꝫ annis in caput alterius torqueri non poſſunt, maxime cũ nullis argumentis extrinſecus accuſatio impletur. Non tamen conſequens eſt,vt eidẽ minori ſine tormentis credatur. Nã ætas, quæ aduerſus aſperitatem quæſtionis eũ tueri videtur, ſuſpectiorẽ quoqꝫ eũdem facit ad mẽtiendi facilitatem,l.ex libero,§.de minore, ff. de quæſtio. & l.in teſtimonium,ff.de teſtib.Notandũ eſt igitur ſecundũ Bal.in l.fi.ff.de quęſtio.ꝙ in omnibus caſibus tortura habet locum præcedẽtibus indicijs, niſi in criminibus in iure expreſſis,vt in l.Diuo Marco,C. de quæſtio. & l.milites,§. hac enim,ff.eodẽ.Sed nũc quærendũ eſt,an plura indicia, aut vnum requirantur ad torturam? Dic ꝙ leges videntur loqui in plurali, & ideo ꝙ plura indicia requirantur,d.l.j.in princ. ff.de quæſtio. ibi alijs argumentis,& l.vnius,§.j.& l.milites,eodẽ,& in gl.l.fi. ff.eodẽ videtur loqui in ſingulari, dũ dicit præcedente ſuſpicione, & glo.in l.ſi quis,C.ad leg. Iul. maieſt. ibi,indicium enim.Quamuis ergo leges loquantur in plurali, tamen hoc non cogit, nec infert vt valeamus intelligere de plurib⁹ indicijs,vt l.ij.§.homines,ff. vi bono.rapto.Vtrum ergo ſufficiat vnũ indiciũ,an plura,hoc ſtat arbitrio iudicis,vt l.iij.§.eiuſdem,ff. de teſtib.Nam poſſunt eſſe indicia generalia, & remota,& iſta non ſufficerent ſine alijs, vt puta eſt homo malę conditionis,eſt indicium tale quale,vt l.de minori,§. pe.ff. de quæſtio.Et illud non ſufficeret ad torturam ſine alijs indicijs.Sed ſi iſtud indicium eſſet vnitum cũ alio,vt quia eſt homo malę conditionis, & conuerſabatur in domo illa,certe iſta duo indicia generant ſuſpicionem,l.dominus horreorum, ff. locat,& ſic quæ nõ proſunt ſingula,multa iuuant l.rationes,& l.inſtrumenta,C.de probat.Si autẽ indicium non eſſet remotum,ſed propinquũ & tangens negociũ,de quo quæritur, vt vnus bonus teſtis de viſu prout in hac noſtra materia,vbi Anippus deponit vidiſſe, & adfuiſſe homicidijs prędictos Paraſitũ & Gnathonẽ eiuſdẽ famulos,tunc tale indicium eſt ſufficiens ad torturam,vt l. maritus, ff. de quæſtio. vel ſi eſt confeſſio facta extra iudicium,vel captus ibi & dicitur ꝙ eſt propter hoc, vt l.capite quinto, ff.ad leg.Iul. de adult.Tunc poſſet eſſe vnum indicium ita propinquum, ꝙ eſſet ſufficiẽs ad torturam ſecundum Bartho.in d.l.fi.ff.de quæſtio. vbi dicit, ita intelligi deberi glo.d.l.Ibi, præcedente ſuſpicione,& glo.in d.l.ſi quis,C. ad leg.Iul.maieſta.

¶Si vero abſint indicia ſufficiẽtia ad torturam,in defectum illorum ad terrorẽ poteſt tortura præſentari,

interrogationibus, confeſſionibus, reuocationibus, commiſſionibus teſtiũ, tabulis remiſſionis nobili Deſiderio Anippo conceſſis à principe,& omnibus viſis,conſideratis conſiderandis,audito ſimul procuratore regio; & peritorũ conſilio, Nos ediximus, & edicimus, ante,quàm ad diffinitiuam iudicij ſententiam procedamus,per Egidiũ Gnatonem, & Ferdinandum Paraſitum famulos Anippi quærendum de crimine ad eruendam veritatem extraordinariè,& in ſe,& in alios torqueri, vt hoc

vt in auteñ.de mandat.princ.§.& talem,& Bal. in l.ij. C.quorum appel.non recip.& in cle.j.extra de hęret. & c.j.extra de teſtib.& l.j.§.impuberes,ff.ad ſenatuſ. Sylla. Modus autē præſentandi torturam debet fieri ſine prolatione ſententiæ,quia ſi diceretur in ſententia q̄ ei præſentabitur queſtio, nō eſſet curæ:quia ſciret ſe non paſſurum.Si autē dicatur,q̄ torquebitur: haberet vim ſententiæ,& tunc licite poſſet appellare.Reus ergo adducendus eſt ad locum tormentorū, & oſtenſis tripodibus, funiculis,& aqua, ei iniungatur ſe exuere indumētis. Et tunc debent ei fieri cōminationes de eum apprime torquendo, fingendo eum ligare pedibus,& manibus niſi dixerit veritatem.Et niſi illo terrore fateri velit,remittendus erit, quia vbi reus nullis argumētis vrgetur,in cauſa non facile tormenta adhibenda ſunt ſed inſtandū accuſatori, vt id quod intendit comprobet,ac ſic cōuincat, l. vnius,§. in eo,ff. de quæſtio.q̄ ſi teſtis deficiat, innocentis fidē ſola iuriſiurādi taxatio māifeſtat,vt c.j.xxij.q.j.C ONCLVDENDO igitur cōſtat q̄ iſti duo rei Gnatho, & Paraſitus qui plębeij ſūt & viles pſonæ, ſatis argumētis vrgentur ſufficiētibus ad torturā, & ita mihi videtur lima correctiōis ſalua.

peracto, & auditis accuſatoribus,ac regis procuratore nomine eiuſdem in petitionibus,& intētiōibus, ſecūdū ius,& æquū pronūciemus expenſis,[B] damnis, & eo,quod intereſt, in finem reſeruatis per hanc noſtram ſententiam , iudicium, & iure.

Pronunciatū in prætorio[C] litigātibus xxviij. Febr.[D]anno M.v[c]xl.

B EXPENSIS &c.)Iudex in interlocutoria poteſt dāna, & intereſſe in diffinitiua reſeruare: quia nondū perfectus, & inſtructus eſt proceſſus, vt l.terminato, ibi, victori cauſæ reſtitui debere expenſas, aut ſuper his q̄relā iure cōpetere,C. de fruct.& lit.expēſ.& ar. l. Modeſtinus,ff.de ſolut.Quęro autem quare reſeruātur expenſę,damna, & intereſſe in diffinitiua,cum in criminali non veniat refectio expenſarum, quādo pœna in ſupplicio cōſiſtit,vt Bal.in l.non ignoret, C.eodem de fruct.& lit.expēſ.Etiam qui reum accuſat criminaliter,non dicit ſibi obnoxiū, ſed fiſco,vt l. agraria,ff.de termi.mot.& ff.de popul.actio.ſuper rub.& l.iij.in princ.ff.de ſepul.viol.dic q̄ vbi cauſa eſt criminalis,& pecuniaria, quādo ſcilicet fit perſecutio per fiſcum ad finem criminalem, & per accuſatorem ad finem priuati intereſſe,tunc venit refectio expenſarū, quo ad partem ciuilem,vt l.cum quidā, in verbo obnoxios ſibi,& ibi Bal. C.eodem de fructu.& lit.expēſ. Namque contra actorem non perſequentem, vel defendentem litem,vel perdentem poteſt ferri ſententia calumniæ,damnorum,& expenſarū,d.l. non ignoret,dic hoc procedere à pœna confiſcationis citra, vt c.calumniā,extra de pœnis.C. de fideiuſſo.l.j.& l.tutelas,§.ſi libertate,ff.de capit.diminut.

C IN PRAETORIO) Regulare eſt , quòd iudex debet ferre ſentētiam tam in ciuili quàm in criminali in loco maiorum ſuorum,aliàs non valet ſententia, vt l.cum ſententiam,C.de ſenteñ.& interlo. omnium iudic. prætor enim vbicunque ſalua maieſtate imperij ſui, ſaluóque more maiorum ius dicere conſtituit, is locus recte ius appellat, vt l.pe.§. fiñ.ff.de iuſtic.& iur.poteſt tamen iudex ordinarius eligere ſibi aliū locum, & mutare illum, dum tamen publicè, & notorie coram officialibus hoc faciat, & ſit in ſuo diſtrictu.i.iuriditione & territorio : quia omnis locus,qui eſt intra territorium iudicis ordinarij locus maiorum intelligitur, ſecundum Domi.de Sanct.Gemi.in c. cum epiſcopus, de offic. ordinar. lib. vj.& ita tenet Albertusde Roſ. in d.l. cum ſententiam, C. de ſententi. & interlo.omnium iud.vbi dicit tex.q̄ſententia, quæ non eſt lata in loco maiorum , nec præſentibus officialibus, eſt ipſo iure nulla.Ex partium autem prorogatione iudex poteſt in alio loco,quàm in loco maiorum ſuorū ferre ſententiam in criminalibus,vt l. Quæro,ff.de ſolut.Tutius tamen eſt,vt ferat ſententiam in loco maiorū, vt Bart.in l.j.§.dies,ff. quando appel. ſit. Aut non fit prorogatio partium , & tunc aut non poteſt iudex iudicare in loco maiorum ratione impedimēti,timoris,vel ſuſpicionis:& tunc poteſt alibi iudicare,& ſentētia alibi lata,valet:vt not.gl. in eo qui iudicauit ſup equo,in l.ij. C.de ſenten.ex peric.recit. aliàs autem ſi poteſt iudicare in loco maiorum , & conſueto : in illo debet iudicare,aliàs non valet ſententia,d. l.pe.§.fi.ff. de iuſt.& iur.Si autem eſſet iudex delegatus, qui non habet locum maiorum deputatum , tunc poſſet alibi iudicare,vt Bal.& doct.in l.j.C.de ſenten.ex peric.recit.& Specul. in titu.de ſentētia,§.iuxta præpoſitionis ſerię,verſi.ij. iudex vel præpoſit⁹ metatorū aliàs mareſcalorū Francię diſcurrens per prouincias poteſt vbique,etiam in agro iudicare,vt l. prouinciarum , C. de fer.& l.conſtitutiones,ff.de appel. nec ab eo appellatur ex edicto regis.vnde ex perpetuo edicto aliquid decernitur:id quod min⁹ fiat vel vbi res dilationē nō recipit,non permittitur appellare,l. ſi res,ff.de appel. recip.vel non.Et ſic vbi te inuenero,ibi te iudicabo,vt Bal.ind.l.prouinciarum.

D XXVIII.Februarij.) Ea enim die, qua quis venit torquendus, non datur ei ad comedendum,nec bibendum ante torturam,ne corpus ex cibo turbetur in ipſa tortura. Craſſus enim venter tenuem ſenſum gignit,l.quæ adulterium,iuncta glo. C. ad leg. Iul.de adult.& ita ſeruatur de conſuetudine.

A ℣ FERDINANDVS parasitus iunior.) Hic duo rei torquẽdi, Et ita vbi vni⁹ facinoris sũt plurimi rei, ita audiendi sunt, vt ab eo primũ incipiatur, qui timidior vel teneræ ætatis videtur, l. vnius, ff. de quæstio. A suspectissimo etiam est incipiendum, & à quo facilime verũ sciri iudex crediderit, vt l. j. ff. eodem.

B ℣ IVREIVRANDO.) Iuramẽtũ licitũ est pro veritate inquirẽda siue in testibus siue in alijs, vt c. q̃q̃ xiiij. q. ij.

C ℣ ROGATVS.) Per omnia interrogationũ, & quæstionũ vestigia iudex decurrere debet, l. sup̃ statu, C. de quæstio. & reum interrogare sup̃ quolibet indicio ĩ informationib⁹ cõrẽto, d. l. vnius, §. cognituru, & l. custodias, & ibi Bal. ff. de pub. iudic. c. quoniã cõtra falsam, extra de prob. Iudicis siquidem in excutienda veritate plurimũ subtilis diligentia affert. Qua ex voce, & sermone, & ex eo qua quis cõstantia quid dicat quædã ad illuminãdum veritatẽ in lucẽ emergunt, l. de minore, §. torm̃eta, ff. de quæstio. Et debet iudex describi facere respõsionem, & quẽlibet motũ, & gestum corporis, & oñia gesta in quæstione per scribã, vt c. qm̃ cõtra falsã, extra de p̃ba. & hoc ne publica fides depeat, vt l. gesta, C. de re iudic. Et p̃ ordinationem regis Ludouici 12. ar. 113.

D ℣ SIGNO sanctæ crucis.) Quia plerĩq; in tortura deficere solẽt. vt l. q̃stiones. ff. de q̃sti. Iccirco torquẽdus priusq̃ ligeť funiculis p̃ tortores in quæstiõis loco debet vestimẽtis exutus se signaculo crucis insignire in fronte, & alijs mẽbris, sic dicẽdo in nomine patris & filij & spiritus sancti amen. Nam scriptura salutiferæ crucis signaculo fideles docuit insigniri, vt c. ecclesiarum, xj. distinct. quod signaculũ crucis in fronte, & alijs membris debet fieri, vt de consecrat. dist. iiij. c. postea figuratur, & distinct. v. c. nunquid. Quod signaculũ crucis videtur traxisse originem ex veteri testamento, quia cũ angelus deberet occidere primogenita Aegypti, pręceptũ est filijs Israel vtrumq; postem linire de sanguine agni ad modũ Thau literæ, quæ est ad modum crucis T. legitur itaque in Ezechiele, q̃ cũ apparuissent sex viri vasa habentes in manibus, & quidam vir apparuisset in medio eorum habens atramentum ad renes, dixit Dominus ad eũ, Signa Thau in frontibus dolentium, & gementiũ, vt glo. in d. c. ecclesiarum, xj. distinct.

E ℣ EXTORQVERE adnititur.) Ista quæstio est inquisitio, quæ fit ad eruẽdam veritatẽ per tormenta & corporis dolorẽ, vt ff. de iniur. l. Item apud Labeonẽ, §. adijciť, versic. quęstionẽ; vbi dicit, quęstionẽ intelligere debem⁹ & torm̃eta, & corporis dolorẽ ad eruendã veritatẽ. nuda ergo interrogatio, vel leuis territio non pertinet ad hoc edictum, &c. Et quæstionis verbo etiã ea quã malam mansionẽ dicunt, cõtinebitur. cũ igitur p̃ vim & torm̃eta habita quæstio est: tũc quæstio intelligitur, Sed & si iussu dñi qs quæstionẽ habeat, modũ tñ excesserit: teneri eũ debeť Labeo ait, vt d. l. Itẽ apud Labeonẽ, §. quæstionis verbo, Sic ergo torquendus est reus, vt innocentię vel supplicij saluus reddať, l. quęstionis, ff. de quęsti. quẽ modũ si iudex nõ seruat teneť ex hoc, l. si cõstãte, §. si maritus, ff. solut. matri. ibi, attamẽ sæuitia quæ in proprijs culpanda, in alienis cohercenda est, & l. sed & si quẽcunq;, §. si magister, ff. ad le. aql. nec prodest iudici cũ tãq̃ iudex hoc fecerit cũ deliquerit. nã cõtra maleficiũ praue pręsumit actũ, vt C. de iniur. l. si nõ cõuicij, & l. j. C. ad leg. cor. de sicar. p̃pterea si propinquus in corrigẽdo p̃pinquũ modũ excesserit, & sic mẽbrũ debilitauerit, tenet vt C. de emend. p̃pinq. l. vna. nec iudicẽ excusat offm̃, qa sicut nec priuatis, ita nec magistratibus concessum est aliquod illicitum facere, l. nec magistratus, ff. de iniur. Econtra videtur quòd iudex non teneatur, quia hoc facit exequendo officiũ suum causa eruendi veritatem, non autem animo interficiendi

Quæstionis executio. die qua supra.

Ferdinandus Parasitus iunior[A] alter ex famulis memorati Anippi à carcere in cõclaue cõsilij accitus, & exacto iureiurãdo[B] rogatus[C] à me præposito &c. de vero dicendo, & reuelando homicidio in defunctos Crassum, Plutum, Xenium perpetrato.

Dixit non interfuisse, propterea nescire se, qui patrauerit tale homicidiũ. Tunc deductus est à tortoribus in locum quæstionis, vt torqueretur: Ibíq; exutus omnibus vestimentis supponitur quæstioni, prius tamen adhortatus ad verum dicendum.

Dixit non alia, quàm quæ iam corã me confessus esset scire.

Hoc dicto venerabili signo sanctæ crucis[D] se meo iussu munit, orans in nomine patris, filij, & spiritus sãcti, amẽ: deo omnipotenti, beatæ Mariæ virgini, & omnibus sãctis eius me cõmẽdo.

Tunc manibus, ac pedibus funi alligatus à tortoribus, ac tẽsus in aere resupin⁹ ad pedes supponitur paruus tripus, quo magis extẽderetur: deinde cõpresso torti naso eius ori ahenum primũ aquæ infudit alter ex tortoribus, verúmq; ab accusato extorquere adnititur,[E] sed ille nihil confitetur.




FIG. TORTVRAE COTHVRNORVM EXTRAORD.





vel debilitandi, ergo non debet ex hoc teneri, nemo enim videtur delinquere, niſi animũ malignum delinquendi habuerit, vt l. ſæpe, ff. de verbo. & rer. ſignifi. ibi, vt nemo opere furtũ videatur feciſſe, niſi & conſilium malignum habuerit: nec conſilium habuiſſe nocẽdi, niſi & factum ſecutũ fuerit. voluntas enim & ꝓpoſitum diſtinguũt malefi cia, vt ff. de fur. l. j. Tunc enim crimen contrahitur cum voluntas, & propoſitum nocẽdi interuenit, nõ aliter, vt C. ad leg. cornel. de ſicar. l. j. ibi, crimen eñ contrahitur, ſi & voluntas nocendi intercedat. cæterum ea, quæ ex improuiſo caſu potius, quàm fraude accidunt, fato plerunq; nõ noxę imputantur, & ff. de lib. hom. exhib. l. iij. §. j. prę ſumit enim princeps bonũ de officialibus ſuis, niſi manifeſte contrarium doceatur, vt ff. de offic. præfect. præt. l. vna, ad fi. ibi, credidit eñ princeps eos, qui ob ſingularem induſtriã, exꝑlorata eorum fide, & grauitate ad huius officij magnitudinem adhiberẽtur, non aliter iudicaturos eſſe pro ſapientia ac luce dignitatis ſuę, q̃ ipſe foret iudicaturus.

Similiter infuſo ſecundo 3.4. aquæ aheno, ille confitetur nihil.

Deinceps interrogatus, num ſæpe dictæ Craſſi Pluti Xenij cędi interfuiſſet? num illam commiſiſſet? num opem præſtitiſſet? & à quo commiſſa?

Dixit cædi præſentẽ nõ fuiſſe, deos obteſtans immortales.

Infuſo 5. 6. aheno idem omnia negat.

An Egidius Gnatho[F] alter Anippi famulus adfuerit, ſuppetias tulerit, homicidiúmq; patrauerit.

Dixit neſcire, credere tamen illum relicto communi hero Anippo in vico ſancti Honorati die, & hora homicidij, rectà domum in diuerſorium baliſtæ ad ſternẽdos lectulos, & digerenda ſingula præcurriſſe.

Subſtituitur funi tripus alter maior, quo plus extenderetur miſer, qui vehemẽter exclamãs, hei, hei, cædi adfuiſſe, enſémq; ſtrinxiſſe abnegauit.

Infuſum eſt ori eius ſeptimum aquę ahenum, quam ferè euomuit ſanguine mixtam.

Rogatus an dicta die cædis ſemper, traneus hæres, ſiue ex ſuis ſit, & ſi torqueatur in aliũ, vt teſtis, & confeſſus fuerit, non poterit reuocare confeſſionem, per glo. in d. l. edictum, ff. de quæſtio. ꝙ ſi interrogatus, dum torquetur, amplius dixerit, q̃ interrogatus fuerit, rei erit iudicium, & non interrogantis culpa. d. l. j. §. diu⁹ Adrianus, ff. de quæſtio. Sin vero reus vltro fateatur, non ſẽper eſt fides ei adhibenda: nonnunq̃ enim aut metu, aut aliqua de cauſa ĩ ſe cõfiteť, d. l. j. §. ſi quis vltro, & l. in fraudẽ, §. fiñ. ff. de iure fiſci. nec perire volens auditur, l. non tantum, ff. de appell. Neq; etiam credendum eſt confeſſo, de ſe, & ſocijs: niſi allegauerit euidentẽ rationẽ, vel veriſimilitudinẽ, quæ inſtruat iudicem: quia tũc publicæ vindictæ non erit ſubtrahendus reus, l. ſicut, C. de quæſtio. Ita ꝙ ſi confitens fuerit confeſſus in tortura nõ præcedentibus indicijs nõ allegando euidentem rationem, vel veriſimilitudinem, nunquam poteſt ex illa confeſſione damnari, vt glo. mirabilis, & ſingularis, in l. penul. ff. de quæſtio. Quia confeſſiones reorum pro exploratis facinorib⁹ haberi nõ oportet, ſi nulla probatio religionem cognoſcentis inſtruat, d. l. j. §. diu⁹ Seuerus, ff. de quæſtio. Si autẽ aliqua ſint indicia contra reum, quæ cõiuncta ſunt cum confeſſione, quanquàm extorta, inducunt indubitabiliter veritatem. Ideo non prodeſt reo confitenti reuocare cõfeſſionem extra torméta quia eſt irreuocabilis ſecundum Bal. in l. non hoc, C., vnde legit. Et hoc niſi reuocans probaret clare contrarium per indicia contraria elidentia, vt l. ciuile, C. de furt. & ibidem Bal. in l. fiñ. C. de probat. Si autem reus vnico, & ſimplici indicio torqueatur, & confeſſus fuerit non allegando euidentem rationem, vel veriſimilitudinẽ, non ſtabitur illius confeſſioni, niſi perſeueret extra torturã, vt d. l. j. §. diuus Seuerus, ff. de quæſtio. & d. l. ſicut, C. eodẽ. & glo. in l. j. ff. de cuſto. reo. & l. ſi quis in ea. iuncta glo. C. eodem. Azo autem in ſumma dicit, aut quis confitetur crimen ſponte metu probationis, & ſufficit vna confeſſio, vt l. qui ſententiam, C. de pœnis. Aut confitetur metu tormẽtorum, & requi

F ANTHO Egidi⁹ Gnatho.) Videtur ꝙ hic iudex deliꝛat, cum non debeat ſpecialiter interrogare reum, an dictus Gnatho homicidiũ fecerit, ſed generaliter qs id fecerit, quãdo in alium torquetur. Alterum enim magis ſuggerẽtis q̃ requirentis videtur, dic. l. j. §. qui quæſtionem, ff. de quęſtio. Dic hoc eſſe verũ, quando in alium tantum torquetur, vt d. §. qui quæſtionem. Sed quando reus torquetur in ſe ſuper facto proprio de ſe interrogari poteſt ſpecialiter, vt hic, vt d. l. j. §. diuus, & etiam de ſocijs. & in hoc eſt caſus ſpecialis, vt reus repeti poſſit in quæſtionẽ non ſuperueniẽtib⁹ alijs indicijs, vt ſcilicet manifeſtet mandatorem, & ſocios criminis, tex. for. in l. & ſi certus, ff. ad ſenatuſ. ſylla. vbi dicit textus, etſi certus ſit percuſſor, tamen habenda eſt quæſtio, vt cædis inueniatur mandator, vtiq; ipſe percuſſor quæſtioni dabitur, quamuis cæteri mandatores puniantur, quamuis aliàs ſerui in caput domini nõ torqueantur. Recte tamen fiet quæſtio, etiam ſi hæredem accuſet ſiue ex

ritur q̃ perſeueret in confeſſione, extra locum tormẽtorum, vt l. ſi confeſſus, ff. de cuſto. reo. & l. j. §. quæſtioni, & §. ſi quis vltro, ff. de quæſt. & Cy. in d. l. ſiquis in ea, & ita conſuetudo ſecundum Bartho. in d. l. j. ff. de cuſto. reo. Prout vidi practicari Pariſijs. Oportet ergo quòd poſt cõfeſſionem factam in tormentis reus reducatur in locum publicũ iudicij, ſcilicet ſi cameram conſilij, ſi qua ſit extra metum tormentorum, & ibi coram tabellione, aut ſcriba, & perſonis publicis cõfiteatur denuo, vt tex. in l. ij. C. de cuſto. reo. & Bart. in d. l. j. §. diuus, ff. de quæſtio. & per ordinationem regis Ludouici xij. art. xiij. quæ dicit, q̃ poſt diem, & noctem reus debet iterum interrogari, an perſeueret. Tunc quæ tormẽtis, verberibus, & igne fatigati in ſe torti dicũt, veritas ipſa dici videt, ſi perſeuerauerint extra torturã, vt Tullius in topicis. Sed ſi in aliũ torqueantur, vt teſtes, confeſſionem reuocare nõ poſſunt extra torturã, imò tenebit, vt glo. in l. edictũ, in verbo efficaciſſimas, ff. de quæſtio. Ratio aũt quare, quis debeat pſeuerare poſt tormenta ſe tortus, ideo videtur eſſe, quia quęſtioni, fides nõ ſemper, nec tamen nunquam habenda eſt. res fragilis, & periculoſa, quæ veritatem fallit. Ita quòd pleriq̃ patientia, ſiue duritia tormentorum ſic tormenta contemnunt, vt exprimi veritas ab eis non poſſit. Alij ſunt tanta impatientia, vt in quouis mentiri, quàm pati tormenta velint, & ita fit, vt vario modo fateantur, & non tantum ſe, verum & alios criminãtur, d. l. j. §. quæſtioni, ff. de quæſtio. Alij & multi indurantur habentes breuia ſcripta in brachijs, vt refert Par. de put. tract. de ſyndic. verb. tortura grauior. & apud eum dicit quidam magnus Theologus, quòd ſi quis geſtaret in dorſo verſum pſalmi ix. contere brachium peccatoris, & maligni: quæretur peccatũ illius, & non inuenietur, q̃ non confitebitur in tortura. Et dicit Albertus magnus in lib. de ſecretis naturæ, q̃ lapis Meſites dictus à ciuitate, quæ dicit Meſis, tritus, aquæ mixtus & datus in potum illi, qui debet pati cruciatus, q̃ inducit inſenſibilitatem pœnæ, vel cruciatus. Alij etiam dixerunt, quòd bibendo opium nõ ſentiet dolorem. Hinc eſt cum apud Tholoſates agerẽ, vt patronus cauſarum in iuriſdictiõe domini vicarij regij, vidi nõnullos torquẽdos ordinationem iuentis, & nunc defuncti dñi Bertrãdi iuriũ doctoris, necnõ eiuſdẽ vicarij locumtenentis denudari, & pilos capitis, & corporis eorundem abradi ad euitandã prędictã ſuſpicionem, qui quæſtioni repetitæ ex nouis indicijs dati cito confeſſi ſunt maleficiũ, cum antea diffeſſi fuerant, & ideo ſint ad hoc cauti, & intenti iudices.

maximè poſt cœnam vſque ad lectum, hero adſtiterit?

Dixit adſtitiſſe, nec reliquiſſe, quẽadmodum antea confeſſus erat.

Soluitur [G] miſer à tormentis: & lotis manibus, iuncturiſq; brachiorum compoſitis ſublatus eſt in aliud cubiculum ad focum lucentem, vbi lecto ad terram ſtrato poſitus, & rogatus perſeuerat in ſua nouiſſima confeſſione.

Die ſequenti mane.

Eductus idem Paraſitus à carcere in idem conclaue, & delato ſacramento à me interrogatus de integro, perſtitit in ſua confeſſione [H] ibi coram recitata addens, aut detrahens nihil.

Dicta die.

EGidius Gnatho alter Anippi famulus euocatus à me præpoſito è carcere in locum, vbi flagitioſi torquentur, ac cõmonefactus, niſi verũ

G SOLVITVR.) Iudices hoc temperamentum tenere debent, vt tormenta immenſa nõ ſumant de aliquo, nec quanta poſtulauerit accuſator, ſed prout moderatę rationis temperamenta deſiderant: adeo quòd tortus ſanus, ſeu ſaluus innocentiæ, vel ſuppliciò conſeruetur, vt ff. de quæſt. l. de minore, §. tormenta, & l. quæſtionis modum, ff. de eodem tit. aliàs tenebitur iudex actiõe iniuriarum vt, ff. de iniur. l. Item apud Labeonẽ, §. quæſtionis, ibi, ſed etſi iuſſu domini q̃s quęſtionẽ habeat, modũ tñ exceſſerit, teneri eũ debere Labeo ait. Sed ſuper hoc nõ põt certa dãtria dari, ſed iudex debet conſiderare cuius fortitudinis, vel debilitatis, valitudinis, aut ętatis ſit, qui torquendus eſt: vt ſecundum varietatem perſonarũ, & varietatem criminis, ſeu alterius negocij qualitatem vtatur quandoq; grauioribus, quandoq; minoribus tormentis. q̃ autẽ hęc ſint cõſideranda probatur per iura, vt ff. de ſenatuſ. ſilla. l. ſi quis in graui, & §. ſubuenitur, ibi, ignoſcituretiam ijs q̃ ætate defecti ſunt, & l. j. §. impuberi, & §. impubes, ibi, ætas enim excuſationem meretur, ff. eodem. ad ſilla.

H PERSTITIT in ſua confeſſione.) Quæritur ad quem locum debeat duci reus tortus ad perſeuerandum? reſpondẽ q̃ apud acta, vel aliũ publicum locum, prout in cameram conſilij, & non in conſpectum torturæ. Et ideo ſolemus nos iudices in perſeuerantia faciendã conuocare teſtes, ſcilicet tam clariſſimos viros quàm patronos cauſarum, iuxta l. Cuſtodias, ff. de publi. iudic. in qua cauetur, q̃ iudex cuſtodias, ſiue cuſtoditas perſonas auditurus, tam clariſſimos viros, quàm patronos cauſarum ſi omnes in ciuitate, vel prouincia quam regit, agũt adhibere debet. Et ſub publico teſtimonio iudex facit ſcribere perſeuerantiam, prout hic in textu. Et ita fieri decet ar. l. ij. C. de cuſto. & exhib. reo. ibi, ita enim quaſi ſub publico teſtimonio cõme-

moratio admissi criminis fiet. Quantũ autẽ sit intermedium ab hora confessionis torti vsque ad horam reductionis ad perseuerandum, hoc non determinatur aliqua lege, vt d.l.ij.C.de custo.reo.ibi, atque post modum eductus apud acta audiatur. Sed illud relinquitur arbitrio iudicis considerata qualitate personarum, & leuitate, vel grauitate criminis. cum enim tẽpus certum, vel quid aliud non præsumitur à iure, iudicis potestati relinquitur, vt ff.de iure delib. l.j.ibi, cũ dicit tempus: nec adijcit diem, sine dubio ostendit esse in ius dicentis potestate, quam diem præstituat, & ff.de statu lib.l.j.

palàm fateretur, decretam ei esse quæstionem.[A]

Dixit veritatem se non taciturum, nec aliud scire, quàm quod paulò antè rogatus nobis locutus fuerat. Tum assumptus est à tortoribus, & abeisdem exutus, positúsq; super lapide à pariete præminenti nostro iussu signum crucis in fronte pollice pingit, & precatur in noïe patris, filij, & spiritus sancti Amẽ: deinde ligatis,[B] singulis pedibus, ac manib9 funiculo ferreis annulis trahitur, subijcitúrque ad pedes paruus tripus, quo magis distrahatur, ac follicitatur sacrosanctè de vero fatendo.

Is vociferans, Iesus Iesus morior:

A DECRETAM ei esse quæstionem.) Si extra locum tormentorum iudex comminando reo torturã, prout hic in textu inferendo ei terrorem, quantum potest, si reus his auditis cõfiteatur, non dicitur cõfessio facta metu tormentorum, quia leuis territio nõ habet vim tormenti: metus enim causa abesse videtur, qui iusto timore mortis, vel cruciatu corporis cõterrito abest: & hoc ex affectu eius intelligitur, sed non sufficit quolibet terrore adductum timuisse, sed huiꝰ rei disquisitio iudicis est, l.metus, ff.ex quib.caus.maio. leuis ergo territio extra locum tormentorum facta illusoria est, art.l. hæc autem satisdatio, ff.si cui plusquam per leg.falcidi ibi, nam iniquũ erat omnimodo caueri nondum illata controuersia litis: cum possint eluforię minæ fieri? ideóque eã rẽ prætor ad cognitionẽ suã reuocat, sed videt sufficiẽs metus cũ super hoc iam erat lata sententia tortuæ. Ideo nõ prosit talis cõfessio, nisi sit perseuerata, ar. l.j.§.ex incendio, & l.pedius, ff.de incẽd.rui. & naufra.

B LIGATIS.) Terrorem tunc aut metum tormẽtorum debemus accipere præsentem, & instantem torturæ, non suspicionem inferendi eius, l. metum præsentem, ff.de eo, quod metus caus. & l. metum accipiendum, & l.metum autem, ff.eodem. Et tunc confessio dicitur facta metu tormentorum, vbi torquendus ducitur ad pedem torturæ, & ligantur eius manus retro, & hoc casu non valet eius confessio, nisi perseueret extra locum tormentorum, vt supra dixi. quia lex æquiparat talem confessionem extortam metu tormentorum confessioni factæ in tormentis, vt C. quorum appell. non recip. l. iij. ibi, aut formidine tormentorum, & nota.q9 ibi, dicit formidine,, non autem dicit in tormentis, & idem sentit glo. ibidem, & ar. ff.de iniur. l. Item apud labeonem, §. adijcitur, versic. quæstionem. ibi, Quæstionem intelligere debemus & tormenta, & corporis dolorem ad eruendam veritatem. nuda ergo interrogatio, vel leuis territio nõ pertinet ad hoc edictum, vnde paria sunt, & æquipollentia quo ad leg.cornel. de sicar. hominem percutere gladio & stringendo gladium, hominem insultare, l.j. §. diuus, C. ad leg.cornel.de sicar. sic sufficit terror armorum, etiã si quis armis vsus non sit, l.idẽ est, §.armis, versi.si q armati, ff.de vi, & vi arma. Quid autẽ si quis ducat ad pedẽ torturę, sed nõ ligant ei manus retro, put ẽ.in figura: sed tãtũ iudex minat ei quæstionem, nisi cõfitea tur, & ob eas minas confessus fuerit, nunquid talis confessio videtur facta formidine tormentorum? vt dicamus confessionem nõ valere, nisi perseueret ĩ eas videtur q9 sic, arg. d.l.j. §. armati, & d.l. metum præsentem, ff.de eo quod met. caus. & l.j. §. ex incendio, ibi, propter tumultum incendij, vel propter trepidationẽ incendij rapuit, ff.de incen.rui. & naufra. & l. Pedius, eodẽ. Quid vero si iudex denegat cibum, & potum reo, vel facit eum contineri in arcto & stricto carcere, donec confiteatur, & ob hoc sit reus cõfessus? Dic q9 talis cõfessio videtur facta metu tormentorũ, vt ff.de iniur. d.l. Item apud Labeonem, §. quæstionis, ibi, nam quæstionis, verbo etiam ea, quæ malam mansionem dicunt continebitur. Confessio ergo per metum, & impressionem tormentorum facta, ad hoc vt dicatur sponte approbata, debet fieri per vnum diem post, & vnam noctem post tormenta, aliàs dicitur facta metu tormentorum: quia ex vicinitate actuum iudicandum est metum durare, Alexand. in consil. xcviij.nu.5. & 6. in 3.volu. & Barth. in l.j.§.diuus, ff.de quæstio. & Angel. in l.ij.C.de custo.reo. & c.Lot.xxxj. q.ij. & cap.j.extra quod met. caus. Itidem vbi aliquis est tortus non præcedentibus legitimis indicijs, confessio facta in tormentis quantumcunque postea ratificata, non est sufficiens ad condemnationem, Alexand. in consil.j.nu.5. in 3.volu. alleg.glo. iuncto tex. in l.pe. ff.de quæstio. & l.j.§. diuus Seuerus, ff.eodẽ. Angel. in l.q in aliena, §.celsus, ff. de acqr.hæred. dicit q9 si aliquis sit tortus nõ præcedẽtibꝰ indicijs, si postea perseueret in confessione, notarius non potest scribere ipsum sponte confessum, si sciuit eum tortum sine indicijs, quia præsumitur durare metus tormentorum, ideo tunc scriberet contra veritatem. Si autẽ iuste indicia præcessissent tormenta, tunc bene posset scribere notarius, q9 reus fuit sponte confessus, dummodo inter tormenta, & confessionem aliquod mediũ inter-

uallum interueniat: quod interuallum quale esse debeat relinquit arbitrio iudicantis, vt not. i d.l.j.§.diuus Seuerus, ff.de quæstio. & ita tenet Ioan. de Imol. in d.§.celsus, & idem Alexand. in cõsilio v.nu.j.primo volumine. Et consilio lij.nu. 2. & in 3. volu.

C ☞ SVM ego clericus.) An clericus possit torqueri? dic q; sic, vt C. de episc. & cleric. l. præsbyteri, & xiiij.q.vj.c.si res. & de hoc per canonistas in c.j.extra depositi. & per abbatem, in c.cũ in contemplatione de regul. iur. i antiquis, & glo. in l. fallaciter, §. quòd si ingenuorum, C. de aboli. in verbo, vexata.

D ☞ HA morior.) Iudex qui aliquem torqueri mandat, si talis vi tormentorũ moriatur, eo forte q; erat antiquus, vel valetudinarius, vel aliàs, iudex ipse priuandus est officio, & aliàs puniend⁹, si ob dolum, vel culpã hoc euenerit, vt not. in l. Gracch⁹. C. ad leg. iul. de adult. & Bart. in l. quæstionis, ff. de quæstio.

E ☞ Q VI homicidiũ cõmisisset.) Tortus si confiteretur, & aliquos tãquam conscleratores, & complicescriminis accusauerit, nõ propter hoc illi accusati essent prehendendi, vel torquẽdi: nisi supereſſent alia indicia, & adminicula probationum: induceret tamẽ præsumptionem modicã, vel non modicam secundũ qualitatem personarum, & si tortus pseuerauerit vsq; ad mortem. & de hoc not. Cy. in l. fi. C. de accus. & l. repeti. ff. de quæstio. Quæritur autem an cõfessus de crimine possit interrogari de alio crimine? dic q; sic de consuetudine, si constet de eo crimine aliquantulũ per informationem: quam cõsuetudinẽ approbat Bar. in hac materia, in hoc qd habetur in auth. vt iudic. sine quoquo suffrag. §. oportet, col. ij.

F ☞ DIFFITENS omnia.) Vbi reus in tortura non confitetur delictum, venit liberandus, quasi indicia sint purgata, vt dicit Bart. in l. fiñ. ff. de quæstio, Ideo quando ex tortura non potest crimen inueniri, videt q; tortus absolui debeat: qa licet ĩdicia præcesserint torturam non excusatur accusator à calumnia, & ꝓpterea damnũ læso contingẽs indebite debet sibi emendare, secundum Bal. in l. fi. ff. de calũnia, & facit secundum eundem quod not. in l. pe. C. de cõdict. ob caus. dato. & l. dominus, C. de quæstio. vbi dominus, cuius seruus est tortus, agit cõtra calũniatorem, & quæ habẽtur in l. sed si vnus, ff. de iniur. cum similibus. Vnde si re⁹ aliquid iniurię tolerauerit, id est si vel carceres sustinuerit, vel tormenta, vel verbera, vel cathenas, accusator nõ poterit ex hoc abolitionem obtinere cũ effectu, nisi forte ille, qui passus est suũ accommodauerit consensum ad petendam abolitionẽ, vt l. fallaciter, C. de abolit. Quòd si ĩgenuorũ, vel plebeiorũ, qui conscij, vel participes criminum non erant, gratia testimonij corpora fuerint laceſſita verberibus, tormentisq; vexata: abolitionem etiã duarũ partiũ consensu petitam denegari oportet, & crimen propositum, cuius examẽ tormentis iam cœperat agitari oportet, d. l. fallaciter, §. q; si ĩgenuorum. Si vero

vos, inquit, me interimitis, Sũ ego clericus, [C] & sacris initiatus, peto ad meũ iudicem ecclesiasticum remitti.

Deinde superposito faciei strophiolo vdo alter tortorum, compresso torti naso, primum aquæ ahenum ori infudit, quam eructando miser finxit loqui velle: is laxato naso receptóq; anhelitu in hæc verba erupit: ha morior, [D] mortuus sum, ego vitam exhalo.

Adhortatus itaque ne quid veri reticeret, cædémq;, cuius reus esset, agnosceret.

Dixit moriar ego potius, quàm tanta tormenta patiar.

Secundo ingesta est ori eius secundi aheni aqua pressis naribus, quã aquã reuomuit, quantũ potuit, nihil cõfessus.

Infusa est adhuc tertij aheni aqua modo, quo memoratũ est, totum se cõmouit tortus.

Rogatus qui homicidium commisisset, [E] committétíve suppetias tulisset.

Nihil voluit respondere.

Subiectus est per eosdẽ tortores magnus tripus tenso funiculo, vt corpus magis tenderetur, & miser grauius torqueretur.

Hei hei confitear, inquit, heu quantam vim patior, siccine me decet nunc mori inconfessum: vis falsum tormentorũ vi à me extorquere. O maledicti tortores, estis ne carnifices, aut ijs crudeliores, qui me tã grauibus, tã atrocibus excruciatis supplicijs. O deus erue me à circundantibus.

Infusa est quarti aheni aqua vt supra.

Iam venter aqua intumescebat eiúsq; partem aliquã euomuerat, nec quicquã promere voluit: denuo 5, 6. aquæ ahenũ exhausit, diffitens omnia. [F]

Solutus præterea, & remotus eſt à quæſtione, diſtorta membra compoſita, ac ſublatus per dictos tortores ſuper ſtratum ad focum, deniq; appoſitum panis, & vini ientaculum.

ABſoluta iam vniuerſa criminationis inſtitutæ praxi, nobis primo diſpiciendũ eſt, ad quem modũ, qualiter, & quibus modis cõmittantur maleficia.

Secundo quibus modis, quantũ ad notorium attinet, eadem maleficia cõprobari poſſint.

Tertio quis modus in irrogãdis pœnis ſit obſeruandus, quæ ſingula ordine tractare in animo habemus, quibus peractis finẽ imponemus iudiciali huic diſputationi.

indicia ſint manifeſta, ex quibus reus eſt tortus, excuſant accuſantem à calumnia ſecundum Bal. in l. iij. C. ad leg. Iul. de adult. vnde reus tortus liberandus erit ab illa inquiſitione tantum, ſed non diffinitiuè à delicto, ſecundum Par. de put. in tract. de ſyndic. in verbo viſo &c. per not. ꝑ Saly. ĩ l. ſi hi q̃ adulterij, C. ad leg. Iul. de adult. vbi dicit per glo. ibi poſitam, ꝙ ſi iudex habet ſufficientia indicia contra accuſatum, qui pluries tortus nihil voluit cõfiteri, nõ debet ipſũ diffinitiue abſoluere, ſed debet cõcedere abolitionẽ accuſatiõis, vt C. de abolit. l. ij & idẽ tenet Saly. in l. ſi qs alicui, C. ad le. Iu. maieſt. vbi dicit, ꝙ ſi reꝰ delatus ĩ illo crimine nihil cõfeſſus eſt, ꝓpter qđ accuſator tortus fuit qui nihil probauit, ꝙ iudex neutrum abſoluet, ſed rẽ indiſcuſſam dimittet. Et ideo debebit liberari fideiuſſoribus, & non diffinitiuè abſolui à crimine: quia poſſent ſuperuenire alia indicia. & idem videtur tenere Saly. in repet. l. ſiquidem, C. de accuſat. Et ſic iudici pro animi arbitrio relinquendum, an ſint indicia manifeſta, vel non manifeſta, l. iij. §. eiuſdẽ, & §. tu magis ſcire potes, ff. de teſtib. ad hoc quadrat nouũ ſtatutum regium art. clxiiij. cuius eſt hic tenor: *Et ſi par la queſtion, ou torture l'on ne peult riens gaigner alencontre de laccuſé, tellement qu'il ny ait matiere de le cõdemner, nous uoulons luy eſtre faict droit ſur ſon abſolution, pour le regard de la partie ciuile, & ſur ſa reparation, de la calumnieuſe accuſation, & a ceſte fin les parties ouyes en iugement pour prendre leurs concluſions, lung a lencontre de lautre, & eſtre rigles en procez ordinaires, ſi meſtier eſt, & les iuges y uoyent la matiere diſpoſee.* Vtrum autem queſtio repeti poſſit? dic ꝙ regulariter rei torti in ſe confeſſi non poſſunt in caput aliorum torqueri, l. repeti in fi. ff. de quæſtio. niſi in cauſ. ſpeciali, vt ſcilicet torqueri poſſit ſine nouis indicijs ad hoc, vt manifeſtet mandatorẽ, & ſocios criminis, l. & ſi certus, ff. ad ſenatuſc. ſylla. Si autem reus tortus nihil confeſſus fuerit in tortura, ex nouis indicijs torqueri poteſt, & repeti in quæſtionem, maxime ſi tormenta animus corpúſque durauerit, vt l. vnius, & d. l. repeti, ff. de quæſti. Hæc autem noua indicia debẽt eſſe diuerſi generis à primis, ar. not. in l. per hanc, C. de tempo. & repar. appell. & Bart. in l. vniꝰ, ff. de appell. cõſti. reg. Lud. xij. ar. cxiiij. Quæro aũt an propter cõfeſſionem factam in tormẽtis, quis teneatur perſeuerare in illa cõfeſſiõe extra tormẽta? videtur quòd ſic, ſecundum Bal. in l. in bonæ fidei cõtractibus, C. de reb. cred. verſiculo, Itẽ quæro de quæſtione facta in tormentis, vbi dicit, ꝙ ſi talis confeſſio facta in tormentis præcedentibus indicijs reuocetur: tamen illa talis confeſſio illo modo facta inducit ſemiplenam probationem, ita voluit glo. in l. ij. C. de cuſto. reo. & ibidem Bal. & ideo niſi reuocans confeſſionẽ probet contrarium, cogitur perſeuerare in tali confeſſione per repetitionem tormentorum, ſecundum d. Bal. in d. l. in bonęfidei. Bart. autem in l. vnius, §. j. ff. de quęſtio. diſtĩguit qualitatem indiciorum torturam præcedentium, videlicet aut indicia non erant multum vrgentia, vel manifeſta, & non repetetur quæſtio: aut erant indicia multum vrgentia vel manifeſta, & tunc repetetur, & ita practicatur ſecundum eundem. Sed quomodo purgabit iudex illud indicium, quod oritur ex cõfeſſione in tormentis extorta, an iudex debeat adhibere tot tormenta, donec ille perſeueret? & videtur ꝙ non, ſed tãtum per ſecundã torturam purgetur: quia Bal. in d. l. in bonæfidei, dicit quòd ex tali confeſſione in tormẽtis, oritur ſemiplena probatio per glo. in d. l. ij. C. de cuſt. reo. ergo per ſecundam torturam purgabitur illa ſemiplena probatio, ſicut purgantur alia indicia, vt Bar. in l. fi. ff. de quæſtio.

ANIMADVERTENDVM PRIMO QVATtuor modis delicta perpetrari. Scilicet facto, dicto, consilio, & scriptura, vt ff. de actio. & oblig. l. ex maleficijs, & l. aut facta, ff. de pœnis. Et hæc committũtur, aut proposito, aut impetu, aut casu.

PROPOSITO scilicet dolo delinquũt latrones, qui factionem scilicet. i. societatem cum alijs habent.

IMPETV scilicet culpa lata, cũ per ebrietatẽ ad manus, vel ad ferrum venitur.

CASV vero scilicet culpa leui, & leuissima, cũ in venando telo in feram missũ, hominem interfecit, l. respiciendum, §. delinquunt, ff. de pœnis.

PROPOSITO antecedenti qñq; committitur delictum: & hoc contingit duobus modis. Primo insultando, vt l. is qui aggressorẽ, C. ad leg. cor. de sicar. Est autem insultus in alium saltus, vt l. j. §. cum arietes, ff. si quadrup. pauper. feciss. dicat.

SECVNDO modo committitur delictũ ex proposito proditorio, vt ff. ad leg. Iul. maiest. l. iij. In princip. Est aũt prodere vnũ actibus ostendere, & aliud in mẽte gerere, vt l. j. ff. de præuaric. Exemplũ ideo, vt si ego veniens tecũ tanq̃ socius itineris nulla interueniente rixa te percutio, non possum dici cõtra te fecisse insultum: sed dicor hoc fecisse proditoriè. quia aliud gerebam in animo, quàm quod gerebã in actu, tex. ad hoc in l. fi. de delato. lib. x. C. vbi dicit, si seruus dominũ ac cusauerit, siue detulerit in exẽplũ omniũ proditorum seueriss̃imæ sententiæ subiugari debet: etiã si obiecta ꝓbauerit, excepto crimine maiestatis: quia aut in metallum seruus dãnatur, aut etiam ad mortẽ, & ibi glo.

SECVS autem si esses mihi inimicus. Ita q̃ essent inimicitiæ inter te, & me, quia si te percussẽrim, non videor te ꝓditorie percussisse, cũ illud quod facio, ĩ actibus ostendebã antea me tibi deseruire velle: ideo cauisse potuisses, vt d. glo. in l. fi. de delator. Cum scriptũ sit nũquam credas inimico tuo in ꝑternum. sicut enim atramentum ꝑuginat nequitia illius, vt Eccle. xij. ca. & Specul. in titul. de cita. §. sequitur. iuxta illud Italorum, cum inimico reconciliato no te fidare.

IMPETV delictum contrahitur, quando inter duos simul instãtes oritur subito rixa, seu propter verbũ nouum, vel contentionem nouiter emergentem, seu propter ebrietatem, vt l. si in rixa, ff. ad leg. cor. de sicar. & d. l. aut facta, §. qualitate, ff. de pœnis, & in tali maleficio non potest dici insultus commissus, nec factum proditorium: sed impetus. Ebrietas ergo magna extenuat delictum, nõ autem in totum excusat, vt leg. omne delictum, §. per vinum, ff. de re milita. vbi dicitur per vinum, aut lasciuiã lapsis capitalis pœna remittenda est. sed militiæ mutatio irroganda est: & sic minus punitur, quàm si non inebriatus deliquisset, punit tamen eo, quòd fuit in culpa lata inebriando, quæ culpa non punitur in criminalibus, tanq̃ dolus, sed mitius arbitrio iudicis, vt l. lege cor. §. j. & l. in lege, ff. ad leg. cor. de sicar. Ebrietas vero parua nõ minuit delictum, vt in diuina scriptura habemus exemplũ de Loth, quẽ inebriauerunt filiæ eius, & se nesciẽti miscuerũt. Quapropter culpandus quidẽ fuit: non tamen quantum ille incestus, sed quantũ ebrietas illa merebaṫ, cũ nesciret filias suas esse propter ebrietatem, vt c. inebriauerunt, xv. q. j. & glo. ibidẽ dicit, q̃ sola ebrietas est peccatum veniale, alleg. §. criminis, xxv. dist. Et sic maleficiũ per leuẽ ebrietatẽ, seu calorẽ leui mente turbata, nõ tñ exilio mentis, dicitur impetu factũ. i. non appẽsate, & deliberatè, sed incõsultè, & subito motu: & minor dol⁹, quàm si cũ deliberatione scelus esset perpetratum, vt iuribus supra alleg.

CASV autẽ maleficium cõmittitur, sine dolo, & aĩo: & tũc est impunibile, vt l. si fortuito, ff. de incẽd. rui. & naufra. vbi dicit. Si fortuito incendiũ factũ sit, venia indiget: nisi tã lata culpa fuit, vt luxuriæ scilicet latę culpæ, aut dolo sit ꝓxima, vt l. quæ fortuitis, C. de pigno. actio. & d. l. respiciendum, §. delinquunt, ff. de pœnis, & ff. de præuarica. l. pe.

DISTINCTIO aũt pœnarũ ĩ his trib⁹ casib⁹ est hęc. QVI proposito, id est, dolo hominẽ occiderit, cuius ve dolo malo incẽdiũ factũ fuerit: quíve hoĩs occidẽdi furtíve faciẽdi causa ambulauerit perueniendo ad aliquem actũ, punit capite, scilicet lege cornelia de sicarijs, nõ habita differentia cuius cõditionis hoĩem interemit, l. j. §. j. & ij. ff. ad leg. cor. de sicar. nec debet restitui per principem, nec pœna mortis ei remitti, l. nemo deinceps, & ibi, Bal. C. de episc. audient. Etiã minor vbi ineſt dolus non restitueret: cũ malorũ mores infirmitas animi nõ excusẽt, l. j. C. si aduers. delict. interest reipubl. siquidẽ ne pœna facile remittaṫ: ne ad malefi cia quisq̃ prosiliat, l. si operis, C. de pœnis. Nam facilitas veniæ incentiuũ tribuit delinquendi, xxiiij. q. iiij. c. est iniusta, & extr. de vit. & honest. cleric. c. clericorũ. Quinimo sunt quædã culpæ, in quib⁹ est culpa relaxare vindictã, vt c. j. extra de postul. prælat. Ideo vbi iudex cõpertũ crimen nõ vindicat, tegere, vt cõscius criminosa festinat, l. ij. C. de commerc. & mercat. IGITVR siquis quẽ percusserit animo occidendi: pari pœna debet plecti, ac si occidisset: licet vulnerat⁹ nõ decesserit, l. j. §. diuus, ff. ad leg. cor. de sicar. Nã in delictis punitur animus, licet nõ sequaṫ effectus, vt l. si quis nõ dicã rapere, C. de episc. & cleric. & c. furtum, xiiij. q. vj. IVRE aũt municipali, & cõsuetudine regni franciæ regulariter nõ punit anim⁹, nisi sequaṫ effect⁹: & punit tñ homicidiũ subsecutũ. Idẽ tenet Bart. in l. si in rixa, & l. j. §. diuus, ff. ad leg. cor. de sicar. & Ang. de malefic. in verbo, in platea cõmunis, versi. tu aũt, nu. 31. POENAE ergo personales scilicet amissiones vitæ, & mẽbri requirunt actũ cõsummatũ. Sed pœnæ minores non requirunt delictũ cõsummatũ, sed inchoatũ, vt ff. de extraord. crimi. l. j. §. qui puero, in verbis perfecto flagitio punitur capite, imperfecto deportatur, & Bal. in d. l. si quis nõ dicã rapere, C. de epis. & cleric. Inchoaṫ autem delictum statim, q̃ conatus transit in alium, id est in contumeliam alterius, & non ante, licet finalis effect⁹ non sequaṫ. Et hoc potest cõtingere dupliciter. Primo per actum remotũ à principali delicto, sicuti est insultus ad homicidiũ faciendũ: vel ꝑ actũ ꝓpinquũ, sicuti

eſt vulnus. Actus ergo verbi, & actus facti remot⁹ minus punitur. Sed actus propinquus acrius punitur. Iudex tamen ibi ex officio mitigat pœnam, vt ff. de pœnis, l. ſi quis aliquid, §. nondum, & l. aut facta, §. euentus, ff. eodem. Nec obſtat l. is qui cum telo, C. ad leg. cornel. de ſicar. quia ibi delinquens punitur eadem lege, non tamen eadem pœna, ac ſi conſummaſſet delictum, vt not. Guill. de cuno. in d. l. ſi quis non dicã rapere. IN leuiorib⁹ etiam delictis non punitur affectus, niſi ſequatur effectus, l. j. §. fi. ff. quod quiſq; iur. Sed illa regula non procedit in delictis, in quibus lex ſolum affectum conſiderat, vt Bart. in l. generaliter, §. j. ff. de calumniat. redeũdo aũt ad pœnam huius legis cornel. de ſicar. Sciendum eſt, q̃ pœna huius legis eſt, vt q̃ cædem commiſerunt ſponte, dolóve malo in honore ali quo poſiti deportari ſolent in inſulam. Et qui ſecundo gradu ſunt, id eſt humiliores, capite puniuntur, facilius hoc in decuriones fieri poteſt, ſic tamen vt & conſulto prius principe & iubente id fiat: niſi forte tumultus aliter ſedari non poſſit, vt l. qui cædem, & l. eiuſdem, §. pe. ff. ad leg. cornel. de ſicar. & l. diui fratres, §. j. & finali, ff. de pœnis, & l. j. §. j. ff. de bonis eorum, qui ante ſenten. mort. ſib. conſciue. & l. moris, §. ſed enim, ff. de pœnis, vbi dicitur, Sciendum eſt diſcrimina eſſe pœnarum, neque omnes eadem pœna affici poſſe. Nam imprimis decuriones furcæ ſubijci, vel viui exuri nõ poſſunt. Et ſi forte huiuſmodi ſententia affecti fuerint, liberandi erunt. Sed hoc non poteſt efficere, qui ſententiam dixerit: verum referre ad principem debet, vt ex autoritate eius pœna, aut permuteť aut liberetur. Parẽtes quoq;, & liberi decurionum in eadẽ ſunt cauſa, vt d. l. moris, §. parentes, & hoc ratione dignitatis, vt d. l. j. §. fi. ff. ad leg. cornel. de ſicar. & l. honor veteranus, C. de pœnis. Ideo vbi perſona delinquẽs eſt in gradu dignitatis, vel ſtatus, vita debet ei concedi ex benignitate diſpenſationis, ſed tamen debet capite puniri, ſcilicet deportari, vt ff. de incend. rui. & nauf. l. fiñ. Capitalis autem damnatio eſt mors, vel etiam ciuitatis amiſſio, vel ſeruitutis impoſitio, l. rei capitalis, ff. de pœnis. & l. ij. ff. de publi. iudic. & ff. de bono. poſſeſſ. l. edicto, §. rei autem capitalis. Excellenti etiam in arte, qua excellit, quando eſt optimus artifex, & valde vtilis reipubl. ei decapitando parcitur conſulto prius principe, vt l. ad beſtias, ff. de pœnis. Si autem aliter populus ſedari non poſſit, venit decapitandus, vt d. l. qui cædẽ, l. eiuſdẽ, §. pe. ff. ad leg. cornel. de ſicar. & ſic propter tumultum, & ſcandalum aliqua poſtponuntur, & fiũt, quę aliter non fierent, in c. de his vero, l. diſtinct. & c. placuit, de cõſecra. diſt. j. SI vero delinquens eſt in dignitate conſtitutus, cui ex qualitate delicti per legẽ imponitur pœna mortis, debet decapitari, vt l. capitaliũ, §. ſolent, verſic. nõnunq̃, ff. de pœnis. Et Bal. in l. data opera, C. qui accuſa. non poſſ. Et poteſt iudex inter pœnas mortis arbitrari, an igni ſubijciat, vel furcæ, vel decõl leť: quia gratiã facere põt pœnæ, non vitę, ſed leuioris, ꝓut dictauerit ſibi æqtas arbitrij ſecũdũ dignitatẽ, ſecundũ ætatẽ, ſecundũ merita prioris vitæ, vt l. quid ergo, §. pœna grauior. ff. de his, qui not. infa. & l. & ſi ſeuerior, C. ex quibus cauſ. infa. irrog. & l. aut damnum, §. proinde, ibi, nec liberam mortis facultatem concedendi, ff. de pœnis, viles ergo perſonæ, vel infames comburuntur, vel beſtijs lacerandæ traduntur, vel furca ſuſpenduntur: ſed nobiles, & barones decapitãtur ſecũdũ Bal. in d. l. data opera, & l ſi. ſeruorũ, §. j. ff. de pę.

QVI impetu autẽ, vel ꝓ laſciuiã cauſam mortis prębuerit, ſcilicet per latam culpam, mitius punitur, q̃ ſi dolo deliquiſſet: quia non punitur capite ſcilicet, l. cor. de ſicar. ſed relegatur in quinquẽnium, vt l. lege. §. cum quidam, ff. ad leg. cor. de ſicar. Exemplum eſt, vt ſi quis hominem occiderit ſi non animo occidendi hoc admiſerit, abſolui poteſt ab accuſatione leg. cor. de ſicar. vt l. j. §. diuus, ff. eodem. Culpa tamen contrahitur etiã ſi ſine voluntate delinquendi deliquerit, vt ff. ad leg. aquil. l. qui occidit, §. pe. & ff. de minor. l. ſi ex cauſa, §. ſi mulier, & glo. in l. j. C. ad leg. cor. de ſicar. & l. eum, C. eodem. Aliud exemplum eſt, ſi quis ædes, aceruúmve frumenti combuſſerit, vinctus verberatus igni necari iubetur, ſi modo ſciens, prudénſq; id cõmiſerit. Si vero caſu, id eſt, negligentia, aut noxam ſcilicet damnum ſarcire iubetur, aut ſi minus idone⁹ ſit, leuius caſtigabitur, q̃ ſi dolo cõmiſiſſet, l. q̃ ædes, ff. de incend. rui. & naufra. & ita punit negligentia, vt ibidẽ. Aliud exẽplũ, ſi quis gladium ſtrĩxerit, & in eo percuſſerit indubitate occidendi aĩo, id eũ admiſiſſe cõſtat, & ideo ꝓ homicida dãnandũ. Sed ſi claua percuſſerit, aut eũ cucuma in rixa, quãuis ferro percuſſerit, tñ non occidendi animo, leuianda eſt eius pœna: qui in rixa caſu magis, q̃ volũtate homicidium admiſit, d. l. j. §. diuus, ff. ad leg. cor. de ſicar. Ratio quare mitius puniať, qui culpa lata deliquit, q̃ dolo eſt, quia lata culpa in criminalibus non æquiparatur dolo, vt l. in lege, ff. eodẽ. SED quęrit glo. in d. l. j. C. ad leg. cor. de ſicar. quomodo probetur illa negatiua, ꝙ quis non aĩo occidendi occiderit: reſpõdet glo. ꝙ illa negatiua poteſt ꝓbari per præſumptiões, ꝓbando amicitiã, & affinitatẽ, & qualitatẽ occidentis, & etiã per iuramentũ purgationis, alleg. in arg. l. pñti, §. ſic vbi, C. de his, qui ad eccle. cõfug. & l. ſi nõ cõuicti, C. de iniur. Dic ꝙ dolus, vel bona fides nõ ſunt niſi paſſiones animę, quæ ſoli deo ſunt notæ, vt not. ꝓ glo. in §. alię, Inſtit. de actio. & ideo nobis non ſunt cognitę, niſi per exteriora, quæ indicãt animi qualitatẽ, vt ff. de ſupellec. lega. l. labeo, §. idem tubero, & ff. quib. cauſ. in poſſeſſ. eatur, l. Fulcini⁹, §. quid ſit latitare, in glo. vide Cepol. in conſi. xxxj. IN contrariũ aũt ꝓbatur animus occidendi ex qualitate percutiendi. debemus eñ inſpicere pri⁹ propoſitũ, vtrũ fecit ex propoſito, an fecerit in rixa, vel ex quodã impetu. Si in rixa fiat, debemus inſpicere, quo genere teli percuſſit, an gladio, an baculo, vel lancea. Et ſi lancea, aut ferro, an haſta cum baculo. & ſi baculo pcuſſit, aut pcuſſit ĩ capite, aut ĩ alia pte corpis, vt d. l. j. §. diu⁹, & ibi Bart. ff. ad leg. cor. de ſicar. & ibi glo. & l. j. & iij. C. eodẽ, & glo. ĩ c. ſignificaſti, ext. de homic. Vñ ſi aliqs ab aliquo ꝓcuſſus mox ꝓcutiẽtẽ ligone repcuſſit, q̃uis vim vi repellere oẽs leges, & oĩa iura ꝓmittant, vt l. j. C. vñ vi, & c. vt famę, §. vlt. ext. de ſen. exco. quia tñ id debet fieri cũ moderamine inculpatæ tutelæ, nõ ad ſumendam vindictam, ſed ad iniuriam propulſandam, non videtur repercutiens à pœ-

na homicidij penitus excuſari: tũ à ratiõe inſtrumenti quo percuſſit, quod cum graue ſit non ſolet leuem plagam inferre, tum ratione partis, ſcilicet capitis, in qua fuit ille percuſſus, in qua quis de modico ictu letaliter ſolet lædi, vt d.c. ſignificaſti, in fi. extra de homicid. Si tñ repercutiens ſe defendens ex ꝓpoſito nõ excedat modum, non tenetur, vt xxiij.q.iij.c.non infe renda. Exemplum. Caupo ſeu tabernarius, in ſemita noctu ſupra lapidẽ lucernam poſuerat, & quidã prætereiens eam ſuſtulerat. Tabernarius eũ conſecutus lucernam repoſcebat, & fugientem retinebat: ille flagello, quod in manu habebat, in quo dolor inerat verberare tabernariũ cœperat, vt ſe dimitteret, & ex eo maiore rixa facta tabernarij ei, qui lucernã ſuſtulerat oculũ effodit. Conſulebatur nũ iniuria dãnũ dediſſe videretur? Rñ. niſi data opera oculum effodiſſet, non videri damnũ iniuria feciſſe. Culpã enim penes eum, qui prior flagello percuſſit, reſidere: ſed ſi prior ab eo nõ vapulaſſet, ſed cũ ei lucernã eripere vellet, rixatus eſſet, tabernarij culpam factam videri, tex. for. in l. ſi ex plagis, §. tabernarius, ff. ad leg. aquil. Similiter etiam ſi quis modum excedendo, non tamen ex propoſito clericũ repercuteret, non cenſeretur excõmunicatus, arg. extra de ſenten. excõ. c. ꝓpendimus. vbi cauetur, ꝙ quidã ſacerdos fuit laqueo ſuſpenſus, licet degradatus non fuiſſet, tex. etiam in c. olim, le. j. extra de reſti. ſpol. Eſt tamen argumentum cõtrarium, ꝙ non liceat vim vi repellere, vt xlvj. diſt. c. ſeditionarios, & xxij.q.j.§.j. & c.j. & q.iij. §.j. & extra de homicid. c. ſuſcepimus, & xxiij.q. iij.c. inter querelas, & C. de epiſ. & cler. l. ſiquis ĩ hoc genꝰ. Rñ. ad hoc, ꝙ vim vi repellere licet, vt iur. ſupra. Tñ quędã ſunt conſideranda in repulſione, ſcilicet vr incõtinẽti fiat, & nõ ex interuallo, vt ff. de vi, & vi armat. l. idem eſt, §. eũ igitur, & extra de ſenten. excõ. c. ſi vero. Item ſi cauſa defenſionis, & nõ vlciſcendi, vt ff. ad leg. aquil. l. ſcientiam, §. fi. & xxiij.q.j.c. quid culpatur, & cũ moderamine inculpatæ tutelę. Tamen ſiquis modum excedat, & non ex propoſito, nõ tenetur, vt in cõcord. præd. iur. Alij, vt Ala. & Ioan. ſic diſtinguunt, Aut fit vis perſonæ, aut rebus. Si perſonæ, tunc anteq̃ vis ſit illata, repellenda eſt. Et ſiquis vim factam repellat, potius præſumi debet, ꝙ defendendi non vlciſcendi cauſa hoc fiat: dummodo in ipſo negocio fiat, d. l. ſi ex plagis, §. tabernarius. Et hoc ſi percuſſor volebat denuo percutere. Alioquin ſi nolebat ipſum repercutere, & alter percuſſit, potius dicetur eſſe vindicta, q̃ repulſio iniuriæ: & hoc æquum videtur. Seruatur enim moderamen, ſi illud fiat tantum, quo omiſſo violentia repelli non poſſet. Si ergo violentum interficis ſic ꝙ periculum mortis ab eo euitare non poſſis: eum ſine pœna interficis, vt ff. ad leg. aquil. l. iiij. & C. ad leg. cornel. de ſicar. l. ſi quis percuſſorem, & l. ij. eodem. Si autem vis infertur rebus, licitum eſt repellere vim illatam incõtinenti, & inferendam, vel quàm citius ſciuerit, & poterit collectis amicis, vt ff. de acquir. poſſeſſ. l. quod meo, §. vlt. & l. clam poſſidere, §. qui ad nundinas, & extra de reſtitut. ſpolia. cap. olim. iniuriam vero iam illatam perſonæ ex interuallo repellere non licet, quia ſic eſſet vindicta, & ſic intelliguntur contraria, vt glo. in c. ſignificaſti, extra de homicid.

IN delictis ergo per impetum, aut laſciuiã aut ebrietatem latam, aut leuiſſimam culpã ſine dolo, & extra animum commiſſis noxa non cõmittitur inexcuſabilis, quin reus reſtituatur per principem, quando cõtrahitur maleficium, vt homicidium, vt pœna corporalis, & pecuniaria, quod ad publicum intereſſe, ſcilicet fiſci non irrogetur, vt l. j. iuncta glo. C. ſi aduerſ. delict. & l. omne delictum, §. per vinum, ff. de re milita. Et notanter debet reſtitui per principem de conſuetudine regni Franciæ, qua quis morti ſubijcitur, vbi hominem occiderit ſiue dolo, ſiue impetu, ſiue culpa lata leui aut leuiſſima culpa, niſi reſtituatur per principẽ. Et hæc conſuetudo imitatur ius diuinum dicens, Qui occiderit occidatur, vt Exod. xxj.c. & glo. in c. ſi quis nõ iratus, xv.q.j. & in addit. ad Barth. in l. nemo deinceps, C. de epiſc. audi. Paul. de caſt. tamen in d. l. nemo, dicit, ꝙ licet ſtatutum dicat, ꝙ qui occidit occidatur, debet intelligi, ſi doloſe occidit, & ita plures iuuaſſe dicit, Conſi. cccxlviij. Iure tamẽ ciuili ſi quis per laſciuiã, aut ebrietatem hominem occiderit, non reſtitutus ꝓ principem non punitur lege cornelia de ſicar. ſed tantum relegatur in quinquennium, vt l. lege cornelia, ff. ad leg. cornel. de ſicar. Vnde ſi quis non iratus, ſed propter diſciplinam aliquem verberauerit vel colaphum alicui dederit, & caſu occiderit, ſicut fieri ſolet, Quantum ad gratiam innocens eſt, quia extra animũ, & ſine dolo, deliquit: quia gratia voluntatem non opꝰ requirit. Quantum ad legem reus eſt, quia opera lex quærit, vt d. cap. ſi quis non iratus, xv.q.j Si autem dolo hominem occidiſſet, teneretur pœna mortis leg. cornel. de ſicar. l. qui cædem, & l. eiuſdem, ff. ad leg. cornel. de ſicar. vbi ergo contrahitur maleficium, licet in eo non ſit dolus, punitur tamen propter leuem, vel leuiſſimam culpam: ſed leuius quàm leg. cornel. de ſicar. vt ſupra dixi, l. abſentem in fi. ff. de pœnis. Et hoc ratione mali exempli, l. ſi quis aliquid, §. qui abortionis, ff. eodem. Et ſiue quis ſit reſtitutus ſiue non, tenetur tamen actione legis aquiliæ ad damna, & intereſſe, & actione iniuriarum erga offenſum, aut eius hæredes, vt l. ſed & ſi, ff. ad leg. aquil. & l. dominum, C. de iniur. & glo. ĩ §. iniuria, Inſtit. de leg. aquil. Nec minus ex culpa, quàm ex dolo quiſquam tenetur actione legis aquiliæ, vt l. in lege. la ij. ff. ad leg. aquil. Quorum damnorum & iniuriarum æſtimatio ad iudicem ſpectat, vt l. j. §. ſpectat, ff. de iniur.

VIDETVR ꝙ vbi cõtrahit maleficium ex culpa leui nemo tenetur, vt Inſti. qb. mod. re cõtrah. oblig. §. pe. vnde ſi quis per iocũ aliũ percutiat, aut dũ certat, iniuriarum non tenetur: aut ſi hominem liberum cecideri, dum putat ſeruum ſuum, in ea cauſa eſt, ne etiam iniuriarum teneatur, vt d. c. relatum, xv.q.j. lapſi etiam per vinum, aut laſciuiam apud ſapientes iudices venia quadã facta donantur. Nã quę ſobrij cauemus per ebrietatem ignorantes committimus, neſciunt enim quid loquantur, qui nimio vino indulgent: verum ſepulti iacent, leuitatis tamen damnantur auctores, quoniam euitanda eſt ebrietas, per quam crimina ca-

uere non poſſumus,vt c.ſanè.xv.q.j. Ita q̃ ebrius non ſecundū qualitatē delicti,ſed quantū ebrietas illa meretur dānatur,vt c.inebriauerunt Loth.d.xv.q.j.

TEMERITAS igitur facilitatis,incōſultúſq; calor cā lūniæ vitio caret,& ob id quēpiā nullā pœnam ſubire oportet,vt l.j.ff.ad ſenatuſc.Turpil.nec quicquid calore iracundiæ,vel fit,vel dicitur,prius ratū eſt,q̃ ſi pſeuerantiā apparuerit animi iudiciū fuiſſe,l. quicquid,ff. de regul.iur.Nā lubricū linguæ ad pœnā facile trahen dū nō eſt,quāq̃ temerarij digni ſint pœna,l.famoſi,ff. ad l.Iul.maleſt. Hinc eſt q̃ quidā à iudiciaria ſeueritate præſtant immunes,quos vitæ vilitas dignos legū obſeruatione non credidit:nec innodant legū laqueis, l.quæ adulterium,C.ad leg.Iul.de adult.

QVI caſu hominē,puta qui latronē inſidiatorē occiderit nō tenetur, nec lege cor.de ſicar. nec lege aquil. ſcilicet ad dānum,& intereſſe:ſi aliter periculū effugere non potuit,nec is quidē lege aquilia tenetur,qui caſu occidit,ſi modo culpa eius non inueniat. Nā alioquin nō minus ex culpa,q̃ ex dolo quiſq; lege aquilia tenetur.Itaq; ſi quis dū iaculis ludit,vel exercitat,tranſeū tem traiecerit ſeruū alienū,diſtinguit.nā ſi id à milite in campo eo vbi ſolitū eſt exercitari admiſſum eſt,nulla culpa eius intelligitur.Si alius,q̃ miles tale quid admiſerit,reus culpæ eſt. Idē iuris eſt de milite ſi in alio loco,quàm qui ad exercitandū militibus deſtinat⁹ eſt id admiſerit,vt §.iniuria.&§.Item ſi putator,Inſtit.de lege aquilia.Non enim debet quis vti exercitio ei non deputato,vt glo.in d.§.iniuria,alleg.in arg.in aut.vt hi qui obligat.habe.ſe ꝓhib.§.ſin vero tacuit,col. vj.& l. idē iuris,in fi.ff.ad leg.aquil.& glo.in l.reſpiciendū,§. deliquit,ff.de pe.& l.pe.ff.de præuarica.

SED quia ſupra locuti ſumus de delictis, quæ committuntur dolo,culpa lata,leui,& leuiſſima.

QVAERO quid ſit dolus,fraus,lata culpa,latior culpa, latiſſima culpa, leuis, & leuiſſima culpa,& ex quibus quis teneatur,vel non?

SECVNDVM eſt,q̃ fraus,& dol⁹ idē ſūt:quia fraus ineſt dolo,ſicut ſpecies in ſuo gñe,vt ff.de pactis,l. iuriſgentiū,§.ſed ſi fraudandi,& ff.de his,q̃ not.infa.l.j.

DOLVS vero eſt machinatio ſtudioſa ad decipiēdū, fallendūq; alterū adhibita manifeſte,l.j.§.ij.ff.de dolo. Sed cū dolus cōſiſtat ex aīo,nō pōt ꝓbari,ſed ex indicijs preſumit,vt l.dolū,C.de dolo,preſumitur em̄ dol⁹ qñq;,qñ præceſſit inimicitia,vel cā prædæ,vt l.capitalium,§.qui ob īimicitias,ff.de pœnis.Sic ergo videtur q̃ oīs dolus ſit preſūptus,& nullus ſit dol⁹ manifeſt⁹. rñ.Quædā ſunt indicia manifeſta, & illa ꝓbata inducūt dolū manifeſtū,vt d.l.dolū,C.de dolo,vbi dicitur q̃ dolus ex indicijs pſpicuis cōprobatur. Quæ aūt ſint indicia ſatis pſpicue ſuperi⁹ enucleauimus.Quędā aūt ſunt indicia, ſeu preſumptiōes non ita manifeſtę, nec dolū oīno cōcludūt,& iſta de neceſſitate nō inducunt dolū,ſed preſumptiue,vt ff.mādati,l.ſi procuratorē,§. dolo,& l.dolus,eodē. Eſt aūt differentia inter dolū verum,& dolū preſumptū,& culpā latiorē:quia minor à dolo malo,non excuſatur,l.vnica,C.ſi.aduerſ. delict.à dolo aūt preſumpto excuſatur,vt l.j.§.fi.& l.vbi,iūcta glo.ff.de edend.& l.j.§. aduerſus,ff. de noui oper.nunciat.Cū ergo in criminalib⁹ cauſ.requirātur ꝓbatiōes luce meridiana clariores,l.ſciant cūcti,C.de ꝓb.dolus preſumptus nō ſufficit ad cōdēnationē:quia nō debet quis ex preſumptionibus dānari,vt ff. de pœnis,l.abſentē,niſi forte hoc exprimeretur in iure ex aliqua cā, vt C.de adult.l.ſi hi qui adulterij,vbi dicitur q̃ ex preſenti preſumitur in præteritū,& violēta preſumptio, quā lex ꝓ plena probatione habet, æquiparatur confeſſioni partis,& aut,ſi quis ei,C.eodem.

DOLVS qñq; dicitur bonus,qui pro ſolertia,& aſtutia accipitur,& nō punitur: veluti ſi aduerſus hoſtē,latronémve machinetur,vt l.j.§.non fuit prætor cōtentus,ff.de dolo.

CVLPA lata vero eſt nō intelligere quod oēs intelligunt.vt ff.de verborū ſignific.l.latæ,& l. quod Nerua,C.depoſiti.iūcta gl.Si ergo lata culpa venit ex ignorantia,ergo lata culpa nō eſt fraus preſūpta, ſeu dolus preſūptus,qui prouenit ex aīo,vt ff.de dolo,l.j.& ideo delinquens per latā culpā miti⁹ punitur,quàm qui dolo deliquerit,vt ſi quis per laſciuiā,aut impetum ſcilicet per latā culpā cām mortis præbuerit tm̄ in quinquenniū relegatur, vt l.lege cor.ff.ad leg.cor.de ſicar. vbi ſi dolo cām mortis præbuiſſet,teneret pœna mortis,l.cor.de ſicar.l.q cedē,&l.eiuſdē,§.pe.ff.eodē ad leg. cor.de ſicar. IGNORANTIA aūt iuris an à lata culpa excuſet? Nos diſtinctione neceſſaria eam rem temperare poſſumus.Aut enim quæritur,an ignorātia iuris noceat, aut in latam culpā incidat. Quantū ad primum in lucris iuris ignorantia nocet, maxime ſi iuriſconſultorū copiā habere, aut ſua prudentia quiſpiam inſtructus eſſe potuit,l.regula,§. ſed iuris, ff. de iur. & fact.ignor.& l.bonorum poſſeſſ.& l.ij.§.fiñ.ff. quis ordo in bo.poſſ.ſeruet.

IN damnis vero ea ignorātia in vniuerſū nō nocet, l.iuris.ff.de iur.& fact.ignor.Quo ad ſecūdū caſus admittūtur,ī quib⁹ ignorātia iuris latæ culpę aſcribi pōt. Nā iuris naturalis,vel diuinorū præceptorū ignorātia culpā habet,l.venia, C. de in ius vocād. facit glo.in c. non eſt ſine culpa,de regul.iur.lib. vj. Itē ſiquis ignoret quæ ſunt prohibita,quia illicita,l.extat,quod met⁹ cauſ.& l.miles,§.pe.ff. de re iudic.glo. in l.j.§..fi.ff. de abigeis. Quib⁹ caſib⁹ vel lata culpa ignauię ſi ſit incōſulta temeritas,vel lata culpa verſutiæ,ſi adſit verſut⁹ animus incurritur,quo tēperamento intelligi cōuenit, l.ſenatuſcōſulto.C.de his inteſta.ſibi aſcrib.& l.fi.§.licet,ff.de publi.l.ſi id qd',§.doli.ff.de iuriſd.oīm iud.l. iij.§.ſiquis ignorās,ff.ad Sylla. In quibus iuribus,licet abſit lata culpa verſutiæ, ignauiæ tm̄ culpa cōtrahitur.

CVLPA ergo lata ī duo gña diſtinguit.Eſt em̄ quædā ignauiæ culpa, quædā verſutiæ. Culpa ignauiæ eſt quæ ſupinā negligētiā refert, vel vicio naturæ parum perſpicacis,vel ex praua educatione cōtractā. Cui culpæ aſcribi poterit ſupina ſecuritas. Improuida, imò nulla rerū gerendarū cura reprehēſa erroris facilitas: & quicqd oīno ignaui,& ſecordes homines ī negocijs tractandis deſidiæ cumularunt,& oſcitantiæ. De qua culpa ſenſiſſe videtur l.latę,ff. de verbo.& rer.ſignifi. & l.nec ſupinæ.in fi.l.plurimum,in fiñ.l. regula,§. ſed facti,ff.de iur.& fact.igno,& Inſti.quib.mod.re con-

trah.oblig.§.pręterea,& is cũ ſimilibus. In hanc ignauiæ culpã eos innectimus,q̃ ex qualibet leui,vana iniuſtáve cauſa ad res improuidas,temerarias aut noxias mouẽtur,dũ dolus abſit,exẽpla ſunt in l.ij.§.ſi publicanus,ff.vi bono.rapto.l.j.ĩ fi.iũcta glo.ff.de abigeis.Cęterũ furioſi,&fatui:quia à ratiõe abſunt,etiam à culpa ſunt ſecluſi,l.ij.§.fi.in fi.ff.ſolut.matri.& l.ſed etſi,§,igitur,ff.ad leg.aquil.

CVLPA verſutiæ eorũ eſt,q̃ ex verſuto, & malo ꝓpoſito,aĩóꝙ perfido & vlcerato alienas vel res,vel negocia affectata quadã improuidẽtia maligne vel negligunt,vel diſſimulant,cũ in rebus ſuis ſint ꝓuidi, & diligentes.Et qui verſutiã ſub neglectionis vicio ita ſub uoluunt,vt manifeſti quidẽ doli crimen colore,vel velamine negligẽtiæ à ſeſe amoueant: doli tñ machinatione nõ careãt.eo genere diſſoluta fuit fideiuſſoris negligẽtia in l.ſi fideiuſſor,ff.mandati,& facit l.j.§.j.ver. ſed etſi id egeat,ff.de actio.empt.l.idẽ, §.gñaliter, ff. mãdat. Alij ſub hoc tẽperamento diuidũt culpã,vt ſit lata & leuis tm̃,hæ enim culpæ ĩter ſe ex oppoſito ſũt diuerſæ,cũ altera negligẽtiã habeat extreme reprehẽſibilẽ,nẽpe nulla diligẽtia temperatã. Altera culpa ſcz leuis intra fines,ſeu ſepta diligẽtię ita cõſiſtat,vt negligentiæ defectio,ſi quę cõcurrit ſæpenumero excuſet: quarũ hanc leuẽ,illã latã noĩamus. Nõ tñ ĩprobat,quin leuẽ,& leuiſſimã diſtinctis noĩb⁹ vſurpemus,dũ nõ ad ſpeciẽ referas.Sunt eñ noĩa magiſtralia,q̃b⁹ facili⁹ diſcernit qñ mediocris,qñ exactior diligẽtia in negocijs req̃rat:&eo fine intelligit l.à ꝓcuratore,C.mandat.cũ oĩs culpa à ꝓcuratore exigit graduũ differẽtias nõ ſpecierũ reſpicimus.Nã graduũ augmenta ſpecificã differentiã nõ cõſtituũt.vñ recte Accurſ.in l. qd̃ Nerua,ff. depoſiti,ſub culpa latiore latã intellexit ſiquidẽ iuriſconſultus ibidẽ ornato ſchemate cõparatiuo in poſitiuũ vtit,ſicut alibi furẽ improbiorẽ, alibi furẽ ĩprobũ raptorẽ noĩauerat,l.ij.§.cęterũ,ff.de vi bono,rapt.inſt. eodẽ tit.in princ.quę figura loquendi iuriſcõſultis frequens eſt,l.benignius,ff.de leg.& l.cũ pater,§.libertis, §.rogo,ff.de leg.ij.& l.j.C.de dolo,cũ ſimili, & hęc ſecundum Vdalric.Zaſium doctorem modernum,qui plura alia dixit in repet.l.quod Nerua,ff.depoſit. ſed.

SECVNDVM Bartho. in d.l.quod Nerua,ff. depoſ. Plures ſunt culpę:ſcilicet lata culpa,latior,latiſſima,leuis & leuiſſima.Quo ad latã culpã ſupra diximus, ſed culpa latior eſt machinatio ad decipiendũ, fallẽdúmꝙ alterũ adhibita præſumptiue,iſtud ꝓbat in l.j.ff.de dolo.Latiſſima culpa idẽ eſt,ꝙ dolus manifeſtus,cui⁹ diffinitio cauetur in d.l.j.ff.de dolo.

CVLPA leuis eſt deuiatio incircunſcripta ab ea diligentia,quã adhibent hoĩes diligẽtes eiuſdẽ cõditionis, & profeſſionis,& nemo ex leui culpa teneť, niſi ex ea contractetur maleficiũ,vt ſcilicet q̃ parũ diligẽter cuſtoditã rẽ furto amiſit,quia qui negligenti amico rem cuſtodiendã tradidit,nõ ei,ſed ſuæ facilitati imputari debet,vt §.pe.Inſti.quib mod.re.contrah.oblig.& Exodi.xxij.c.vero,ſi quis cõmendauerit.

LEVISSIMA culpa eſt,vt ſi quocũꝙ modo quis potuit præuidere, & nõ pręuidit.vñ furtum nõ põt fieri ſine leuiſſima culpa,vt ff.ꝓ ſocio,l.cũ in duob⁹,vel incẽdiũ naſci licet nõ noceat in culpabilib⁹,vt ff.de offi. præfect.vigil.l.iij.§.j.& ff. de pericul.& commod. rei vend.l.ſi vẽdita,& hoc ſi adhibuerit tãtã diligẽtiã quã tã bonus paterfamilias adhibuiſſet,vt d.l.ſi vẽdita. Si vero caſus aut incendiũ negligẽtia acciderit,tũc negligẽs,aut noxã.i.dãnũ ſarcire iubeť. aut ſi min⁹ idone⁹ ſit,leuius caſtigabit,vt l.q̃ ædes,ff.de incẽd.rui.& naufra.hęc glo.in d.§.pe.Inſti.quib.mo.re cõtrah. oblig.

EX leui & leuiſſima culpa qñꝙ cõtractat maleficiũ,& tũc punit ꝓpter culpã leuẽ,ſiue leuiſſimã,ſed leui⁹,vt l. abſentẽ,in fi.ff.de pœnis.punitur etiã ꝓpter malũ exẽplũ,licet delictũ nõ ſit dolo cõmiſſũ, vt l.ſi quis aliq̃d, §.q̃ abortionis,ff.eodẽ.& l.iij. §.alio ſenat.ff.ad le.cor. de ſicar.vbi dicit,ꝙ ſi pigmentarij ſcilicet ſpeciarij alicui temere cicutã,Salamãdrã,aconitũ,pityocãpas, aut bupreſtim,mãdragorã,& id qd̃ luſtramẽti cã dederit cãtharidas ſcilicet,teneť pœna leg.cor.de ſicar.Et glo. in d.l.reſpiciendũ,§.delinquũt,ff.de pœnis,tenet ꝙ ꝓpter culpã leuẽ,vel leuiſſimã, quis venit puniẽdus criminaliter alleg.d.l.abſentẽ in fi.& l.ſi quis aliqd,§. qui abortionis,ff.de pœnis,& ff.ad l.cor.de ſicar.l.iij.§.ſed ex ſe,& l.iiij.§.cũ quidã,& l.in lege,eodem tit.

CVLPA etiã leuiſſima venit in actione legis aq̃liæ, vt gl.ĩ §.iniuria,Inſti.de leg.aquil.vñ quotiens ſciente dño ſeruus vulnerat,vel occidit aquilia dñm teneri dubiũ nõ eſt,vt l.ĩ lege,la ij.ff.eodẽ.Nã ſciẽtia ꝓ patiẽtia habeť,cũ ꝓhibere potuit,& nõ ꝓhibuit,vt l.ſciẽtiã,ff. eodẽ,&nõ min⁹ex culpa, q̃ ex dolo quiſq̃ teneť actiõe legis aquilię,ſic & aliàs,ff.de pactis,l.iuriſgentiũ,§.pactorũ,& C.de ſecũd.nupt.l.cũ aptiſſime,& ff.de pign. l.Paulus,§.domus.Sũt tñ duo caſus,quib⁹ quis ex leuiſſima culpa nõ teneť actiõe legis aquiliæ. Primus ſi putator à via ſolita ſeorſũ ramũ exciderit, & hoĩem via inſolita prętereũtẽ occiderit,culpa ab eo exigẽda non eſt,qui diuinare nõ potuit caſũ, vt l.ſi putator, in fi.ff. ad leg.aquil.Secũd⁹ eſt in hoĩe libero,q̃ nobis bona fide ſeruit emẽdo,vel vẽdendo,vel locãdo, vel cõducẽdo obligari ipſo iure poterit,ſed & dãnũ dando dãni iniurię tenebit,vt tñ culpã grauiorẽ ſcilicet latã exigere debeamus,nec tamen leuem,quã ab extraneo, vt l. homo liber,§.j.ff.de acquir.rer.domi.

TRACTATVS PROBATIONVM.

QVATVOR modis quodlibet probari poſſe maleficiũ quibus notorium cõſtat animaduertendum eſt.

PRIMO per teſtes,& facti euidẽtiã,vt l. ſciant cuncti,C.de ꝓb.& glo.in c.ij.ij.q.j. & extra de cohabit.cleric.& mulier.c.veſtra, & xxxj. q.ij.c.Lotharius,& c.euidẽtia, ext.de accuſat. &vt patet in pñti proceſſu. SECVNDO ꝙ documẽta, vt d.l. ſciãt cũcti,&d.gl.ĩ c. ij.ij.q.j.æqualẽ ſiquidẽ vĩ habent iſtrumẽta cũ teſtib⁹, vt C.de fide inſtru.l. ĩ exercẽdis, ita ꝙ noĩe inſtrumẽtorũ cõtinent teſtes, vt ext. de teſti.cogend.c.ꝓuenit,& ff.de fide inſtru.l.j. Aptiſſimũ igitur documentũ,& indubitatũ indiciũ põt eſſe quod libet publicũ inſtrumẽtũ ꝑ qd̃ crimẽ ꝓbat, & inſtruit fuiſſe cõmiſſum. quod accidit frequenter, quotiens in aliquo documento inuenitur, ꝙ aliquis dato precio aſſertiue eſt pactus ſuper eo crimine quod non ingerit

pœnam ſanguinis quo caſu illud ſe commiſiſſe confiteri videtur. Ideo erit pro conuicto,& cõfeſſo habendus,& hinc puniendus eſt,vt ff.de bonis eorũ qui ante ſent.l.j.& ij.& ff.de iure fiſc.l.in fiſci cauſis,& ff.de his qui not.infa.l.furti.§.pactiõe,& l.quoniam,& ff. de iure fiſc.l.eius qui,& l.imperator. quia non licet trãſigere,vel paciſci ſuper crimine,quod pœnã ſanguinis nõ ingerit,ſecus autẽ ſuper crimine capitali,quod ingerit pœnã ſanguinis:quia ſuper eo tranſigi, vel paciſci põt excepto adulterio,vt l.tranſigere,C.de tranſact. TERTIO iuris interpretatione probat maleficiũ, vt ſępius eſſe reũ citatum,vt iij.q.ix.c.decernimus,& l.lege cornelia,ff.ad ſenat.ſylla.ibi in verb.præterea cauetur, vt de his,qui ante quęſtionem habitam fugerũt,ſi aperto teſtamẽto liberi inſcripti inueniantur, l. de ſicarijs iudicium fiat,ita vt ex vinculis cauſam dicant, & conuicti perinde,ac ſi ſerui puniantur,& l.ne diu.C. de pœnis,& l.ad commentarienſem,C. de cuſto. reo. & l.ſi apparitor,de coarta.lib.x. C. Contra contumaces eñ omnia iura clamant,vt habetur in l.ex conſenſu.§.fiñ. ff.de appell.cũ ſimil. Sed certe hoc procedit,ſi rei abſentes fuerint legitime citati,aliàs non poſſent condẽnari,vt c.abſens,iij.q.ix.& ita debet intelligi theorica leg.abſentem,ff.de pœnis.quę dicit contra abſentem non poſſe ferri ſententiam diffinitiuam, cum ſanctius ſit impunitum relinqui facinus nocentis, quàm innocentem dãnare. Hoc intellige,niſi reꝰ fuerit legitime citatus,vt d.c.abſens.Quia tunc demũ manifeſtum eſt confiteri de crimine eũ qui indulto,& totiens delegato iudicio purgandi ſe occaſione non vtitur:nihílq; interęſt vtrum in præſenti examine nõ omnia,quę dicta ſunt,cõprobant:cũ ipſa quoq; profeſſio ex ꝓcurata totiens conſtet abſentia,vt d.c.decernimus,iij.q.ix.Nãq; præſumptiuè crimen videt cõfiteri abſens, vt ff. de re iudic.l.cõtumacia,§.j.&xxiiij.q.iij.c.de illicita, in fi.tñ illa,quę ꝓbata ſunt,debent ſufficere ad condẽnationẽ abſentis,& oĩa ſimul objici,vt xxiij.diſtin.c.illud. Sed ſi iura ſiut obſcura in dubio fertur ſentẽtia pro reo,vt Inſti.de interdict.§.cõmodũ,& extra de fid.inſtruc.c. inter,in fi.Nã quandoq; actor intentionẽ probat,& tñ nõ liquet iudici de cauſa,vt ff.de re iudic.l.Põponius.

QVARTO probatur maleficiũ indicijs indubitatis, aut violenta præſumptione, vt l.ſi hi qui adulterij,C. ad leg. Iul.de adult. & xxxij. q.j.c. dixit dominus,& glo.in c.ij.d.xxxij.q.j.

PROBATIO quæ fit per teſtes eſt triplex. Prima dicitur minor,quæ rẽ perfecte nõ demonſtrat, ſed indiget ſuppleri,vt qñ quis ſemiplene ꝓbauit per vnum teſtem,& in ſubſidiũ ꝓbationis iuramentũ deferẽt huic aut illi ſecundũ cauſæ quantitatẽ, & perſonarũ cõditionẽ,& talis ꝓbatio interdũ cõcludit in ciuili,vt l.in bonæ fidei,C.de reb.cred.in graui aũt crimine illa ꝓbatio nõ cõcluderet,ſed ſi eſſet caſꝰ torturæ,perueniret ad torturã,vt l.maritꝰ,ff.de quęſtio,& l.cũ ꝓbatio,ff. de proba.&,glo.in l.iij.C ad l.Iul.maieſt.& c.fi.ext.de iureiur.& Bal.in d.l.fi.C.de prob.& bona glo.in c.tãta, lxxxvj.diſtinct.

SECVNDA ꝓbatio eſt mitior,quæ fit p duos teſtes de veritate:& iſta ſufficit in ciuili,&in criminali,l.vbi numerus,ff.de teſtib. Tñ in criminali facilius elidit,q̃ in ciuili,quia in criminalibꝰ teſtes debent eſſe oĩ exceptione maiores,d.l.fi.C.de ꝓb. TERTIA ꝓbatio eſt maxima,circa quã nõ põt ĩtellectꝰ variare,ſiue errare, & iſta eſt indubitata,quæ nec elidi põt ſiue loquimur in ciuili,ſiue ĩ crimĩali,& talis dicit ꝓbatio ꝓſpectiua, ſiue intuitiua,qñ teſtes deponẽtes factũ viderũt, & deponũt de hoc in numero ſufficienti : & qualitas teſtiũ eſt approbata in iure,vnde quicquid ei adiungit ſuper uacuũ reputat,vnde talis dat regula,q; ſi cõſtat de crimine p hunc modũ nõ recipit negatiua ꝓbatio, vt c. ad noſtrã,extra de prob.qđ ſecus eſſet in alia ꝓbatione,q̃ ꝓſpectiua:quia teſtes deponentes de alibi ſeu negatiua viſu affirmatiua,& coartata loco & tpe preferũtur alijs teſtibus affirmãtibꝰ,etiã dignioribꝰ:qa ſtãt p reo,vt dicit gl.ĩ c.clerici,lxxxj.diſtinc.maxime in cauſis ſanguinolẽtis,vt Iaſõ in l.vt vim,ff.de iuſti.& iur.

QVAERO aũt in quo debeat excedere ꝓbatio cauſę criminalis ꝓbationẽ cauſę ciuilis. Dicq; ꝓbatio nil aliđ eſt,q̃ quædã demõſtratio.Qñ ergo res eſt ita demonſtrata,q; eſt ſuperuacuũ amplius demõſtrare, ſufficit in ciuili,& in criminali,vt l.j.in fi.ff.de donatio. AVT nõ eſt ita demonſtrata res,vt quid amplius demonſtrare nõ ſit inutile,vt qa per indicia res eſt demõſtrata, tũc dicendũ eſt,q; in criminalibus probatio debet excedere in triplici qualitate. PRIMO in receptione teſtiũ: quia cũ maiori ſubtilitate ſunt teſtes interrogandi, & apud iudicẽ repręſentãdi,ita q; nõ põt examẽ teſtium delegari alteri,vt aut.apđ eloquẽtiſſimũ,C.de fi.inſtr. & ff.de teſti.l.iij.§.idẽ diuus,niſi in caſibꝰ ſ.declaratis in repet.teſtiũ. SECVNDO ĩ qualitate demõſtratiua, qa requirunt indicia grauiora, & maturiora in criminali,q̃ ciuili:quia plenior requirit ꝓbatio,vbi maior requirit condẽnatio,vt in l.in bonę fidei,C.de reb.cred. & ibi Bal.vbi eñ cõtra hoĩs ſalutẽ agit,ſtrictiꝰ ꝓcedi tur,l.addictos,C.de appel.& not.in c.veniẽs,ext.de teſti.& vbi ĩminet periculũ animę,maiꝰ periculũ vertit, vt in aut.vt iudic.ſine quoquo ſuffra.§.cogitatio,& C. de fal.l.vbi. TERTIO ĩ qualitate teſtiũ approbatiua. Nã requirunt teſtes magis idonei,quos leges appellãt oĩ exceptione maiores,vt d.l.ſciãt cũcti,C.de ꝓb. E C CE ergo in quibꝰ cõſiſtit ꝓceſſus. Nã ratione maioris cauſę requirit maioritas probationis,vt adeò ſint ꝓbationes certę q; nõ poſſit ꝓſuaderi cõtrariũ, vel ſaltem non poſſit ꝓbabiliter diſſuaderi,vt C. de pœnis,l. qui ſentẽtiã.Et hoc habe,quo ad ꝓbationẽ,quę fit p teſtes,

TRACTATVS DE INDICIIS.

PROBATIO alia eſt indicatiua,vt ſ.dixi mus,qñ fit indiciũ,qđ eſt minꝰ q̃ ſemiplena ꝓbatio,& ex iſta ꝓbatione in vili pſona habet locum tortura, & vnico indicio torqueri põt,l.cũ ꝓbatio,iuncta glo.ff.de prob.& glo.in l.fi.ff.de quæſtio.

INDICIVM autem eſt cõiectura, ex probabilibus, & nõ neceſſarijs orta, â quibus poteſt abeſſe veritas, vt Bal.in l.nõ hoc,C. vnde legit.VEL indiciũ põt dici mediũ intellectuale veritatis eliciendæ ex aliqua ſingulari circũſtantia inſurgẽs, vt l.indicia,ff, & C.de rei

vẽdic.& dicit ab indicãdo,quia indicatur,& notificat, & idẽ ĩ prẽſũptiõe dicit,vt c.ſtudijs,ext.de prẽſũptio.

INDICIA ſiquidẽ alia ſũt dubitata, alia indubitata: indicia dubitata,ſunt argumẽtũ,præſũptio ſimplex,& ſuſpicio.Et ſunt leuia,quæ tantum ſufficiunt ad torturam,vt not.in l.ij.iuncta glo.C.de fal.& l.fi.iuncta gl. ff.de quæſtio.Non autem ſufficiunt ad condemnationem, quia ex ſuſpicionibus nemo venit condẽnandus, vt d.l.abſentem,ff.de pœnis,& l.j.in fi.ff.de quẽſtio.& Bart.in d.l.fi.eodem.quod ſecus eſt in indicijs indubitatis,& præſumptionibus iuris, & de iure,ſiue violentis,vt infra ordine dicemus.

INDICIA hæc ſumunt in propria, & ſtricta ſignificatione pro aliquo notabili ſigno maleficij, vel alterius rei ad veritatem habendam,& dicuntur etiã ab indicando,vt l.ſolent.ff.præſcript.verb.nõ ꝙ plenè indicent,ſed dant ſignum,& viã ad plenam veritatẽ habendam:& de iſtis poſſunt intelligi iura, quæ dicunt indicia nõ ſufficere ad conuincendũ, & cõdẽnandũ,vt d.l.abſentem,ff. de pœnis, & Panor.ĩ c.tertio loco,extra de ꝓb. Talia indicia ſunt leuia,& magno ſpacio rationis diſtãt à neceſſaria fide veri,vt ſola fuga, colloquiũ,ſemiplena ꝓbatio,vt Bal.in d.l.nõ hoc,C. vñ legit.Et hęc diſtinctio cognoſcit per theoricã gl.d.l.nõ hoc.Nã ſi frequẽter,& facile hoc ab illo contingit abeſſe,tũc eſt leue indiciũ,vt not.C.de ꝓb.l.cũ res, & C. de fur.l.ciuile eſt.Si aũt frequenter, & facile cõtingit adeſſe,tũc eſt graue indiciũ, & æquiparat præſũptioni iuris,vt not.C.de dolo,l.metum,ꝓ Cy.Et hęc vera ſũt ſiue agit de ꝓbãdo vero hoĩs actu,ſiue de ꝓbãdo aĩo, vt ff.ad leg.cornel.de ſicar.l.j.§.ſed ſi claua,& extr.de homic.c.ſignificaſti.Et quãuisiſta leuia indicia nõ ſint à lege approbata,tñ ſimul collecta inducũt ĩdubitabiliter veritatẽ,quia quę nõ ꝓſunt ſingula, multa iuuãt,vt l.rationes,& l.inſtrumenta,C.de de probat. Exemplũ in confeſſione extorta in tormentis, quæ non per ſe, ſed perſeuerãtia, vel fama, vel veriſimilitudine facti, vel alijs adminiculis indubitabiliter indicat veritatẽ,vt Bal.in d.l.non hoc,C. vnde legit. & l.qui ſententiam, C.de pœnis,& l.j.§.diuus Seuerus,ff.de quæſtio.

EX his ergo verbis habemus,quòd nihil prodeſt cõfitenti reuocare confeſſionem, ſi contra ſe ſint aliqua indicia,quæ coniuncta ſunt cum confeſſione, quanquã extorta,quæ inducũt indubitabiliter veritatẽ,quod eſt menti tenẽdum ſecundũ eundem Bal.in d.l. non hoc. Et hoc niſi reuocans probaret contrarium clare per indicia contraria elidentia,vt l.ciuile.C.de furt.& Bal. in d.l.ſciant cuncti. Si autem confitens fuerit confeſſꝰ in tortura,non præcedentibus indicijs, nunquam poteſt ex illa cõfeſſione damnari,vt glo.mirabilis,& ſingularis in l.pe.ff.de quæſtio.Hoc ideo,quia cõfeſſiões reorũ pro exploratis facinoribus haberi nõ oportet,ſi nulla probatio religionem cognoſcentis inſtruat,vt d. l.j.§.diuus Seuerus,ff.de quæſtio.

INDICIA an plura requirantur, an vnum ſufficiat, ad torturam,leges videntur loqui in plurali,vt d.l.j.in princ.ff.de quæſtio.ibi alijs argumentis,&c.&l.vnius, §.j.& l.milites,ff.eodem.glo.tamẽ in l.fi.ff.eodem, videtur loqui in ſingulari,dũ dicit,ſed præcedente ſuſpicione,& l.ſi quis,C. ad l.Iul.maieſt.vbi glo.dicit indicium dñi.Quamuis ergo leges loquantur in plurali,tamen hoc non cogit,nec infert vt valeamus intelligere de pluribus indicijs,vt l.ij.§.homines,ff.de vi bono.rapto.VTRVM ergo ſufficiat vnum indicium,vel plura hoc ſtat in arbitrio iudicis, vt l.iij.§.eiuſdem,ff. de teſtib.Nam poſſunt eſſe indicia generalia, & remota,& iſta non ſufficerent ſine alijs, vt puta eſt homo malæ conditionis,eſt indicium tale quale, vt l. de minore,§. pe.ff.de quæſtio.& iſtud non ſufficeret ad torturam ſine alijs indicijs. Sed ſi iſtud indicium eſſet vnitum cum alio,vt quia eſt homo malę conditionis, & conuerſabatur in domo illa: certe iſta duo indicia generant ſuſpicionem,vt l.dominus horreorũ.ff.locati.

INDICIVM autem ſi non eſſet remotum, ſed propinquum, & tangens negocium, de quo quæritur,vt vnus bonus teſtis de viſu, vt l.maritus, ff. de quæſtio. vel confeſſio.extra iudicium,vel captus ibi, & dicitur quòd eſt propter hoc delictum, vt l. capite quinto,ff. ad leg.Iul.de adult.Tunc poſſet eſſe vnum indicium ita propinquum,quòd eſſet ſufficiens ad torturam ſecundum Bartho. in d.l.fi.ff.de quæſtio.vbi dicit ita intelligi debere glo.d.l.fiñ.ff.de quæſtio. Ibi præcedente ſuſpicione,& d.glo.in l.ſi quis,ad leg.Iul.maieſta.

INDICIVM tamen hoc debet probari per duos teſtes,qñ ſcilicet teſtis non teſtificatur de maleficio ipſo,ſed de indicio quodam,dicens,ꝙ reꝰ fuit tali nocte repertus in loco,ibi vicino,quando fuit contractũ maleficium,nec hoc indicium ſufficeret probari per vnũ teſtem,vt glo.in d.l.fi.ff.famil.herciſc.& l. vbi numerus,ff.de teſtib. Si vero teſtis teſtificaretur de maleficio ipſo,probaretur indicium quod ſufficeret ad torturam,vt glo.in l.iij.C.ad l.Iul.maieſta.& c.fiñ. extra de iureiur.Et.d.l.fi.ff.de quæſtio.SED quærit an indicia habita ſuper generali inquiſitione,vel accuſatione prę iudicent reo,ad hoc vt poſſit torqueri?Dic quòd non: quia teſtes nondum fuerunt examinati ipſo reo exiſtente contradictore præſente,quod fieri debet priuſq̃ torqueatur,vt l.ſi quando.C.de teſti.Imò debet prius reus interrogari de indicijs,& diſputari,vt l. vnius,§. cogniturum,ff.de quæſtio.& l. cuſtodias, & ibi Bal.ff. de public.iudic.vnde debent teſtes iterum examinari,& recoli,ſiue repeti poſt litem conteſtatam, ſcilicet interrogationem,& reſponſionem rei,vt cap.qualiter & quando, l.ij. extra de accuſa. & Bartho. in l. ſi quis adulterium,in fiñ.ff.ad leg.Iul. de adult. & idem Bartho.in dicta l.fiñ.ff.de quæſtio. Quantumcunque igitur ſit notorium crimen iudici,& alijs, nemo tamen poteſt ſine examinatiõe,aut interrogatione feriri ſiue condemnari,vt c. deus omnipotens, §. fiñ. & cap.ſeq. ij.q.j. exceptis tamen caſibus ibidem expreſſis.

INDICIA alia ſunt indubitata,quæ ſunt à lege approbata, ſicut quando ſimul plura collecta in vnam conſonantiam tendentia indicant indubitabiliter veritatem,vt l.milites,§. oportet,ff. de quæſtio.vt patet, homo mortuus reperitur mortuus in aliquo loco, de quo aliquis inculpatur,poſſunt contra eũ apparere indicia,ſcilicet quòd defunctus erat ſuus inimicus,tunc eſt indicium,vt l. j.§. cum quis latrones,ff.de quæſtio,

SECVNDO de homicidio ſuſpicatus ſe iactauerat, q̃ occideret, aut occidi faceret dictum defunctum, & erat ad id potens, vt l. famoſi. ibi, nã & perſona ſpectãda eſt, an potuit id facere, ff. ad leg. Iul. maieſt. & q̃ inter eos præceſſerat offenſa, aut receptauit occidentẽ, qui forte erat eius familiaris, aut domeſticus, vt Abb. in c. tertio loco, extra de prob. alleg. d. l. ſciãt cuncti. Tunc minæ præcedentes faciũt præſumptionẽ contra homicidã ſuſpicatũ, vt Bal. ĩ l. pacumenius, ff. de hęred. inſtit. all. l. ſi hi, qui adulterij, C. ad leg. Iul. de adul. & ff. mandati, l. ſi vero remunerandi, & ff. de repud. l. iij. &, ff. ad leg. Iul. maieſt. l. famoſi, ibi, & cogitauerit.

CONTRARIVM tñ videt, quia ſæpe minus faciunt homines, qui magna minant, arg. l. metũ la iij. ff. eo qd̃ metus cauſ. Hoc tamẽ non obſtante eſt diſtinguendũ, an ſit homo bonæ famæ, vel non. Primo caſu, ſi ſit bonæ famæ nõ præſumitur, ſed iudex inquiret veritatẽ, vt C. de accuſa. l. ſinguli. quia vbi liquide nõ poteſt cõſtare argumẽtis maleficiũ, cognoſcendũ tamẽ eſt, & ſi bonus ante æſtimatus fuerit, prope eſt, vt eius affirmationi credatur: quia grauitas perſonæ, vel qualitas præcedentis vitæ elidit. huiuſmodi indiciũ, vt c. cũ in iuuentute, extra de præſumptio.

SECVNDO ſi ſit male famatus, & conſuetus ſimilia facere, præſumit homicidiũ feciſſe, tex. for. in l. nõ oẽs, §. à barbaris. ff. de re milit. & Bart. in l. fi. ff. de quæſtio. Sed hoc intelligendum, quando erat malus in eodẽ genere mali, & malæ famæ, in eodẽ genere malitię, vt quia erat homicida, vel percuſſor, non autẽ è diuerſo, vt quia erat fornicator, vel latro, aut fur: & ideo glo. in d. l. pacumenius, ff. de hæred. inſtit. diſcutit q̃ contra aliquem præſumitur, q̃ ſolitus erat talia facere, ſiue committere. Nam ex diſſimilibus non ſumeretur cõiectura. facit ad hoc, ff. de excuſa. tuto. l. ſpadonem, §. à quod nimium, vbi infamis nõ tamen ſuſpectus in tutela, quia non eſt in eodem genere malitiæ, & facit, C. de prob. l. iubemus, & ff. de ædendo. l. ſiquis ex argẽtarijs, §. ij.

ALIVD indiciũ quando quis viſus eſt fugere pallidus cum gladio ſanguinolento, & ibi propè inuenitur homo mortuus: fuga eſt indicium poſt delictum cõmiſſum, vt ſe abſcondat, vt l. lege cornelia, in verbo, præterea cauetur, vt de his ſeruis, qui ante quæſtionem habitã fugerunt, ſi aperto teſtamento liberi ſcripti inueniantur, lege de ſicarijs iudicium fiat, ita vt ex vinculis cauſam dicant, & conuicti perinde ac ſi ſerui puniantur, ff. ad ſenat. ſyllania, & ibi Bart.

PALLOR, eſt aliud indicium, vt arg. l. de minore, §. pe. ff. de quæſt. vbi dicitur, plurimum quoq; in exercẽda veritate, etiam vox ipſa, & cognitionis ſubtilis diligentia affert. Nam ſermone, & ex eo qua quis conſtãtia, qua trepidatione quid diceret, vel cuius æſtimationis quiſq; in ſua ciuitate eſt, quædam ad illuminandã veritatem in lucem emergunt. Exteriora enim indicant animi ſecreta interiora, vt ff. de ædilit. edict. l. ſi tamen, §. ij.

INDICIVM aliud dici poteſt, vbi notam habebat domum in qua maleficium contractum eſt, quia vicinus vel conuerſabatur ibi, vt l. dñs horreorum, circa princ. ff. locati, in verbo, ibi, ſerui tñ eius cũ quo contractum eſt maleficiũ propter ędificiorũ noticiã in quæſtionem peti poſſunt.

SANGVINOLENTIA gladij poteſt dici aliud indicium, ex quo capitur coniectura, ſicut & aliàs, ff. de donat. inter vir. & vxor. l. vtrum.

DELATIO gladij poteſt dici aliud indiciũ, qd̃ lex præſumit ad malum, vt C. vt armo. vſus. l. vna, lib. x. C. & in aut̃. de armis, col. vj.

MENDACIVM eſt maximũ indiciũ, ſiue præſumptio, contra eũ, qui mẽtit, vt l. vnius, §. teſtes, ff. de quæſtio. & c. literas, extra de præſumptio.

HÆC indicia ſunt indubitata legi, & à lege approbata. Ideo iudici debẽt eſſe indubitata, l. ſi tutor, & ibi Bal. C. de pericul. tutor. Et talia indicia debẽt concludere iudici, aliàs facit litem ſuam: quia dicuntur indicia indubitata, vt Bal. in d. l. fi. C. de prob.

CERTA ergo indicia, quæ iure nõ reſpuunt, nõ minorẽ probatiõis, q̃ inſtrumẽta cõtinẽt fidẽ, vt l. indicia, C. de rei vendic. & C. arbit. tutell. l. fi. & l. in exercẽdis, C. de fide inſtru. Et talia indicia capiunt p̃ præſũptionibus iuris tm̃, ſiue iuris, & de iure, ſicut l. dicem⁹, quæ ſufficiunt ad ferendam ſententiã: quia æquiualent teſtibus, & inſtrumentis, vt c. afferte mihi gladium, extra de præſumpt.

TANTA indicia non requiruntur ad condemnationem. vnde ſi quis deprehẽditur in aliquo actu propinquo ad ipſum delictum, tunc tale maleficiũ dicitur notoriũ ſecundũ Bart. in l. fur. ff. de fur. vbi dicitur, q̃ quãuis fur ibi non deprehendatur, vbi furtum fecit. Si tamen cum re furtiua fuerit deprehenſus, priuſq̃ eò loci rem pertulerit, quo deſtinauerat, fur manifeſtus dicitur eſſe, quod eſt notandũ. Ex quo infert q̃ ſi quis viſus eſt fugere cum gladio ſanguinolento, & ibi reperitur aliquis mortuus, ex hoc eſt homicidium manifeſtum, quod ipſe fecit. Item ſi quis deprehenditur in domo alicuius, vbi eſt pulchra mulier, hoc facit indicium ad hoc adulterium eſſe manifeſtũ, & dicit ita debere intelligi l. capite quinto, ff. ad l. Iul. de adult. maxime ſi reperiatur eam mulierem deoſculando, vel confabulando in loco ſecreto.

Item ſi quis intrauit domum quandam, & poſt modicam horam auditus eſt clamor mulieris, & ſtatim viſus eſt qui intrauit domum exire cum gladio ſanguinolento, & viſa eſt mulier in facie vulnerata, vnde dubitabatur an eſſet probatum de vulnere contra illum. Et videbatur q̃ non: quia illud non probat hoc eſſe, quod ab hoc contingit abeſſe, l. neq; natales, C. de p̃bat. poteſt enim eſſe, quòd hæc mulier ſe vulnerauerat. Tñ dicendũ eſt ſufficiẽter eſſe probatũ ſecũdũ Bal. in d. l. fi. C. de p̃b. & Bar. in l. fi. ff. de quæſtio. & moderni in d. c. afferte mihi gladium, extra de præſũpt. Duo nẽpe indicia certa & indubitata, aut duæ præſumptiones faciunt plenam probationem cum alijs adminiculis, vt glo. fiñ. in l. ij. ff. de excuſ. tuto. Quia quæ non proſunt ſingula, multa iuuant, vt l. rationes, & l. inſtrumenta, & l. non nudis, & l. non epiſtolis, C. de prob. & d. l. fi. eodem. Nec minorem probationis, q̃ inſtrumenta, continent fidem, d. l. indicia, C. de rei vendic.

QVANDO ergo indicia ſunt ſimul iuncta, vel mixta,& ſunt à lege approbata,poſſunt dici indicia indubitata,ex quibus poteſt procedi ad cõdemnationẽ triplici ratione.Prima,ſufficit q̃ quis ſit teſtibus ſuperatus,vel propria voce confeſſus,ad hoc q̃ poſſit ſententia capitalis contra eum proferri, vt C. de pœnis, l.qui ſententiam,& C.de epiſco.& cleric.l.ſiquis,& C. Quorum appell.non recip.l.ij. Ita eo modo ex prædictis indicijs à iure approbatis poterit ſẽtẽtia capitalis proferri,vt l.ſi hi qui adulterij,C.ad leg.Iul.de adult. & l.excipiuntur,ff.ad ſenatuſc.ſyllania. Nam talia indicia non minorem auctoritatem, & fidem ꝓbatam, quàm teſtes,vel inſtrumẽta videtur cõtinere, vt l.ad probationes,C. de probat.& d.l.indicia.Et tam teſtes quàm aperta indicia,& manifeſta æquiparãtur,vt poſſit ſequi ſententia diffinitiua,vt d.l.fi.C. de prob. Secunda ratio, quotiens circa idem plura auxilia eiuſdẽ generis ex eodem facto deſcendentia ſimul commixta iuncta concurrunt,dicuntur rem perficere,& plenã probationem adducere,vt ff.de excuſ.tuto.l.ij..§.hoc amplius,& ff.de appel.l.ſiquis ſeparatim,§.j.& C. qui numero tutel.l. vna,ſic à ſimili ſupradicta ſimul coniuncta plenam probationem inducũt. Ideoq̃ ſingula, quæ non proſunt, multa iuuant,& ſimul iuncta coadiuuant,vt in autẽ.de fide inſtru.§.ſi vero additum,& §.ſi vero nullus,col.v. & inſt.de hæred.inſtit.§.ſi plures,& extra de teſtib.c.præterea, & C. de teſtament. l.ſcim⁹. Tertia ratio, cũ in qualibet cauſa ciuili regulariter duæ ſemiplenæ probationes faciunt vnam plenã probationem,& poſſit cauſa ciuilis per indicia, & præſumptiones probari,vt de pręſũpt.cap.ex litteris, & arg.ff. de his, qui ſunt ſui,vel alie. iur.l. filium, & notari conſueuit in l.in bonæ fidei,C.de reb.credit.& C. de prob.d.l.proprietatis. Plus tamen valere debent, & operari tria,vel plura auxilia,quàm duo.Nam ratio conſiſtit,vt plus tribus,quàm duobus credatur, pluralitati enim ſtandum eſt,vt ff.de pact.l.maiorem,& ff. de teſtib.l.iij.§.hæc verba.C.de fideicõ.l.quęſtionem, in fi.Ergo tria indicia,vel tres ſemiplenæ probationes vnam plenam probationem poterunt operari, vt d.l.ſi hi qui adulterij,ff.ad leg.Iul.de adult.& d.l. excipiuntur, ff. ad ſyllania. Indicijs ideo quibus ſumitur plena probatio, per ea ſumitur & ſupplicium, vt d.l. excipiuntur,ff. ad ſenatuſc. ſyllania.iuncta glo.vbi dicit textus, q̃ ex impubere ſumitur ſuppliciũ per indicia:& ibi cauetur, q̃ quidam puer non multũ aberat à pubertate,& ad pedes domini cubuerat,cũ occidere tur dominus, nec poſtea cædem eius prodiderat, vt enim opem ferre eum non potuiſſe conſtabat, ita ſilẽtium præſtitiſſe poſtea certum erat. Et his duntaxat impuberibus ſenatuſconſultum parci credebat,qui tãtum ſub eodem tecto fuiſſent. Qui vero miniſtri,vel participes cædis fuiſſent:& eius ætatis quãquam nondum puberis,vt rei intellectum capere poſſint: his nõ magis in cædem domini, q̃ in nulla alia cauſa parci oportere.Et ſic tria erant indicia cõtra impuberẽ.Primũ prope pubertatẽ erat, quod dicit diſtare p ſex mẽſes,vt l.ſi.ff.de lib.exhib.Secũdũ, ad pedes dñi cubuerat.Tertiũ, necẽ domini non prodiderat,vt glo.in d. l.excipiuntur. Et ita videmus qualiter impuberes teneantur de delicto,vt hic,& Inſti.de oblig.quæ ex delict.naſcunt.§. pe. Niſi quatenus miſeratio ætatis interdum iudicem ad mediocrem pœnam perduxerit, vt l.auxiliũ,§. fi.ff.de mino.Alioquin facile, & frequẽter remanerent maleficia impunita,quod in contrariũ ratio ſuadet,vt ff.de pact.l.itẽ ſi vn⁹,§. pacta,& ff.de fideiuſſor.l.ſi à reo,§.Id quod vulgo.Quarta ratio,videmus, q̃ duo,vel plura imperfecta vnũ perfectũ cõſtituũt,vt C.de agric.& cẽſi.l.cũ ſcimus,in prin.Quid ergo plura?Reperitur in iure,q̃ ipſa principalis cauſa criminalis per argumẽta,& præſumptionẽ dignoſcit, & terminatur:q̃q̃ liquidè delictũ probari nõ poſſit,vt ff.de re milit.l.nõ oẽs,§.à barbaris,ibi, etſi hoc liquide probari nõ poſſit, argumẽtis tamen cognoſcendũ eſt,& tamẽ capitalis cauſa ibi agebatur,vt cõſtat per l. deſertorẽ,§.Is qui,eodẽ titul.& facit ad hoc.in auẽ.vt liceat mat.& auiæ,§.illud,col.viij.Cõtrariũ tamẽ videtur dicẽdũ, q̃ nõ poſſit quis ex dictis indicijs,& præſũptionibus diffinitiue dãnari tribus rationibus.Prima,quia cũ in ciuilibus quæſtionibus maioribus vna lĩbra auri,nõ minor, q̃ trium teſtiũ exigatur probatio, vt in auẽ.de fide inſtruc.§. oportet, & §.hoc dicimus, col.vj.& not.C.ſi certum pet.l.ſi.Multo fortius in qualibet criminali cauſa duę,vel tres præſumptiones, aut indicia plenam probationẽ non poterunt operari: ſed erit maior numerus teſtium requirendus,vt poſſit ſuper crimine ſententia diffinitiua proferri:maxime cũ quęlibet cauſa criminalis ſit,& cenſeatur maior qualibet pecuniaria cauſa,quãtumcunq̃ ſit magna,vt ff.de pœnis,l.in ſeruorum,§.fi.Et licet in cauſa ciuili duæ ſemiplenæ probationes, vt eſt fama publica, & dictum vnius teſtis vnam plenam probationem adducant,vt C.de probat.l.proprietatis,& arg.ff. de teſtib.l.tertia, §.eiuſdem,& iiij.q.iij.§.Item ſæpe, & extra de teſtib. cap.præterea.Tamen in criminali cauſa ex dictis ſemiplene probationibus non erit quis diffinitiue damnandus:quia in cauſa criminali probationes debent eſſe apertiſſimę,vt d.l.fi.C.de prob. Strictius eñ in eis proceditur,vbi contra hominis ſalutem agitur, vt C. de appel.l. additos, & not.extra de teſtib.c. veniens. Secunda ratio, quia euidentia rei, licet habeatur pro quadam ſpecie probata,vt ff.finium regundo.l.ſi irruptione,§.fi.& C.eodem,l.iij. Etiam cum manifeſtum, & apertum indicium habeatur aliquem inueniri in crimine,& fore detentum,& captum,arg.ff.de furt.l.iij. cum l.ſeq.Et manifeſta non indigeant probatione, vt ff.de dote præleg. l.j.in fi.& ff.de actio.empt. & vẽd. l.exemplo,in fi.j.Reſpon.Tamen non debet quis talibus indicijs diffinitiue damnari: quia non eo ipſo, q̃ quis captus inuenitur,de crimine poterit damnari, niſi aliter de maleficio cõuincatur,vt arg.ff. de ritu nuptia.l.palam,§.qui in adulterio,& C.de defenſo. ciuita.l.defenſores.Et ideo ſi aliquis inueniatur pro qualicunq̃ crimine captus ab aliquo,qui coram pluribus teſtibus extra iudicium confiteatur illud crimen commiſiſſe, & q̃ occaſione illius criminis fuerit captus, quãuis iſta tria contra eum inueniantur probata,ſciliçet q̃ ſit captus ob illud crimen, & q̃ ſit cõfeſſus illud

crimen commisisse,& q̃ ob id sit captus. Tamen licet ista indicia videantur apparentia: non debet ex illis solis indicijs iudex illum sic captum diffinitiue damnare: licet quęstionibus,& tormẽtis subijci possit, vt not. ff. ad l. Iul. de adult. l. capite quinto, in fine, & extra de iudic. c. cum non ab homine. Tertia ratio potest assignari, quoniam ex testibus, & instrumentis,& ex indicijs indubitatis, non autem ex præsumptione sim plici est sententia diffinitiua proferenda, vt C. de accusa. l. singuli,& d. l. fi. C. de prob. In ciuili sec⁹, ideo quia in criminalibus causis maius periculum vertitur: quia imminet periculum animæ, vt in auteñ. vt iudic. sine quoquo suffrag. §. cogitatio, colla. 2. Vnde maior requirenda est tutela, vt C. de appel. d. l. addictos,& C. de falsis, l. vbi. Et in casibus dubijs,& incertis probationibus melius est facinus nocẽtis relinqui impunitum, quàm nocẽtem damnare, vt l. absentem, ff. de pœnis, & C. quorum appel. non recip. l. ij. & in dubio pœnæ sunt potius molliendæ, quàm exasperandæ, l. interpretatione,& l. si præses, ff. de pœnis. SOLVTIO, videtur q̃ ex supradictis indicijs possit tãtum colligi iuris præsumptio contra talem accusatum, dum colligitur q̃ erat capitalis inimicus occisi, vel vulnerati,& q̃ visus est fugere cum gladio de loco præfato,& q̃ publica vox & fama est. SED QVAMVIS in causa ciuili ex iuris tantũ præsumptione possit diffinitiua sequi sententia: ex qua in contrarium nõ probatur, vt C. de prob. l. siue possidetis,& ff. de donat. inter vir. & vxor. l. Quintus Mutius.

VERVNTAMEN in causa criminali, vel in causa quæstionis prædictæ ex tali præsumptione iuris tãtum, non debet, vel poterit quis diffinitiue condemnari criminaliter, quia in criminalibus causis interuenire debent, & requiruntur probationes luce clariores, d. l. fi. C. de prob. & C. de pœnis, l. qui sententiam,& d. l. singuli. C. de accusa. Quod videtur ea ratione procedere, quia in causis criminalibus perspicacius est consiliũ adhibendum, quia ibi maius detrimentum & periculum cõtingit, vt arg. d. l. addictos,& ff. de vent. inspic. l. j. §. j. Et ideo ex prędictis indicijs, siue præsumptionibus non poterit quis dãnari, quia quis ex præsumptionibus,& mendicatis suffragijs cõdemnandus non est, vt ff. de pœnis, l. absentem, in princ. & d. l. singuli.

PORRO in causis criminalibus nõ multum arduis, nec valide ponderosis probatio iuris, quæ fit per argumenta est communiter sufficiens, & coniuncta semiplenam probationẽ excedens,& tunc si cum ista iungatur confessio, efficitur probatio plenior, quàm in ciuili requiratur, vt C. quorum appel. l. ij. & plenè fit punitio secũdũ exigentiam naturę delicti. SI AVTEM nõ adiungatur confessio, vt quia cum hoc sit commissum arbitrio iudicis, nõ vult torquere, vel qualitas personæ torturam non patitur, vel reus est absens, non potest imponi pœna corporalis. Quia propter inopiã probationum minuitur pœna. Hoc est quia nõ potest iudex plus punire in criminali, quàm cõdẽnaret in ciuili. Nam vbi proceditur ex præsumptione imponitur minor pœna,& ista appellatur probatio præsumptiua, vt Bal. in d. l. fi. C. de prob. & idem Bal. in l. præsbyteri. C. de episco. & cleric. Et quãuis in præsumptione mitigetur pœna,& è contra, quando liquet exaggeretur pœna: tamen quãdo pœna habet certos fines ex qualitate probationũ, nũquã potest ex qualitate exaggerari, scilicet aggrauari pœna, vt l. generaliter, in princ. vbi est tex. not. ff. de decurio. poterit tamẽ reus puniri ciuiliter,& pecuniariter, quia præsumptione iuris tantum potest quis condemnari ciuiliter, & sequi sententia diffinitiua, vt l. siue possidentis, C. de prob. & d. l. Quint⁹ Mutius, ff. de dona. inter vir. & vxor. & l. fi. ff. de iniur. EX PRAESVMPTIONE vero iuris, & de iure vel ex quolibet alio indicio indubitato potest contra aliquem diffinitiua firmari sententia criminaliter. Quia talis præsumptio, quæ iuris est,& de iure, prout infra dicemus, probationem aliquam in contrarium nõ admittit, cum legis dicatur esse sententia, vt C. de adult. d. l. si ij q̃ adulterij, & ff. ad senatusc. Syll. a. l. excipiũtur,& in auteñ. vt liceat mat. & auiæ, §. his quorum, col. viij. & cap. afferte mihi gladium, extra de præsumpt. Item ex quolibet indicio indubitato potest ferri sententia diffinitiua criminaliter d. l. fi. C. de prob. vbi cauetur, q̃ accusatores illud crimen habent, & debent in publicam notionem referre, vt possit sententia diffinitiua proferri, quod crimen sit idoneis testibus munitum, saltem duobus: quia vbi numerus testium nõ adijcitur, duo sufficiunt, vt ff. de testib. l. vbi, & ff. de oper. libert. l. j. vel q̃ sit apertissimis documẽtis instructum, id est publicis scripturis sic exponitur, C. de contrah. & committ. stipul. l. optimam, & in auteñ. vt sponsa. largit. §. hoc insuper, col. viij. vel q̃ sit instructum ad probationem indicijs indubitatis, & clarioribus luce, d. l. fi. C. de prob.

TRACTATVS DE PRAESVMPTIONE.

CVM SVPRA de indicijs,& probatione indicatiua dixerim, nũc de probatione præsumptiua est quærendum: & quot sunt genera præsumptionum. DIC q̃ probatio alia est præsumptiua, quæ probatur secũdum terminos iuris: quia vbi lex præsumit sufficit probare terminos, vnde vbi ex possessione præsumitur dominium, sufficit probare possessionem. Si autem lex non præsumit, tunc ad probanda indicia sufficit probatio verisimilis, vt Bal. in l. non hoc, C. vnde legit. alleg. l. pe. ff. de condit. Insti. & ff. si seruit. vend. l. sicuti, §. quæritur, & l. si ij qui adulterij, C. ad leg. Iul. de adult. & l. excipiuntur, ff. ad senatusc. Syllania. PRAESVMPTIO siquidem est ex reperto alicuius facti dubij, aliquotiens plena aliquotiẽs semiplena inuestigatio, seu probatio. Illa tamen probatio non infert de necessario: quia aliter potest se res habere. Et concipitur talis probatio ex circunstantia facti sicuti concupiscentia fœminarum, quæ non solo affectu,& tactu: sed aspectu quoq̃ appetitur, & appetit. Nec possumus dicere pudicos animos habere si habeamus impudicos oculos: quia impudicus oculus im

pudici cordis eſt nuncius. Et cum ſe inuicem etiam tacente lingua conſpectu mutuo corda nunciant impudica: & ſecundum concupiſcentiam carnis alterutræ delectantur ardore: etiam intactis ab immunda violatione corporibus fingit caſtitas ipſa de moribus, vt xxxij.q.v.c.ne ſolo.

PRAESVMPTIONVM, tres ſunt ſpecies, Alia temeraria, alia ꝓbabilis, ſiue veriſimilis. & alia violēta.

PRAESVMPTIO temeraria cōſurgit à malis hominib⁹, & ex cauſis pluribus, aliàs puerilib⁹, & ſuſpicionibus leuibus: & hęc repellitur, & reprobabilis eſt, vt ij.q.j.c.primo, & vj.q.j.c.oues, & extra de ſenten. exco.c.inquiſitioni. Quia homo fidelis non debet de facili venire in ſuſpicionem, vt c.abſit, xj.q.ij. Et cum omnis ſuſpicio temeraria ſit repellenda, noluit deus hominē ab humano iudicari ſuſpicionis arbitrio, ſed potius ex lege, vt ij.q.j.c.multi, poſt medium.

PRAESVMPTIO probabilis, ſiue veriſimilis ſurgit ex multis cauſis, & ſuſpicionibus, & hæc admittitur ad probationem ſemiplenam, vt extra de præſumptio. per plura capitula, & c.ſollicite, extra de reſtitu. ſpol. vbi dicitur non eſſe veriſimile quem iuri ſuo renunciaſſe, qui renunciauit ſpoliatus: vnde prius debet reſtitui, q̄ quis alter audiatur ſuper renunciatione. Vnde coadiuuat ad probationem ſi ſint alia coadminicula. vt c.à nobis, extra qui mat.accuſa. poſſ. & ibi glo. Admittitur etiam ad purgationem inducendam, vt c. ſi quis, extra de purg.cano. & ij.q.iiij.c.preſbyter. Sed contra hanc præſumptionem veriſimilem poſſunt induci teſtes, vt c.quia veriſimile, extra de præſumptio.

PRAESVMPTIO violenta dicitur, quæ ad pronunciandum, vel condemnandum ciuiliter ſufficiens deputatur: vt xxxiij.q.j.c. dicit dominus, vbi cauetur, q̄ vbicunq; fornicatio eſt, vel fornicationis ſuſpicio, libere vxor dimittitur: imò ſtultus, & impius eſt, qui tenet adulteram. & dicit gl. q̄ hæc ſuſpicio intelligitur, quando eſt violenta, & tamen contra eam admittitur probatio, vt xxxv.q.iij. cap. extraordinaria, & xxvij.q.j.cap.nec aliqua, & ff.de his qui ſunt ſui, vel alie.iur.l.filiũ, &c.litteris, extra de præſumptio. Et iſta præſumptio violenta oritur ex propinqua facti circunſtantia, vt xxxiiij.diſt.c. quorundam. Quæ quandoq; pro certitudine habet, & ex ea fertur ſententia, vt extra de præſumpt.c.litteras, & c.nullus dubitat, & c. illud quoq;, & c.tertio loco, extra de probat.

VIOLENTA iſta præſumptio ſubdiuiditur. Nam alia eſt iuris, Alia iuris, & de iure.

PRAESVMPTIO iuris tantum eſt cum ius præſumit aliquid, ſed non ſtatuit ſuper præſumpto. Et illa præſumptio recipit contrariam probationem, vt ecce vir cohabitauit diu cum vxore, præſumitur ab eo cognita, vt xxxij.q.j.d.cap.Dicit dominus: ſed talis præſumptio recipit contrariam probationem, vt d. xxxv. q.iij.c.extraordinaria, & xxvij.q.j.cap.nec aliqua, & c. propoſuiſti, extra de probat. & l.ſi chirographum, ff. eodem, & glo.in c.Is qui fidem, extra de ſponſal. Et ex illa probatione iuris tātum vel ex productione teſtiū ſurgit ſuſpicio, vt ij.q.vij.c.accuſator quoq;. Et regula eſt, q̄ præſumptio iuris tranſfert in alium onus probādi, l.generaliter, §.ſi petitum, verſi.ſed cū ex præſumptione, ff.de fideicom.libert.

PRAESVMPTIO iuris & de iure eſt, cum ius fingit, ac ſtatuit ſuper ficto, contra quam fictionem non admittitur probatio cōtraria, vt c.ad id, & c.is qui, extra de ſponſa. & cōdi.appoſi. & c.per tuas, eodem. Nā legis dicitur eſſe ſententia, vt l.ſi hi, qui adulterij, C.ad leg.Iul.de adult. & l.excipiuntur, ff. ad ſenatuſc. ſyllania. & ſupra dixi in fine indiciorum.

FICTIO iuris & de iure eſt, Quando ius certum de aliquo facto fingit ſtatuendo oppoſitum. Exemplum, ius fingit vxorem ſtipulatam dotē ſibi reddi, licet ſit certum, q̄ non fuerit ſtipulata, ſed in fauorem mulieris ius hoc fingit, vt Abb.in c.is qui, extra de ſponſa. & c.quanto, extra de præſumptio. Nec aliquis audiretur ad probandum contrarium, vt C.de rei vxo.actio. l.j. §.j.Idē in arrogato, qui ſemper intelligitur ſtipulatus quartam partem de bonis arrogatoris, ſi emācipetur, vt l.ſi arrogator, ff. de adoptio. Similis præſūptio eſt xj.q.j.c.ſiquis clericorum, & extra qui mat.accuſ. poſſ. c.inſuper.

PRAESVMPTIONES aliæ ſunt, ſcilicet hominis, naturæ, & facti præcedentis, ſiue ſubſequentis.

PRAESVMPTIO hominis eſt, cum præſumitur contra aliquem hominem propter malam famam, & contra hanc præſumptionem admittitur probatio in contrarium, vt extra de ſpōſa.c.cum in tua, & ij.q.v.c. præſbyter, & c.ſi mala fama, extra de purgat.cano. & ff.quod metus cauſa, l.non eſt veriſimile, & ex illa nō poteſt ſequi condēnatio, vt d.l.abſentem, ff.de pœnis.

PRAESVMPTIO naturæ eſt cum exhęredo filiū meum, præſumitur contra me, q̄ iniuſte exhæredauerim eum, & hoc propter naturā. Et ideo hæredes mei tenentur probare, q̄ iuſte exhæredauerim eum, vt C. de liberis præteritis, vel exhæreda. aut.non licet parenti. Cum iura ſanguinis nullo iure ciuili dirimi debeant, l.iura ſanguinis, ff.de regul.iur.

PRAESVMPTIO facti præcedentis eſt circa futura, vt ſi ſemel calumniatus es contra me, & iterum velis me accuſare, præſumitur modo te velle iterum calumniari, vt ff.de accuſa.l.ſi cui, §.ijſdem, & iij.q.x. c.placuit, & c.ſi.accuſatorum, & c.mandata, & c.ſcribā eis extra de præſumptio.

PRAESVMPTIO facti ſubſequeñ. circa præterita, vt ſi qui fuerint accuſati de crimine adulterij, quod depellebant prætextu proximitatis, ſi poſtea in matrimonium ſe coniunxerunt, manifeſte præſumitur facinus, in quo accuſati fuerunt, vt C.de adult.d.l.ſi hi qui adulterij, ff. ad macedonia l. Idem ſi filius, aliàs inciſpit, ſed Iulianus, §.interdum, in fi. & in auteñ. vt nulli iudic. §.ſi quis vero, col.ix.

SED QVIA ſupra diximus de indicijs, argumentis, ſuſpicionibus & præſumptionibus, Quæro quæ differentia ſit inter Indiciū, præſumptionem, argumentū & ſuſpicionem? Reſpon. q̄ ex his poteſt idem reſultari effectus ſecūdum Abb.in cap.tertio loco, extra de prob. Nec eſt diſputandum de vocabulis, ex quo idem reſultat effectus. imò diſputatio de vocabulis eſt pertinacibus relinquenda, dicit Innoc. in c.quia veriſimile,

extra de præſumptio. Ideo Bart. in l. admonendi, ff. de iureiur. vtitur alijs vocabulis, dicit enim q̃ iudex per tres aut quattuor gradus adducit ad credulitatẽ, & fidem. PRIMO, cum cauſa introducitur per actorem, & negatio ſequitur per reum, iudex adducitur in dubitationem: quia non præſumit adhuc nec pro actore nec pro reo. SECVNDO, ex aliquo leui indicio, vel argumento, inducitur ad ſuſpicionẽ, & hæc appellatur ſuſpicio. TERTIO, ſi argumenta inſurgunt fortiora, incipit opinari, & appellatur opinio, nec tamen ſuffi-cit ad fidem, & credulitatem, ſed parum deficit.

QVARTO, ſi aliqua adhuc magis exiguntur in cauſa adducitur ad credulitatem, & fidẽ: ita q̃ iudex poterit ferre ſententiam.

DICENDVM eſt ergo, q̃ in iure multa habemus vocabula, vt indicium, argumentum, ſuſpicio, & præſumptio: & alia appellatur leuis, alia vehemẽs, alia probabilis, alia violenta, de quibus ſupra dixi, vt in c. litteras, & c. quanto, extra de præſumptio.

QVAE inſuper indicia, aut quæ argumenta, ſcilicet genera probandi, vel per teſtes, & quales, & quot, vel per inſtrumenta, ad quem modum probandæ cuiuſq̃ rei ſufficiant nullo certo modo ſatis diffiniri poteſt, ſicut non ſemper ita ſæpe ſine publicis monumentis cuiuſcunq̃ rei veritas deprehenditur. Aliàs numerus teſtium, aliàs dignitas, & auctoritas, aliàs veluti cõſentiens fama confirmat rei, de qua quęritur, fidem. Hoc autem pro animi arbitrio iudici relinquẽdum cui credat, aut parum probatum ſibi opinetur, tex. for. in l. iij. §. eiuſdẽ, & §. tu magis ſcire potes, ff. de teſtib. c. prę terea, c. in noſtra preſentia, & c. ex literis, extra de p̃b.

TRACTATVS DE NOTORIO.

SED QVIA de probatione peruenitur ad notoriũ, quęro quid ſit notorium, & quotuplex eſt, & quibus conſtet.

CRIMINA quandoq̃ ſunt notoria, quæ nec accuſationem nec denunciationem, nec litis conteſtationem, nec etiam teſtium examinationem requirunt, ſed tantum ſententiã. vt c. de manifeſta. ij. q. j. vbi cauetur de manifeſta. & nota plurimis cauſa non ſunt quærendi teſtes, dum tamen ſint iudici nota, vt xxiij. q. iij. cum quiſq̃.

NOTORIVM autem eſt triplex, ſcilicet notorium facti, notorium iuris, & notorium præſumptionis. Notorium facti eſt quod ſe exhibet, & offert oculis plurium: ita q̃ habet tãtam facti euidentiam, q̃ non poteſt negari probabiliter, nec aliqua tergiuerſatione celari, vt ff. de inſti. actio. l. ſed & ſi pupillus, §. proſcribere, & ff. de ritu nuptia. l. palàm, & ff. de verbor. ſigni. l. palã, & ad municipal. l. quod maior. Vnde ſi conſtet aliquem habere ſuſpectam mulierem ſecum in domo, eo ipſo videtur probata fornicatio, & ſi publicè eam detineat eo ipſo conuictus eſt: nec eo caſu teſtis, aut accuſator eſt neceſſarius, cum huiuſmodi crimen nulla poſſit tergiuerſatione celari. Credẽdúmq̃ eſt ſimplici teſtimonio bonorum virorum, inter quos delinquẽs viuere dignoſcitur: etiam ſine iuramento: licet ille concubinarius crimen diffiteatur, vt c. tua nos, & c. veſtra, & c. fi. extra de cohabit. cleric. & mulier. Et in illo notorio negatio eſt nulla, vt ff. de tribut. actio. l. illum, §. pe. & ff. de pœnis, l. qui ſententiam. Et in tali notorio creditur ſimplici aſſertioni officialis, vt iij. q. iij. §. aliquando. nec eo caſu auditur appellans, vt extra de appell. c. cum ſit Romana, & c. præterea, & c. peruenit. Aliàs enim non poſſet eſſe certum, niſi per huiuſmodi præſumptionem, vt extra de præſump. c. literis, & c. iij. Si tamen illud crimen eſſet publicum, non ex eui dentia, ſed ex fama, eo caſu ſola teſtimonia illorũ bonorum virorum non ſufficerent, cum non ſit teſtimonijs, ſed teſtibus iudicandum, vt d. c. tua nos, extra de cohabi. cleric. & mulier. Hoc notorium facti probatur per duos teſtes. nam duo poſſunt probare famam, vt extra de teſtib. c. tam litteris, & per duos teſtes probatur, q̃ ſeptem interfuerunt, vt C. de bono. poſſ. l. bonorum, & per duos probatur ſubſcriptio trium, vt C. de fide inſtrumen. l. comparationes, & C. de teſt. l. teſtiũ. HI TESTES, qui inducuntur, debent deponere duo ad teſtificandum. Primum, q̃ viderunt committi maleficium, de quo talis accuſatur, vel inquiritur, vel præſentes fuerunt. Nam teſtis in maleficio debet teſtificari de præſentia, & viſu, vt in auteñ. de hęred. & falc. §. ſi vero abſunt, colla. j. Secundum, debent teſtificari, q̃ maleficium fuit publice factum, & in loco publico, vel in platea, vel via publica, vel in præſentia populi, vel in præſentia decem hominum, vel quindecim, vel vltra, qui publice videre potuerunt committi dictũ maleficium, & ita ſufficiunt duo teſtes, vt l. vbi numerus, ff. de teſtib. & glo. in c. Deus omnipotens, §. quando autem crimen eſt notum iudici, ij. q. j. IN HOC notorio facti non requiritur omnium ſcientia, ſed pluriũ, vt d. c. de manifeſta, forte ſufficiunt decẽ. nam decem faciunt plæbem, ſiue turbam, vt x. q. iij. c. vino, iuncta gl. fi. & ij. q. v. c. preſbyter ſi à plæbe. Alij dicunt q̃ efficitur notorium crimen quod fit in conſpectu totius viciniæ: & q̃ omnes de vicinia clamant tale quid factũ eſſe, vt c. cum dilectus, §. præſertim, extra de purg. cano. & ij. q. j. c. ſcelus. Alij dicũt ſufficere maiorẽ partẽ viciniæ illud clamare, vt ff. ad municip. l. qđ maior, & d. c. cum dilectus. Alij dicunt relinquendum arbitrio iudicis, per quot homines fiat notorium, cum nõ ſit expreſſe diffinitum, & terminatum à iure, dummodo fiat in conſpectu, & tot hominum præſentia, qui excedant numerum decem hominum, vt d. c. cũ dilectus, & extra de elect. c. j. & d. c. vino, x. q. iij. vel quindecim perſonarum, cum tot perſonæ facerent populi numero, vt ff. vi bono. rapto. l. ait prętor, §. j. Nã vbicũ q̃ nõ eſt expreſſum aliquid à iure, relinquit arbitrio iudicis, vt extra de offic. deleg. c. de cauſis, & ff. de iure deliber. l. j. dum tñ delictũ cõmittatur de die, & nõ de nocte. Ita q̃ clare videri poſſit arg. extra de offic. deleg. c. conſuluit, in fi. & ff. de teſtib. l. teſtiũ, §. tu magis ſcire potes, & ff. de pœnis, l. aut facta, §. tempus. ADHVC notoriũ facti tres habet ſpecies. Nã aliud dicitur notorium facti actu trãſeuntis, vt in hoc quã-

do ſemel notorium factum eſt,ita q̃ non poteſt tergiuerſatione celari:non tamen habet reiterationem, vt eſt homicidium publice commiſſum: quod reiteratio nem non recipit. Et ſic fuit de Chriſto ſaluatore noſtro,vt de conſecra.diſt.ij.c. ſemel Chriſtus paſſus eſt, & de pœnit.diſt.j.c.aut facta, & extra de teſti. cog. c. peruenit. Tale autem notorium poteſt probabiliter negari,vt extra de ſortileg.c. ex tuarũ. NOTORIVM facti interpolati .i.interrupti,eſt quãdo ita publicè fit, q̃ non poteſt celari per tergiuerſationem,quod ſępiꝰ reiterat,tamen non fit continue. Sicut eſt crimen vſurarij manifeſti,qui,habet menſam paratam ad mutuãdum,& publicè tenet:non tamen facit continue mutuum,ſed frequenter hoc reiterat, vt extra de vſur.c. cum tu manifeſtos,& c.vſurarũ voraginem,eodem titul.lib.vj.vbi de hoc.Et in hoc notorio ſemiplena probatio requiritur,vt c.cum in dioceſi, extra de vſur. & glo.in d.c.de manifeſta.ij. q.j. NOTORIVM facti actu permanentis eſt quod ita fit publice, q̃ celari nõ poteſt:& habet in ſe facti continuationem.vt eſt videre in illo, qui continue in carcere continetur , de hoc extra de appell.c.dilectis filijs.Et idem videtur in eo, qui publice tenet concubinam cõtinue in domo,lecto, & menſa, & liberos ex ea habet. vt extra de appell.c. conſuluit, & de diuort.c.ſignificaſti: q̃uis illud tale ſit potius notorium iuris,q̃ facti : cum communiter non fiat in conſpectu hominum,ſed occulte . Attamen ita vehementer opinatur , & præſumitur, q̃ pro notorio facti reputatur à iure,vt extra de præſcript.c.literis,& de cohabit.cleric.& mulier.c.tua nos,& c.cleri cos. NOTORIVM facti aliquando eſt notorium , & manifeſtum iudici,& incognitum alijs. Aliquando cognitum & notorium alijs,& occultũ iudici. Et aliquando notorium iudici, & alijs. NOTORIVM quando notum eſt iudici tantum,nemo ſine examinatione feriri poteſt,quia dum accuſatoris perſona aſſumitur iudiciaria poteſtas amittitur.In vna eadémq̃ cauſa nullus ſimul poteſt eſſe accuſator,& iudex,vt d.c.de manifeſta.ij.q.j.nec iudicis eſt quem damnare ſine accuſatore:quia dñs Iudã cũ fuiſſet fur:quia tamẽ nõ eſt accuſatus,minime eiecit. Cognito autem opere iſto pellendum illum apoſtolus de cœtu fraternitatis cẽſuit omnes enim eius crimen ſciebant , & non arguebãt: publice etiam nouercam ſuam loco vxoris habebat, in qua re neq̃ teſtibus opus erat, neq̃ tergiuerſatione aliqua poterat tegi crimen. Et paulo poſt dicitur abſens facie,præſens autẽ auctoritate prẽſens eſt,q̃ nuſq̃ abſens eſt. Iam iudicaui vt ſpiritus eum , qui admiſit hoc,tradi ſathanæ in interitum carnis,vt d.c.de manifeſta.& ſupra dixi in glo.examinati, in fine querimoniæ.vbi ergo non eſt notorium crimen alijs,vt iudici: nemo ſine accuſatore eſt condemnandus, vt ff.de muner. & honor. l. reſcripto, §. ſiquis accuſatorem.

RATIO quare non eſt iudicis quem damnare ſine accuſatore eſt , quando delictum non eſt cõmiſſum in præſentia iudicis pro tribunali ſedentis : quia quando delictum committitur in præſentia iudicis extra tribunal,non eſt ei notorium crimẽ,vt iudici,ſed vt priuato: tunc eſt neceſſaria probatio, & libellus ſi ab aliquo accuſatur delinquẽs,& litis conteſtatio , & omnis ordo iudiciarius eſt neceſſarius,vt C.de litiſc.l.j.& auteñ.offeratur eodem,& extra de vſur. c.cum tu,& extra de corp.vitia.c.de tua,& de offic. ordinar. c. ſi ſacerdos. AT SI NON accuſatur delinquens in iſto,& taliter notorio poterit iudex procedere per inquiſitionem fama,vel clamore,& illum inculpatum examinare:& ſi ſponte confiteatur delictum,poterit abſq̃ alia probatione condẽnari,vt C.de confeſſ.l.j. & ff. ad leg. aquil.l.proinde, & ff.de confeſſ.l. confeſſus. Si autem negauerit,tunc erit neceſſaria probatio,vt C.de prob. l.ſi.& ff.de pœnis,l.qui ſententiam , & extra de offic. ordinar.c.j.Quòd autem iudex non poſſet quem damnare ſine accuſatore,fallit in charta ſuſpecta,cui fides non fit,vt C.de prob.l.iubemus.Item cum teſtis fraudulenter,& procaciter reſpondet,vt C. de teſtib. nullum.Item in tutore ſuſpecto,vt ff.de ſuſpect.tuto.l.iij §.j.& iij.q.ij.c.quia ea.Item quando maritus excipiendo condemnatur de lenocinio,vt ff. de adult.l.ij.§. ſi publice.Item quando calumniator punitur,vt C.de calum.l.j.Item quando crimen probatur per inquiſitionem, vt ſupra dixi,&.c.qualiter & quando,le.ij. extra de accuſa.Item cum reus deficit in purgatione, vt extra de ſymo.c.de hoc.Item in notorijs, vt d.c.de manifeſta.iuncta glo.

NOTORIVM quandoq̃ per euidentiam facti apparet iudici,& alijs,vt quando eſt factum delictum in præſentia,& conſpectu iudicis pro tribunali ſedentis, & debitum ſui officij exequentis,& aliorum tot,quot ſufficiunt ad notorium,vt decem hominum,vel vltra, in hoc caſu iudex non recuſatur, vt extra de appel.c. propoſuit.tunc nec accuſator,nec libellus denunciationis accuſatorius,vel inquiſitorius,vel litis conteſtatio, vel teſtium examinatio, vel alia probatio eſt neceſſaria:ſed citatur ad ſentẽtiam audiendam,& fertur ſententia in ſcriptis per iudicẽ p̃ tribunali ſedentẽ: quia tunc ordinem iudiciarium non ſeruare eſt ſecundum ordinem iuris procedere,vt c. tua nos,& c.veſtra,extra de cohab.cleric. & mulier.& extra de conſangui. & affinit.c.cum dilectus .Nec in hoc caſu à ſentẽtia lata poterit appellari,vt extra de appel.c.puenit & cap. conſuluit, & c. cum ſpeciali , Nec etiam contra eam ſentẽtiam aliquid probari, vt c.cum ſit Romana,in fi. extra eodem. SED SI IN NOTORIO iudici & alijs reus inficiatur crimen, veluti ſi quis negaret ſe interfeciſſe eum quem ſub oculis iudicis in conſpectu multorum interfecit,hoc quia ſe reum negat,ſine examinatione feriri non poteſt,vt c.Deus omnipotens,§. fi.& c.ſeq.ij.q.j.Sunt tamen ibi caſus in quibus euidẽtia ipſa reũ eſſe teſtatur vt in fornicatore qui ſine examinatione eſt damnandus. REGVLARITER tamen nullus eſt condemnandus niſi iudicio ordinabiliter habito aut cõuincatur,aut reum ſe ipſum confiteatur: verum de illis intelligẽda ſunt quorum crimina ſunt occulta. Cęterum quæ manifeſta ſunt,iudiciarium ordinem non requirunt,vt ij.q.j.c.prohibentur,§. ſi.

IN NOTORIO alijs & non iudici eſt neceſſaria p̃batio & iuris ordo ſeruãdus, vt extra de electio.c.bone, §.licet, & ij.q.j.§. qñ autẽ,& §. ſi,ff.q̃ ſatiſd.cogãt.

l.ſi vero §.qui pro rei qualitate. Quia quantũcunq; ſit notorium alijs,debet tamen eſſe etiam iudici notum, vt xxiij.q.iiij.c.cum quiſq;, & tunc officialis ſiue denũcians auditur ſine inſcriptione vt l.ea quidem,C.de accuſa. Hodie de conſuetudine non vtimur inſcriptione niſi in crimine falſi. Hoc notorium requirit probationem q̃ illud crimen ſit factum in loco publico de die,& tot præſentibus qui faciant crimẽ eſſe notoriũ, vt d.c.bone,§.licet autẽ. IVDEX tamen ſuper hoc notorio poteſt duplici via procedere:ſcilicet per inquiſitionem ex officio ſuo:vt inquirat an dictum crimẽ ſit notorium. Aut poteſt iudex procedere alio hoc crimẽ denunciante & cauſam proſequente & probare volente hoc crimen eſſe notorium:& quocũq; modo procedat eſt ordo iudiciarius obſeruandus:reus vero poterit interrogari an illud crimen commiſerit:& ſi negauerit aut diffiteatur,poterũt teſtes recipi ſine litis cõteſtatione & iurare de calumnia ſeu veritate, quia in talibus iuris ordinem non ſeruare eſt eius ordinẽ peruertere,vt iuribus alleg.& d.c. bone §.licet autem, & d.c.qualiter & quãdo,le.ij.extra de accuſa,vt patet ſupra, quando extraordinarie proceditur per confrontationem teſtium.

SVPRA DE NOTORIO FACTI diximꝰ:nũc de notorio iuris eſt dicẽdũ.

NOTORIVM iuris eſt id crimen de quo quis condemnatus eſt vel in iure confeſſus,vt c.euidentia,extra de accuſ.& ff.de ſtatu hominum,l.ingenuũ,ff.de re. iuris l.Res iudicata, dummodo in iure confeſſus perſeueret in ſua confeſſione facta ſine formidine tormentorum poſt diem & noctem, aliàs autem nõ, vt ff.de quæſtio.l.j.§.quęſtio. NOTORIVM etiam iuris poteſt dici illud crimen quod eſt probatum per teſtes,ita q̃ eo poſſit ſequi cõdẽnatio,vt l.fi.C. de prob. & C.de re iudic.l.geſta.Contra autẽ notoriũ iuris admittitur probatio in contrarium ſi negetur& in dubiũ reuocetur,& quis appellans auditur,vt extra de appel. c.cum ſit Romana,§.ſinautem,lib.vj.

NVNC DE NOTORIO PRÆSVMptionis eſt dicendum.

NOTORIVM præſumptionis eſt euidẽtia iuris vehementis præſumpta,vt eſt paternitas vel filiatio:vt quãdo maritꝰ & vxor vocant aliquem infantem in filium ſuum, tunc eſt pręſumptio iuris q̃ ſit filius eorũ, vt extra de prob.c.per tuas,& extra qui filij ſint legit. c.tranſmiſſę.Quia filius eſt is quem nuptię demõſtrãt. vt ff. de in ius vocand.l. quia ſemper,& ff. de his qui ſunt ſui vel alieni iur. l.filium.Et ideo vbi aliquis habitus publice pro filio alicuius,ibi nõ requiritur aliquis ordo iuris,vt extra de filijs preſbyt.c.Michael,& cap. qm̃.Quòd enim aliquis ſit alterius filius nõ poteſt vere p̃bari vt ff.de cõd. & demõſt.l.Lucius.ſed potius p̃ pręſumptiones,vt ibidem.Item cõſanguinitas eſt notoria iuris præſumptione vel etiam præſumptiue,vt extra de diuort.c. porrò,§.j. & iſta probationem non exigunt,vt c.euidentia,extra de accuſ.

TRACTATVS DE PŒNIS.

VBI IGITVR ex probatione vel confeſſione notorium crimen habetur.Eſt modus in irrogandis pœnis exquirendus ſecũdum delictorum qualitatem.quia diuerſitas factorum exigit diuerſitatem pœnarũ, l.ſi ſeruus ,ff.ad leg.aquil.

NATVRAE itaque congruũ eſt eas tantum modo pœnas exigi,quæ vel cum competenti moderamine proferuntur,vel à legibus certo fine concluſę ſtatuuntur l.vnica, C. de ſentent. quæ pro eo, quod inter. profer.Et quando pœna habet certos fines ex qualitate p̃bationũ nũq̃ poteſt exaggerari pœna, vt, l. generaliter,in princ.Vbi eſt tex.not.ff.de decurio.Nec poteſt iudex imponere noua genera pœnarum,quia non debet recedere à pœnis à iure & conſuetudine inductis, per l.moris,§. ſed enim ſciendum,& l. capitaliũ, §.maiores,ff.de pœnis.Nam pœnę perſecutio non voluntati iudicis mandatur: ſed legis auctoritati reſeruatur,vt l.j.§.j.in fi.ff.ad turpil.& ff.ad municipal.l.ordine. ij. reſpõ.& in c.ſi quem pœnituerit,ij.q.iij. Hoc enim eſt verũ q̃ iudex non poteſt augere vel minuere pœnam à iure ſtatutam,niſi ſubſit aliqua cauſa & cauſę cognitio . Sed vbi ſubeſt ratio & cauſa cognita,iudex poterit augere vel minuere pœnam in ſententia, vt l.hodie,ff.de pœnis. Iudex igitur certis rationibus motus mitiorem ſententiam dicere poteſt vt l. & ſi ſeuerior,C.ex quib.cauſ.infa. irrog. Exemplum enim eſt,cum quis inſtrumenta penes ſe depoſita aduerſario meo prodidit & inſpicienda exhibuit, deportari & infamari debet in perpetuũ,vt ff. de pœnis,l. ſiquis aliquid,§. inſtrumenta,& ff. ad leg.cor. de falſ.l.j.§.is qui . Attamen propter ætatem magnam vel paruã poteſt iudex mitigare pœnã , vt ff.de mino.l.auxiliũ, §.in delictis,& ff.de termi. mot.l. ij. Nam impuberes qui non ſunt doli capaces à pœna excuſantur,hi enim pati iniuriam ſolent & non facere. Cum enim iniuria ex affectu faciẽtis conſiſtat, conſequens eſt dicere his ſiue pulſent ſiue conuicium dicant,iniuriam feciſſe nõ videntur.Itaque pati quis iniuriam (etiam ſi non ſentiat) poteſt , facere vero nemo niſi qui ſcit ſe iniuriam facere,etiam ſi neſciat cui faciat.Et ideo delicta ab ijſdem facta ad pœnam imputanda non ſunt,vt c. illud relatum,xv.q.j.Ergo ſi infans vel furioſus homi nem occiderit,l.cor.de ſicar.non tenetur , cum alterũ innocentia conſilij tuetur & alterum fati infœlicitas excuſ.l.infans,ff.ad leg.cor.de ſicar.Itẽ habetur ratio iuuentutis,vt xxxiij.q.ij.c.in adoleſcentia, & l.d. diſt. c.pœnitẽtes , ratione etiam ſenectutis iudex mitiorẽ ſentẽtiã dicere poteſt, vt c. tanta nequitia lxxxvj.diſt. vbi dicitur,Quanto morti vicinior efficeris, tanto ſollicitior atq; timidior eſſe debes , & quidem pœnę ſen-

tentia inde fuerat iaculanda: ſed quia ſimplicitatem tuam cũ ſenectute cognouimus, interim tacemus: eos vero quorum conſilio hoc egiſti in duobus menſibus excommunicatos eſſe decreuimus, neque ſimplicitati tuæ neq; vlterius ſenectuti parcamus. Et xxvj.q.vij. c.hoc ſit, & c.tempora. Item habetur etiam ratio nobilitatis, vt xlj.diſt.c.non cogantur. Item paupertatis, vt extra de ſententia exco.c. quod de his, & c. fi. Item etiam inimicitiarum, vt extra eodem, de ſententia ex co.c.de cętero hæc, glo.in d.c.tẽpora xxvj.q.vij. Item parcitur etiam ſimplicitati, vt de conſecra.diſt.ij.c.iij. & extra de rer.permut.c.cumvniuerſorum. EX PERSONA etiam mitiorem ſententiam dicere poteſt, vt xxiiij.q.j.c.qui contra. Maiores ſiquidem minori ſupplicio puniri debẽt, & ſeuerius ſerui q̃ liberi, famoſi q̃ integri ſtatus l.capitalium, §.fi.ff.de pœnis. Et ideo perſona dupliciter ſpectatur, eius qui fecit, & eius qui paſſus eſt. Aliter enim punitur qui quid in parentem dominúmve auſus eſt q̃ qui in extraneũ. In magiſtratũ q̃ in priuatum, vt l.aut facta, ff.de pœnis, & l.prętor. §. fiñ.ff.de iniur. Et ſic diuerſitas perſonarum exigit diuerſitatem pœnarum, augetúrque delictum dignitate, gradu, ſpeciéq; militię, l.ij.in fi.ff.de re milit. Et ſecundum gradum dignitatis vitęque honeſtatem, augetur aut minuitur pœnę æſtimatio: qui gradus cõdemnationis non immerito ſeruatur, vt aliud in viliſſimo, & cõpedito, aliud in medij actus homine ius æſtimationis cõſtituatur, vt §.pœna autem, Inſti. de iniur. Dementes quoq; & famoſi à pœna excuſantur, hi enim pati iniuriam ſolent & non facere, d.c.relatum, xv.q.j. Scimus enim aliquos ſubito dementes factos, ferro, fuſte, lapidibus, & morſibus, multis nocuiſſe, quoſdam etiam occidiſſe, captos autẽ induſtria & indicijs oblatos minime reos factos, eo q̃ nõ voluntate, ſed impellente vi neſcio qua hæc geſſerunt neſcientes. Quomodo enim reus conſtituitur qui neſcit quod fecerit, vt c.aliquos ſcimus, & c.illa cauenda, xv.q.j. Satis enim ſuo furore puniuntur, l.diuus, ff.de offic.pręſid. Satius arbitramur quamlibet interim infirmitatem ad pœnã peccati, quàm ad ipſum pertinere peccatum, cui magis conſulendum eſt, & compatiendum quàm puniendum vel etiam aliquo modo feriendum, vt iij.q.ix.c. indicas. Obuiam tamen eundum eſt per præſidẽ prouinciæ vt hi per neceſſarios, ſcilicet amicos, affines & conſanguineos contineantur. q̃ ſi minime poſſunt per eoſdem contineri, carcere contineri debent, vt l.congruit, §.furioſi, ff.de offic.præſid. Nec ad hoc ſolum furioſis cuſtos adhibeť cognatus aut affinis, ne quid perniciosius ipſi furioſi in ſe moliantur, ſed ne alijs quoq; exitio ſint, qđ ſi obmittatur, nõ immerito culpę eorũ aſcribendum eſt, qui negligentiores in officio ſuo fuerint: quoniam tam ad pœnam quàm ad tutelam furioſi, & ſecuritatẽ proximorum cuſtodia pertinet. Si vero vt plerumq; aſſolet interuallis quibuſdam furioſus ſanior ſenſu efficiatur, & eo momento ſcelus admiſerit: morbo eius non eſt danda venia, ſed ſecũdum facinoris immanitatem ſupplicio afficiendus eſt, d.l.diuus, ff. de offic.præſid. Ratione etiam ſcandali iudex mitiorem ſententiam dicere poteſt, quia propter ſcãdalum & tumultum aliqua poſtponuntur & fiunt quę aliter non fierent, vt c. de his vero, l.diſt. & c. placuit, diſt.j. & ij..q.j.c.in primis.

EX CAVSA etiam poteſt moderari vel exaggerari pœna. Quo ad primum detrahendũ eſt aliquid ſeueritati, vt maioribus ſanandis malis charitas ſincera ſubueniat, vt c.vt conſtitueretur, in fi.l.diſt. Quo ad ſecundum nonnunquã euenit, vt aliquorum maleficiorum ſupplicia exacerbentur, quoties minimum multis graſſantibus perſonis exemplo opus ſit, vt l. aut facta §.fi.ff.de pœnis. Alia eſt inſpicienda cauſa, vt in verberibus quæ impunita ſunt à magiſtro illata vel parente, quoniam emendationis non iniurię gratia videntur adhiberi, vt l.reſpiciẽdum, §.furta domeſtica, ff.de pœnis, & d.l.aut facta, eodẽ. quod potius in pietate quàm attrocitate conſiſtit, vt glo.in l.vnica, C.de emend.propinq. Quòd ſi atrocitas facti, ius domeſticę emẽdationis excedat, placet enormis delicti reos dedi iudicis notioni. d.l.vnica, C.de emend.propinq. PŒNA etiã minuitur cum quis deliquit ſine dolo, vt ff.de pœnis, l. reſpiciendum, §.delinquit, & l.abſentem, §. fi. eodem. Aut quia delinquens dicit ſe commilitonem & militem Reipublicę, vt ff.de re milita.l. non omnes, §. fiñ. Aut quia nõ dolo ſed laſciuia homicidium fecit, vt ff. ad l.cornel.de ſicar.l.in lege, & ff.ad leg. cor.de falſ. l.falſi, j.§.ordine. QVANTITAS etiã attẽditur, ſi ſit delictũ enorme vel mediocre, diſcernitur eñ fur ab abigeo, nam qui vnũ ſuẽ ſurripuit, vt fur coercebiť, vt ff. de furt. per totum. Qui gregem vt abigeus, vt ff. de abigeis, l. fi. & gladio damnari ſolet, vt l.j.ff.eodẽ. QVALITAS itidem ſpectať, vt quãdo factum vel atrocius vel leuius eſt, vt furta manifeſta à non manifeſtis diſcerni ſolent. Rixę à graſſaturis, expilatiões à furtis, à violentia petulantia, d.l.aut facta, ff.de pœnis. Atrociora ſiquidem ſunt delicta quæ proueniũt ex animo, ſiue delictum ſit priuatũ ſine publicum, vt glo. in l.auxilium, §.in delictis, ff. de minor. SEXVS pariter. nam viri ſunt grauius de delicto puniendi adulteri, quàm mulieres, cum tanto grauius eos puniri oporteat, quanto magis ad eos pertinet & virtute vincere, & exẽplo regere fœminas, vt xxxij.q. v.c. indignatur. LOCVS facit vt idem vel furtum vel ſacrilegium & furtum ſit & capite luendum vel minore ſupplicio, d. l.aut facta, ff.de pœnis, locus vel magnitudo etiã vulneris atrocitatem facit, veluti oculo vel orę percuſſo, vt l.vulneris, & l.ſeq.ff.de pœnis, & l.prætor, §.fi.ff.de iniur. &, §.atrox.Inſti.eodẽ. TEMPVS diſcernit eman ſorem à furtiuo deſertore, effractorem vel furem diurnum à nocturuo. Nam atrociores ſunt nocturni effractores, & ideo hi fuſtibus cęſi in metallum damnari ſolẽt. Diurni vero effractores poſt fuſtium caſtigationem in opus perpetuũ vel tẽporarium dandi ſunt, vt l.in effractores, ff.de effracto. & l.j. & ij.ff.de fur.balnea. Idem atrocior fit iniuria ſi in ludis & in conſpectu facta fuerit. Nam in prætoris præſentia facta iniuria atrocior fit quàm ſi in ſolitudine, d.l.prætor, §.fi. ff.de iniur. EVENTVS quoq; ſpectatur à dementiſſimo facta, quãquã lex non minus eum qui occidendi hominis cauſa cum telo ambulauerit, q̃ eum qui occi-

derit puniat: Et ideo apud Græcos exilio voluntario ad arbitrium iudicis fortuiti caſus luebantur,d.l. aut facta.IVDICES ergo in imponendis pœnis attende re debent circunſtantias ex quibus augetur vel minui tur delictum,ſcilicet ætatem,perſonam,cauſam, quã titratem,qualitatem,ſexum, locum,tempus,& euentũ. Cum idem exceſſus magis ſit in vno quàm in alio pu niendus,vt c. ſicut dignũ,extra de homicid. & d.l.aut facta,ff.de pœnis.NON TANTVM quoq; poteſt au geri vel minui pœna in ſentẽtia in extraordinarijs cri minibus,ſed etiam in publicis iudicijs & ordinarijs,vt ff.de pœnis,l. reſpiciendum, in princ. & d. l. aut fa cta §. finã. & ff.ad leg.Cornel.de falſ.l. antepe. & in l. quid ergo,§ pœna grauior,in glo.ibi,ſed quomodo po teſt,ff.de his qui not. infa. & glo.in d.l. & ſi ſeuerior, C.ex quib.cauſ.irrog.infa.Sed quęrit glo.in d.§.pœna grauior, quõ põt iudex in extraordinarijs criminibus augere vel minuere pœnam,cum nulla ſit per legẽ ſtatuta certa pœna?Reſpõ. q̃ debemus referre nos ad quod fieri ſolet de tali crimine ex conſuetudine,qđ cũ exceſſeris dicaris augere vel minuere, vt arg.ff.de dãno infect.l.ſi finita,§.j.& arg.l.ſemper in ſtipulationibus,ff.de regul.iur.HODIE ſiquidem de conſuetudine & ſtatuto regni Frãciæ pœnę criminales ſunt in arbitrio iudicantis,ita q̃ iudex poteſt ſuũ arbitrium extendere vſq; ad mortem incluſiue,vt glo.in §.in ſumma.Inſti.de iniur.penſata tamen & attenta facti qualitate & perſonarum conditione, ne quid aut durius aut remiſſius conſtituatur quàm cauſa poſtulet,vt l.pedius,§.j.& fi.ff.de incend.rui.& naufra.

TRACTATVS PŒNARVM MORTIS.

AT QVIA prout ſupra diximꝰ diuerſitas factorum exigit diuerſitatem pœnarũ,l. ſi ſeruus, ff.ad leg.aquil.ideo colligendi ſunt caſus, in quibus per legem imponitur pœna mortis,& caſus,quibus citra ademptionem vitæ pœnę veniunt infligendę. Præmittendum eſt igitur q̃ delicta quattuor modis committuntur, ſcilicet facto,dicto,conſilio & ſcriptura:vt ff.de actio. & oblig.l.ex maleficijs,& l.aut facta, ff.de pœnis, & in quolibet reperiuntur caſus mortis, vt patet.

QVI chriſtianum odio nominis chriſtiani lapidat mox flammis dedendus eſt,& cum omnibus ſuis participibus concremandus,l.ij.C.de Iudæis.

QVI maius ſacrilegium faciũt,aut viui exuruntur, aut in furcas ſuſpenduntur.vt l.ſacrilegij,ff.ad leg.Iul. pecul.

QVI virginem maxime deo dedicatam,vel vxorẽ alterius rapit,& qui ei auxilium,inuaſionis tẽpore prębuerit:mortis damnãtur ſupplicio,l.vnica, C.de rapt. virg.

QVI idolis ſacrificat,gladio vltore ſternitur: facultates perempti vendicantur fiſco,vt l.j. C. de paga. & ſarra.

QVI officia diuina doloſẽ turbauit, capitali ſupplicio punitur.vt l.ſiquis in hoc genus ſacrileg.C.de epiſc.& cleric.

QVI cõtra naturam luxuriatur,gladio vltore exquiſitis ſubditur pœnis,l.fœdiſſimam,& l. cum vir nubit in fœminam,C.ad leg.Iul.de adult.

QVI ſcienter rebaptiſauit vltimo ſupplicio percelitur,vt l.ij. C.ne ſanctum baptiſ.itere.

QVI in ſilice ſignum crucis in vilipendiũ diuini numinis ſculpit pœna mortis mulctat, l.vnica, C.nemi. lic.ſign.ſaluato.

QVI emit muricem,& tingit purpuram,fortunarũ ſuarum,& capitis ſubibit diſcrimen,l.j.C.quæ res vendi non poſſ.

QVI muros violat capite punitur, vt l.fi.ff.de rerũ diuiſ.

QVI frumentum exercitus lucrifacit capitali pœnæ ſubditur,vt l.iij.C.quæ res vend.non poſſ.

QVI monetam falſificauit flammarum exuſtionibꝰ mancipatur,l.ij.C.de falſ.monet.& l.j.eodem.

QVI actor rerum priuatarum vel caſtaldio vel procurator Cæſaris ſubiectum deprædauit,viuus publice concrematur,vt l.vniuerſi,C.vbi cauſæ fiſc.

MVLIER quæ ſe animali bruto ſubiecit, interficitur vnà cum bruto,vt xv.q.j.c.mulier.

QVI in ciuitate vel oppido incẽdium facit, vinctus, verberatus igni necari iubetur,ſi modo ſciens prudẽſq; id commiſerit. Si vero caſu, id eſt negligentia:aut noxam ſarcire iubetur,aut ſi minus idoneus ſit,leuius caſtigatur,vt l.qui ædes,ff.de incend.rui. & nauf. & l. capitalium,§.nonnunquã,& §.fi.ff.de pœnis.

QVI ad hoſtes confugit & eis cõſilium manifeſtat, aut viuus exuritur,aut furca ſuſpenditur,vt l.ſi quis aliquid,§.j.ff.de pœnis.

QVI fautores ſeditionis, id eſt tradimenti fuerint, in furcam tollũtur, aut pro qualitate dignitatis in inſulã deportãtur,vt d.l.ſi quis,§.auctores,ff.de pœnis.

QVI prouocat tumultum & clamorẽ in populo cridando viuat,vel moriatur,debet mori pœna ſeditionis,vt l.ij.C. de ſeditio.& l. qui cœtu,ff.ad leg. Iul.de vi public.

QVI proditor fuerit patriæ capitali ſupplicio animaduertitur,vt l.fallaciter,§.fi.C.de abolit.

LATRO in inſula vel nemore vel in frequentatis itineribus deprædans capite punietur,vt l.capitalium, §.graſſatores,ff.de pœnis.

Plebeij liberi & humiles perſonę,ſerui quoq; qui ſaluti dominorum ſuorum inſidiati fuerint,igni concremantur,vt d.l.capitalium,§.igni.

PVBLICVS & famoſus fur in illo loco in quo furatus eſt furca figendus eſt,vt d.l.capitalium,§. famoſos,& Bal.in c.j.§.iniuria,verſic.ſeu furtum,de pace iuramento firmand.in vſib.feud.vbi etiam enumerat alios caſus quibus quis venit laqueo ſeu furca ſuſpendendus.

PRODITOR principis vel conſpirans in eum vel in dominum ſuum,temporalem,vel ſpiritualem iuriſditionem habentem, puto comitem, epiſcopum, vel baronem,cui ſubeſt, vt maieſtatis reus vel quaſi, gla-

dio feritur,omnibus eius bonis fiſco additis,& eadem ſeueritate voluntatē ſceleris,qua effectum puniri iura voluerunt,vt l.quiſquis,C.ad leg.Iul.maieſt.

HOMICIDA parentum, inſutus culeo cum gallo gallinaceo,& vipera,& ſimia,& inter eas ferales angu ſtias comprehenſus ſerpentium contubernijs miſcea tur,vel in vicinum mare,vel in amnem proijciatur,vt omni elementorum vſu viuus carere incipiat:& ei cæ lū ſuperſtiti,terra mortuo,auferatur,l. vnica,C.de his qui parent.vel liber.occid.

HOMICIDA quicūq; quod fecit expectet, l. nemo deinceps,C.de epiſ.audient.& l.eiuſdem,§.legis,ver. ſed ſolent,ff.ad leg.cor.de ſicar.

QVI pacem iuramento firmatam frangit occiden do vel vulnerando, capitalem ſubire debet ſenten tiam.vt cap.primo,§.ſiquis hominem de pace tenen. & eius violat.In vſib.feud.

SERVVS qui cum domina concubuit, debet com buri, & domina decapitari, vt leg.vna, C. de mulier. quæ ſeruis propr.ſe iunxe.

QVI adulterium committit reus eſt mortis,nam ſa crilegos nuptiarum gladio puniri oportet l.q̄uis adul terij,la.ij.C.ad leg.Iul.de adult.

QVI eam cuius tutor eſt corrumpit deportatur,& eius bona fiſco confiſcantur :q̄uis eam pœnam debue rit ſuſtinere quam raptori leges imponunt, l. vnica, C.ſi quis eam cuius tutor &c.

QVI manus ſibi infert nec factum peregit(niſi im patientia doloris,tędio vitæ,furore aut morbi luctuſ ve alicuius, vel alia cauſa fuerit) capite puniendus eſt, l.ſi quis, §.fi.ff.de pœnis,& l.omne delictum, §.qui ſe vulnerauerit,ff.de re milita.

MILES turbator pacis capite punitur,l.ſi.§.fi.ff.de re milit.

QVI fulcit hoſtes vel vendit eis arma, capitalem pœnam ſubire debet, bonis eius vniuerſis protinus fi ſco adiectis,l. nemo alienigenis, C. quæ res export. non deb.

PVELLAM tenens in proſtibulo nouiſſimum ſuſti nebit ſupplicium vt occidatur, vt in auten.de leno. §. præconizamus,col.iij.

QVI homines caſtrat capite punitur, vt lege.j.C. de eunuchis.

QVI effracto carcere fugit capite punitur,vt l.mili tes agrū,§.eius fugam,ver.eum tamen qui carcere,ff. de re milit.&.l.j.ff.de effracto.q; ſi per negligentiam cuſtodum euaſerint,mitius puniuntur,vt ibidem.

MILES cuſtos qui captiuum dimiſit capite puni tur:eadem pœna tenetur, qui eum quem cuſtodiebat deſeruit,vt d.l.ſi quis,§.miles,ff.de re milit.

COMMENTARIENSIS qui reum mortis euade re permiſit ſubit ſupplicium quod qui fugit eſſet ſu bituruſ,vt C.de cuſto. reo.l.ad commentarienſem.

QVI priuatum carcerem facit tanq̄ ipſius maieſta tis violator vltimo ſubiungendus eſt ſupplicio, l.vni ca,C.de priuat.carce.inhib.

QVI ſua auctoritate erigit furcas,vel cū ſit priuatus vtitur imperio,vel inſignia,ſeu repræſentantia magi ſtratum gerit,quia iſtud eſt crimē læſæ maieſtatis,ca pite punitur,vt l.iij.ff.ad leg.Iuli.maieſt.&,ff.de falſ.l. eos,§.qui ſe.

MILES qui ſocium commilitonē, ferit.i.ferro per cutit(nam ferire proprie eſt cum ferro)caput amittit, vt d.l.omne delictum,§.qui ſe,ff.de re milita.

QVI Præpoſito,vel duci,vel poteſtati,vel capitaneo illius terræ manus intulit,capite puniendus eſt,d l.om ne delictum,§.qui manus.

IVDEX qui ſubſtraxit publicam pecuniam capitali animaduerſione plectitur,vt Inſt.de pub.iud.§.Item lex Iulia.

MILES qui fugit in bello integra acie, capite ple ctendus eſt, d.l.omne delictum,§.qui in acie,ff.de re milit.

QVI prægnantē mulierem necat,ſummo ſupplicio afficitur,d.l.ſi quis aliqd,§. q abortionis,ff.de pœnis.

QVI duos vel plures occidit,arg.eiuſd.§.

AGGRESSVRAE & violentiæ autor vbi cædes fa cta eſt capitale ſupplicium excipiet,vt l.quoniam mul ta facinora,C.ad leg.Iul.de vi.publ.

MVSELLANTES vel receptantes bucellarios ſci licet latrones qui à minimis inceperunt,puta à bucel la panis, vel verius quia ponunt in ore captorum li gnum vt non clament:capitali ſupplicio ferientur.vt l.ſi.C.eod.ad leg.Iul.de vi.

MILES qui ne pugnet languorem ſimulat,cōtuma cia etiam in milite capite punitur, d.l.omne,§. contu macia,ff.de re milita.

IVDEX qui matrem fa. in publicum vocat,capitali pœna plectetur.vt l.j.C.de offic.diuerſ.iudic.

QVI Nili aggeres.i.ripas deſtruit, vel in ciuitati bus maris, vt Ianuæ & Venetijs cluſas publicas de ſtruit:quia idem exitus ibi ſequitur qui in Aegypto de aggeribus Nili, flammis conſumitur & concrematur, & eius participes ſine ſpe veniæ deportantur, l.vna, C.de Nili aggeri.non rumpend.

QVI latrones receptant vel alios inſignes reos,capi tali ſupplicio damnabuntur, vt l.ſi.C.ad leg.Iul. de vi publ.& l.j.& ij.C.de his qui latro.occul.

QVI furantur pueros alienos,gladio conſumuntur, vt C.ad leg.flauiam de plagia.l.ſi.

QVI inuadunt caſtra,ciuitates vel oppida,vt rei ma ieſtatis decapitantur,vt l.j.§.qui armati,& in ver.locā ve occupentur, & l.eorum, in glo.eod.

QVI permittit venire hoſtes quos ratione officij debet prohibere,viuus comburitur,l.ſi quis barbaris, de re milita.lib.xij.C.

QVI facit vaſtum in vineis vel campis de nocte,à quolibet impune occiditur,l.j.C.vt liceat vnicuiq; ſine iudi.ſe vindic.

QVI abſtrahit aliquem de religione,puta rapientes nouicios à fratribus,capite punitur,vt l.eū,C.de apo.

ET vt tandem cum illo Vergil.loquar in cæteris de lictis & pœnis:

Non mihi ſi linguæ centum ſint, oráq; centum,
Ferrea vox,omnes ſcelerum comprehendere formas,
Omnia pœnarum percurrere nomina poſſem.

Iure autem diuino caſus quibus quis condemnetur ad mortem Leuitici xxj.c.

TRACTAT. PŒNARVM CITRA MORTEM.

PRAETER pœnarũ ſupradicta genera, ſunt nonnulla alia quibus citra ademptionem vitæ, præſides afficere quenq; noxiũ poſſunt. Et ſunt pœnæ quidem quæ ſeruitutem inſungunt aut ciuitatem auferunt, aut exiliũ, aut corporis coercionem continent, veluti fuſtium admonitio, flagellorum caſtigatio, vinculorũ verberatio, aut damnũ pecuniarium cũ infamia, aut dignitatis alicuius depoſitionem, aut alicuius actus prohibitionem continent, vt l. ſi quis forte, §. fi. cum duabus legibus ſeq. ff. de pœnis. Et nota q; pœnæ pſonales ſcilicet amiſſiones vitę & mẽbri requirunt actum conſummatum. Sed pœnæ minores, vt hę quæ ſequuntur, non requirunt actum conſummatum, ſed inchoatum, vt ff. de extraord. crimi. l. j. §. qui puero, vbi dicitur, perfecto flagitio punitur capite, imperfecto deportatur, vt ſupradictum eſt.

PRIMA pœna eſt ſeruitutis iniunctio quæ adimit libertatem, vt puta ſi quis in metallum vel in opus metalli damnetur, vt l. aut damnum, §. eſt pœna, ff. de pœnis. Cuius pœnę loco ſolent hodie de conſuetudine dãnari in perpetuum remigium marinum vel ad tempus. ſicut pluries feci ſecũdum criminum qualitatem, vt ſolent illi qui nondum viri potentes virgines corrumpunt, aut qui abortionis aut amatorium poculum dant, aut qui viui teſtamentum aperuerit, recitauerit, aut ſiquis inſtrumentum litis à procuratore aduerſario proditum eſſe conuicerit, aut quicunq; inſtrumenta penes ſe depoſita alteri altero abſente reddiderit vel aduerſario prodiderit, humiliores enim ad metallum dãnantur, honeſtiores verò deportantur, l. ſi quis aliquid, §. qui nondum vſque ad, §. iudices, ff. de pœnis.

SECVNDA pœna ſcilicet ablatio ciuitatis conſiſtit his proximis caſibus ſupradictis, vt d. l. ſi quis aliquid, & l. quidam, ff. de pœnis.

TERTIA pœna eſt exilium qua damnantur hi qui vulgo ſe iuuenes appellantes in quibuſdam ciuitatibus turbulentis ſe acclamationibus accommodant, ſi ſemel correcti in eiſdem deprehendantur, vt l. capitalium, §. ſolent, ff. de pœnis, & l. exilium, ff. de interdictis & releg. vbi dicitur q; triplex eſt exilium: ſcilicet aut cęterorum locorũ interdictio, aut lata fuga, vt omnium locorum interdictio præter certum locum, aut inſulæ vinculum, id eſt relegatio in inſulam vbi non ſtat cum hominibus. Sed exilium proprie dicitur deportatio, improprie autem relegatio, vt glo. in d. l. exilium. Et ſic eſt capitalis damnatio vbi mors vel ciuitatis amiſſio vel ſeruitutis impoſitio ſequitur, vt l. rei capitalis, ff. de pœnis.

QVARTA pœna eſt coercio corporis qua coercẽtur hi qui ſemel tãtũ ſe turbulentis acclamationibus accõmodauerunt, nam fuſtibus cęſi dimittuntur, vt d. l. capitalium, §. ſolent, ff. de pœnis. Fures etiam pro primo furto fuſtibus caſtigantur, vt in auteñ. ſed nouoiure, C. de ſeruis fugit. Aut cuius negligentia incendiũ factum fuerit, fuſtibus caſtigatur, l. qui ædes, ff. de incend. rui. & naufra. ſiquis iniuria commiſerit aliquid. Nam ſerui flagellis cæſi dominis reſtituuntur, liberi verò humilioris quidem loci fuſtibus ſubijciuntur, cæteri verò vel exilio temporali, vel interdictione rei certæ coercentur, vt l. ſi. ff. de iniur. Et generaliter ij quibus obijciuntur leuia delicta ſi liberi, fuſtibus caſtigantur: ſi ſerui, flagellis. vt l. leuia, ff. de accuſa. dicuntur autem leuia crimina quæ ſunt priuata, vt glo. ibidem, ſicuti crimen legis Iuliæ de annona, & crimen de nauibus ſubmerſis, vt C. de naufra. l. de ſubmerſis, & crimen abigeatus, vt C. de abigeis, vel cognitio cuſtodum. l. vnius, §. fi. Et de his criminib⁹ poteſt iudex cognoſcere & diſcutere ſummarie & de plano non ſedendo pro tribunali, vt glo. in d. l. leuia, & l. vnius, §. fi. ff. de quæſtio. & in auteñ. de mandat. princ. §. ſit tibi, & Exodi xxij.

QVINTA pœna eſt vinculorum verberatio, quæ imponitur ei qui imaginem Cæſaris in inuidiam alterius prætulit: in vincula enim publica coerceri diuus Pius reſcripſit, vt d. l. capitalium, §. eúmq; qui, ff. de pœnis.

SEXTA pœna eſt damnum pecuniarium cum infamia, quod quis incurrit quando eſt condemnatus actione famoſa, ſcilicet iniuriarum. vt l. decuriones, §. verum, C. ex quib. cauſ. infa. & ff. eodem, de his qui not. infa. l. j. Nam condemnatus crimine iniuriarum incurrit infamiam, vt glo. in d. §. verum allegat. l. infamem. ff. de public. iudic. vbi dicitur q; ex eo crimine quod publici iudicij non fuit, damnatum infamia non ſequitur: niſi id crimen ex ea actione fuit quæ etiam in priuato iudicio infamiam condemnato importat, veluti furti, vi bonorum raptorum. & iniuriarum. Sed quærit glo. ibi an condemnatus criminaliter de crimine priuato ſit infamis? Et dicit ſi eſt ciuilis actio quæ ex eo crimine deſcendit, infamat: vt furti ciuilis, & vi bonorum raptorum, & de dolo, quæ infamant, vt Inſti. de pœna teme. litig. §. ex quibuſdam, vbi dicit textus, q; his non ſolum damnati notantur infamia, ſed & is q pactus fuerit p̃cio æris ſine iuſſu prætoris, vt ff. de his qui not. infa. l. in actionibus, & l. furti, §. pactus, eodem. quoniam intelligitur confiteri crimen qui paciſcitur, vt l. athletas, §. fiñ. & l. ſeq. ff. de his qui not. infa. Si autem agitur criminaliter, infamatus condemnatur, vt d. l. infamem, ff. de pub. iud. ſi autem ciuilis actio, non infamat, vt contraria pignoratitia. nam nulla contrarietas infamat. vt ff. de his qui not. infa. l. furti, §. contraria. Ratione autem calumniæ non erroris, pœna infamiæ imponitur, vt l. ea quæ, & l. ſeq. ff. de his qui not. infa.

SEPTIMA pœna eſt alicuius dignitatis depoſitio, quã patiũtur iudices qui ſe furtis & ſceleribus fuerint maculaſſe conuicti, ablatione codicillorum, inſignibus, & honore exuti, inter peſſimos quoſq; habentur, nec ſibi de eo honore poſthac blandiri poſſunt, quo ſeipſos indignos eſſe iudicauerunt, vt l. iudices, de dignit. lib. xij. C. Pedanei etiam iudices vel ordinarij ſi pecunia eſſe corrupti dicañ, plerũq; à præſide à curia ſubmouenť, aut ĩ exiliũ mittũtur, aut ad tẽp⁹ relegañ,

vt l. ſi q̃s aliquid,§.iudices,ff.de pœnis. Similiterq; iudicem corruperit corrumpendúmve curauerit,iudex etiam qui conſtitutiones principum neglexerit, pœna legis cornelię de falſis tenetur,vt l.j.§.& qui iudicem, ff.ad leg.cor.de falſ.Cuius pœna eſt deportatio & omnium bonorum publicatio,vt in d.l.j.§.fi.Nec etiam toleranda ſunt quæ ab inſolertia iudicum ſunt reperta, vel à peruerſis aut iratis iudicibus ſunt acta, l nemo carcerẽ,de exacto. tribut.lib.x.C. maxime vbi eſt cõtemptus legum vel iudiciorum ſuperiorum,vt c.j.extra de poſtula.præla. & l.pe.& fiñ.& l,vellera,de veſtib,oloberis,lib,xj.C.

OCTAVA pœna eſt prohibitio alicuius actus,quę ſolet fieri quando præſides aduocationibus interdicunt aut in perpetuum, aut ad tempus,vel ad annum. Solet ita viris ſtudioſis interdici vel aduocatis, vel tabellionibus,ſiue pragmaticis,vt l.moris,ff. de pœnis, maxime quando ſunt præuaricatores, ſcilicet quia diuerſam partem adiuuant prodita cauſa ſua. Et etiam extraordinarie puniuntur, vt l.j.& ij.ff.de pręuaricat. Sunt etiam alij quibus negotiatio interdicitur, & eis prohibetur ad conductionem eorum quæ publice locantur accedere,vt d.l.moris,§. ſunt autem,ff. de pœnis.Sicut ſolet fieri his qui coemptas merces ſupprimunt,vel qui locupletiores ſunt,qui fructus ſuos ęquis pretijs vẽdere nolunt,dũ minus vberes prouentus expectant,vt annona oneretur, & his aut negotiatio tm̃ interdicitur, aut interdum relegantur, vt l.annonam, ff.de extraord.crimi.Pœna autem extraordinaria dicitur ideo quia à iure non eſt introducta,ſed iudex ex bono & æquo arbitratur quid facto opus ſit vſq; ad pœnam capitis,vt l.ſaccularij,§.ſunt quædam,ff.de extraord.crimi.interdicitur etiam alicui ne certis perſonis adſit, vt d.l.moris in princ.Vt puta ſiquis ei quem ſuſpectum habet de ſua vxore ter in ſcriptis denuncia uerit ſub præſentia trium teſtium fide dignorum. Et ſi poſt inueniat eum conuenientem vxori ſuæ in domo ſua, vel vxoris, vel adulteri, vel in popina ſiue in prouincia aut in ſuburbanis, ſine periculo eum perimet,vel poteſt eum tradere iudici, qui nulla alia ratione quæſita habet puniendi licentiam, ſecundum pœnam à lege impoſitam vel extraordinariam, vt in auteñ. ſiquis, C. ad leg. Iul. de adult. de vi autem denuntiationis ſunt tex. in l.ſi fundum,ff. de rei vendic.& l.ait prætor,§.ſiquis,ff.quæ in fraud.credit.

CAETERAE autem pœnę pecuniariæ ad æſtimationem ſpectabilium iudicum erga eorum perſonas quos culpa reddit obnoxios vſq; ad tres auri vncias ſpectant.Nec putent iudices facile eſſe,vt aut præcipiti perſuaſione condemnent quem culpa non ingrauat, aut erubeſcẽda varietate iudicij pro arbitrio proprio immutandum eſſe quod lex iuſſerit, niſi paupertas cõdẽnati hoc perſuaſerit,vt l.ſi.C.de modo mulct. Nullus autẽ ignoret multarũ ſeuera cõpẽdia protinus ærario principis eſſe quærẽda,niſi ipſe iudex id qđ ad pœnã admiſſi facinoris exculpet, vel publicis opibus vel curſui publico,vel alijs neceſſarijs cauſis ſpecialiter deputauerit,l. mulctarum,C.eodẽ. Si qui autem cõprehenſi fuerint in peculatibus aut manubijs,id eſt deprędationibus, concuſſionibus,furtis,atque alijs flagitijs, quæ coerceri ſeuerius conuenit,ad pœnæ ſupradictæ moderationem pertinere ſe non credant,cum maior mulcta quàm ſupradicta poſſit à iudice indici, vt d. l.ſi.§.nec tamen,C.de modo mulct.Sapiens igitur fiet in pœna,qui ſtultus fuit in culpa,vt xxxviij.diſtinct.c. qui ea,& glo.in c.ſi.extra de accuſ.

HAEC PRAESVPPOSITA habentes accedamus nunc ad probationum atque pœnarum diſcuſſionem contra ſontes & noxios quos culpa ingrauat & reddit obnoxios in hoc præſenti noſtro proceſſu.

IMPRIMIS animaduertendum eſt hoc in proceſſu, nouem delatos eſſe ſuper homicidijs de quibus agitur:ſcilicet hos duos nobiles Girardum Milonem, & Deſiderium Anippum, nec non Claudium Caligulam & Bernardum Thraſonem domini noſtri regis legionarios, Egidium Gnathonem, Et Ferdinandum Parafitum memorati Anippi confamulos, Iacchum Ebrionem & Henricum Nebulonem eiuſdem Milonis etiam confamulos,& Andream Irum cerdonem Pariſijs incolam.

SED VT diuiſim & ſeparatim pro aut cõtra eorũ dẽ quemlibet agamus ab accuſatione contra & aduerſus Girardum Milonem propoſita & quibus indicijs aut probatione vrgeatur, oneretur & inculpetur primitus exordiemur.

PRIMO quo ad indicia:vnum eſt,quòd erat inimicitia præcedens ex mota lite & controuerſia inter eundem Milonem & prędictos exanimatos,prout cõſtat per dictum & depoſitionem penultimi & vltimi teſtis in inquiſitione examinati:& hoc nec diffitetur ipſe Milo, verum fatetur in ſuo interrogatorio.

SECVNDO conuincitur hiſdem teſtibus & per cõfeſſionem Ferdinandi Parafiti in quæſtione extortam etiam per relata in literis remiſſionis dicti Anippi eidem confrontatorum nulla(ſaltem concludente)obiectione in eos oppoſita de ſæpedictos interemptos occidendo,ante tunc elapſuram hebdomadam comminatum fuiſſe.

TERTIO,per eoſdem ſcilicet penultimum & vltimũ teſtes illorum (quãuis altero minore, doli tamẽ capace,& indicium faciente) viſus eſt idem Milo paulxillum tẽporis poſt homicidia perpetrata fugere parum à loco homicidiorum diſtans:dicendo alijs duobus viris ſecum fugientibus,& ſuos enſes ſtrictos nec non recenti ſanguine madentes gerentibus, hæc verba:habent ne hi id quod eos decebat?

QVARTO, per eaſdem confeſſiones memoratorum Anippi & Paraſiti,& etiam per dictum & depoſitionẽ primi & ſecundi teſtis in informationibus examinatorum eiſdem præſente eodem Milone lectas & ſacramento munitas nullis concludentibus obiectis & reprobationibus in teſtes per eũdem Milonem oppoſitis conuincitur percuſſiſſe vnã cum pluribus alijs in proceſſu nominatis ſępe dictos Plutũ,Craſſũ,&

Xenium defunctos quos extemplo & ilico mortuos, (dempto Dauo grauiter vulnerato) reliquit.

NVNC quærendum eſt, An ſufficienter ſint probata homicidia vel minus probata ſufficienter, & quæ pœna ex reſultante probatione ſit infligenda eidem Miloni: an pœna legis corneliæ de ſicarijs, ſcilicet capitis, an teneatur lege aquilia, ſcilicet ad damna & intereſſe tantum: vel actione iniuriarum inquantum iudex æſtimauerit: aut tribus his actionibus aut neutra ipſarum, ſed relaxandus ſit.

QVO AD effectum probationis ſunt ſiquidem plura indicia contra prælibatum Milonem: quibus vrgetur & videtur de homicidijs ſupradictis ſuſpicari: quorum primum videtur eſſe inimicitia præcedens ratione motæ controuerſiæ: hinc interẽpti odioſi Miloni cenſebantur, vt auteñ. ſi teſtis, ibi, ſi vero ex lite pecuniaria: vel aliter eſt odioſus, C. de teſtib. & §. ſi propter inimicitias, & §. Item is, Inſti. de excuſ. tuto. ℔ autem fuerit controuerſia, ſatis abunde conſtat per penultimũ & vltimũ teſtem, & confeſſionẽ eiuſdem Milonis.

SED AN illa inimicitia erat capitalis, ſcilicet ex mota lite criminis quod ingerebat pœnã ſanguinis, vel an morti eius inſidiabantur, ſicut dicit glo. in §. inimicitiæ, verſic. ſi capitales, Inſti. de excuſ. tuto. hoc tantum latet.

SI VERÒ tantum ex lite pecuniaria fuerint defuncti odioſi, non eſſet graue indiciũ: nec ex eo arguere tur idem Milo, cum etiam teſtis odioſus ex lite pecuniaria non reprobaretur niſi ageretur de omnibus bonis, vel maiori parte eorundem, tex. cũ glo. in auteñ. ſi teſtis, C. de teſtib. & l. fi. C. de reuocand. donat. ſuper hoc non fuit idem Milo interrogatus: nec conſtat de qua lite agebatur inter defunctos & Milonem.

VT AVTEM iure ſiue iniuria motę ſuccubuerit cõtrouerſiæ, tantum abeſt: ſi iure, parendum erat areſto, ſiue iudicio: ſi verò iniuria, videtur quòd vbi autoritate ſuperioris non poteſt eſſe conſultum, quis poteſt ſibi ius dicere ſecundum Bartho. in l. nullus, C. de Iudæis, ita ℔ manus iniectio ſit conceſſa, l. generali de decurio. lib. x. C. & glo. in d. l. nullus, & l. prohibitum, de iure fiſc. eodem lib. C. & l. j. ibi, veſtram igitur vobis permittimus vltionem, C. quando licet vnic. ſine iud. ſe vindic. vbi glo. in verbo vltionem allegat pſal. vt deſtruas inimicum & vltorem. Nam irati nocere cupiunt, læſi verò, ſe vlciſci volunt, vt c. accuſationes, & c. ſequẽ. iij. q. v. Iuſta enim bella ſolent diffiniri quæ vlciſcuntur iniurias: ſic gens & ciuitas petenda eſt, quæ vel vindicare non neglexerit, quod à ſuis improbe factum eſt: vel reddere quod per iniurias ablatum eſt, vt c. dominus noſter, & c. iuſtum, xxiij. q. ij.

EST ET ALIVD indiciũ per quod idẽ Milo culpatur, comminatum eſſe de occidendo nunc peremptos, quod tamen indicium non videtur inferre neque concludere, quia ſæpe minus faciunt homines qui magna minantur, ar. l. metum, ff. quod met. cauſ. & Bal. in l. pacumeuius, ff. de hæred. inſti. & Abb. in cap. tertio loco, extra de probat. poſſunt enim eluſoriæ minæ fieri, vt l. hæc autem ſatiſdatio, ff. ſi cui pluſquam per leg. falc.

ALIVD autem indicium eſt per quod viſus eſt dictus Milo aufugere ſtricto enſe pauxillum temporis poſt, & prope locum homicidiorũ de quibus agitur, prout conſtat per depoſitionem duorum vltimorum teſtium, quod indicium non videtur inferre neque cõcludere: potuit enim fieri ℔ ab aliquibus alijs paſſus fuerit repulſam: illud enim non probat hoc eſſe, quod ab hoc contingit abeſſe l. neque natales, C. de probat. Imò non ſolum facti, ſed etiam conſilij eſt aufugere, l. bouem, ff. de ædilit. edict.

ITEM PROBATVR interfuiſſe homicidijs & percuſſiſſe per dictum primi & ſecundi teſtis, & relata in literis remiſſionis dicti Anippi, quod non infert quo ad impoſitionem pœnæ mortis: quia non probatur præbuiſſe alicui cauſam mortis. Sic ex illis indicijs non cenſetur idem Milo in aliquo noxius quo ad pœnam mortis.

QVO ERGO ad impoſitionem pœnæ lege cornelia de ſicar. licet probetur quòd idem Milo interfuerit homicidijs & percuſſerit. Eſto quòd ita ſit, tamen eo ipſo quòd plures percuſſerunt exanimatos & exterminatos, nec apparet quorum ictibus exanimati deceſſerunt, nullus percuſſorum videtur teneri criminaliter, ſcilicet l. cor. de ſicar. vt l. j. §. diuus, ff. ad leg. cornelią de ſicar. & tex. cum glo. in l. Item mela, §. ſi ſeruum plures, ff. ad leg. aquil. & l. ſi in rixa: iuncta glo. ff. ad leg. cornel. de ſicar. & ita intelligũt docto. in §. ſi ſeruum plures, & hoc ratione dubitationis, cum ſanctius ſit impunitum relinqui facinus nocentis, quàm innocentem damnare, l. abſentem, ff. de pœnis.

IDEO QVO ad ſecundum argumentum, videtur quòd prælibatus Milo & omnes alij percuſſores tenentur tantum de lata culpa & non dolo actione legis aquiliæ, in ſolidum ad damna & intereſſe erga ſuam aut ſuorum iniuriam proſequentes, vt l. in lege, ff. ad leg. aquil. & cap. ſignificaſti, extra de homicid. & d. §. ſi ſeruum plures, & l. ſed & ſi, ff. ad leg. aquil. & l. dominum, C. de iniur. & glo. in §. iniuria. Inſti. de leg. aquil. cuius legis aquiliæ actio tranſmittitur etiam ad hæredes, vt ff. eodem, l. ob id, & ff. quod vi aut clam, l. deniq;, §. quæſitum, & ff. de ſeruo. corrupt. l. vt tantum, §. j. cum nec minus ex culpa quàm ex dolo quiſquam tenetur actione legis aquiliæ, l. in lege, la ij. ff. ad leg. aquil. quia licet quãtum ad gratiam videatur innocens, quia extra animum forte & ſine dolo cẽſetur deliquiſſe, & quia gratia voluntatem nõ opus requirit, tamen quantũ ad legem reus eſt, quia opera lex quærit, vt c. ſi quis non iratus. xv. q. j. Tenetur etiam erga fiſcum: nam quotienſcũq; iudex procedit per inquiſitionẽ ſuper accuſatione alicuius delatoris, reus poteſt cõdẽnari ciuiliter, & crimĩaliter reſpectu duorũ, ſcilicet priuati, & fiſci. nẽpe in criminali cauſa pecunia dãda eſt læſo, vt C. ad leg. Iul. repetũda. l. fi. & l. iij. §. ℔

ſepulchri,ff.de ſepulc.viol. Ita etiã poteſt pœna pecuniaria reo infligi fiſco applicãda,vt ff.de præuaric.& l.iij.§. vlt. & melior tex.in l.j.§. ſi quis aliquẽ de pace tenend.in vſib.feud. vbi ſi quis traxit alicui barbam, multatur in quadraginta libras parti applicandas, & viginti fiſco. & proinde eſt vindicta in pecunia & fortuna, ſicut in corpore & fama, l.ſi quis ex,C. qui accuſ.non poſſ. vbi dicit tex.quòd pœna poteſt infligi vel in corpore,vel dignitate, vel fama, vel etiã in ablatione bonorum, & ff. de iure primipil.l. j. & in auteñ.vt iudic.ſine quoquo ſuff.§.neceſſitatem,col.ij. ſic etiam in qualibet actione populari, vbi res publicata inuenitur offenſa,medietas pœnæ pecuniariæ eſt actoris,alia medietas eſt fiſci,ſecundum Bartho.in l.lege, §.hoc edicto,ff.ad ſyllania.

TENETVR etiam idem Milo erga Dionyſiũ Dauum vulneratum prout,dicetur. nam licet in homine libero vulnerato,cicatricũ aut deformitatis nulla fiat æſtimatio, cum liberum corpus non recipiat æſtimationem,iudex tamen cõputat mercedes medicis præſtitas,cęteráque impẽdia quæ in curatione facta ſunt, præterea operarum quibus caruit aut cariturus eſt,ob hoc ꝙ inutilis factus eſt, vt l. cum liberi hominis,ff. de his qui deiec.vel effude.& Exodi xxj.c.& l.ex hac, ff.ſi quadru.pauperi.fec.dic.& c.j.extra de iure iur.& l.qua actione,ff.ad leg.aquil. Attenditur etiam qualitas loci,temporis,& vulneris,vt §.iniuria,in c.i. de pace iura.firmand.in vſ.feud.& inſuper arbitrio iudicis idem Milo puniendꝰ eſt cũ reſartione damni,vt Inſti. de actio. §. in duplum,iuncta glo.& §. liberum,Inſti. de lege aquil. iuncta glo.fi.& l.j.§.cum liber.ff. de his qui deiece.vel effud.

QVOMODO autem & qualiter attendatur intereſſe dicendum eſt ꝙ in delictis venit omne intereſſe,vt ff.de furtis,l.inficiãdo,§.j.& ibi Bart.& ff.de cõd.fur. l.iiij.& ff.de vi & vi arm. l. interdicto, & l.apud Iulianum,§.j.ff.de leg.primo,& l. ſi ſeruum,ff.de verbo. oblig. Et quamuis de iure ff. in intereſſe non attendatur lucrum ceſſans,ſed damnum, vt ff. de damno infect.l.proculus,& l. iniuriarum,§.ſi quis de honoribꝰ, ff.de iniur.Et glo.in l.ſi ſterilis,§. cum per venditorẽ, ff.de acti.emp.

TAMEN hodie de iure codicis intereſſe venit generaliter in lucro ceſſante ſicut in damno vitando, vt l.vnica,§.fi.C.de ſentẽtijs,quę pro eo qđ intereſt,profer. Et ideo fit ꝙ in actione legis aquiliæ non ſolum venit æſtimatio rei, ſed etiam æſtimatio extra rem, vt §.illud,Inſti.de leg.aqui.l.& §.furti autem actio,Inſti.de oblig.quæ ex delict. naſc. & §.fi. Inſti.de vi bono.rapt.& ff.eodem,l.generaliter.

QVO AD ſecundum argumentum, videtur idem Milo teneri actione tantum iniuriarum de ipſa cæde, vt vindicetur ciuiliter, & non vt damnum ſartiatur,vt l.prætor,§.quid ergo,le.j.ff.de iniur.Nam in ciuili iniuriarum, vt in criminali lege cornelia de ſicar. agitur ad vindictam tantum, vt glo.in d.§. quid ergo,in verbo principaliter.Et in hoc differt a lege aquilia,qua agitur de homine occiſo ad damnum datum ciuiliter & principaliter,vt d.l.prætor,§. quid ergo,ff. de iniur.& hæc actio iniuriarum tranſmittitur ad hæredes,glo.in l.j.§.& ſi forte,ff.de iniur. & ff. de petit. hæred.l. ſi à domino,§. ſi poſſeſſor. AEſtimatio autẽ iniuriæ ad iudicẽ ſpectat, d.l.j. §. ſpectat,ff. de iniur. quando videlicet deſcendit ex lege cornelia de iniurijs,vt l.iniuriarum,& l.conſtitutionibus,ff.eodem.nã omnis iniuria quæ manu fit,lege cornelia de iniur. cõtinetur,l. lex cornelia,§. lex itaque,ff.eodem, & §.ſed & lex,Inſti.eodem,lex verò aquilia loquitur in eo caſu cum quis culpa ſua alicui damnum dederit, veluti ſi quis ſeruum alicuius occiderit,vel vulnerauerit,vt l. lege aquilia, ff. ad leg.aquil. dicitur autem lex aquilia ab Aquilio tribuno plebis ſecundum Iſydo.lib.v. qui ipſam legem in monte Auentino,tempore diſcordiæ populi & plebis conſtituit,& poſtea concordia facta vice legis habita eſt,vt l.j.ff.ad leg.aquil.

DIFFERENTIAM autem inter actionem legis aquiliæ & actionem iniuriarum adhuc ponit Bartho. in d.l.prætor, §.j. de iniur. vbi dicit ꝙ quando ego ago actione legis aquiliæ,debeo exprimere certam quãtitatem damni. Sed quando ago actione iniuriarum, non debeo certam quantitatem exprimere, ſed tantũ vt iniuria vindicetur prout ſupra dictum eſt,& glo.in d.§.quid ego,in verbo ſartiatur,ff.de iniur.

CENSETVR etiam idem Milo alio medio excuſari à pœna mortis, quia eſto ꝙ ipſe ſolus præbuiſſet cauſam mortis vita exhalatis, tamen hoc conſtaret eueniſſe incontinenti poſt cœnam factam vbi preſumeretur lapſus per vinum aut laſciuiam,potius quàm ꝓpoſito animo ſiue dolo.hinc apud ſapiẽtes iudices venia quidem facta donari deberet.nam quæ ſobrij cauemus, per ebrietatem ignorantes committimus: neſciunt enim quid loquantur aut agant qui nimio vino indulgent,verum ſepulti iacent:leuitatis tamen damnantur auctores, quoniam euitanda eſt ebrietas, per quam crimina cauere non poſſumus,vt c.ſanè. xv.q.j. ita ꝙ ebrij non ſecundum qualitatem delicti, ſed quãtum ebrietas illa meretur damnantur,vt c. inebriauerunt Loth.d.xv.q.j.ideo capitalis pœna per vinũ aut laſciuiam lapſis remittẽda eſt l.omne delictum,§.per vinum,ff.de re milita.

QVI ERGO occidit hominem per ebrietatem aut laſciuiam,non tenetur pœna mortis,l.cornel.de ſicar. ſed tantum relegatur in quinquẽnium, vt l. lege cornelia,ff.ad leg.cornel.de ſicar.

CENSETVR adhuc haberi ratio nobilitatis, quia nobilem & militem rei publicæ ſe dicit.quo caſu ſi cõſtet,iudex mitiorem ſententiam dicere debet & mitigare pœnã,vt ff.de re milita. l.nõ oẽs,§.fi.Nam vbi perſona delinquens eſt in gradu dignitatis,vel ſtatus, vita debet ei concedi ex benignitate diſpenſationis, ſed tamẽ debet capite puniri ſcilicet deportari,vt ff.de incend.rui.& naufra.l.fi.

ETIAM ſi ſpõte dolóve malo in honore aliquo poſiti cædem commiſerint, deportari ſolent in inſulam, vt l.qui cædem,& l.eiuſdem,§.pe.ff.ad leg.cornel.de ſicar.& l.moris,§.parentes,ff.de pœnis.

CAPITALIS autem damnatio eſt mortis, vel ci-

uitatis amiſſio,vel ſeruitutis impoſitio,l. rei capitalis, ff.de pœnis,& ff.de bono.poſſeſ.l.edicto,§.rei capitalis,& l.ij.ff.de pub.iudic.

QVID VLTRA? niſi idem Milo temeritate quadam & inconſulto calore ,id egiſſe videatur, quo caſu temeritas inconſultúſque calor calumniæ vitio caret:ideo ob id,illum pœnam ſubire non oportet,l.j.ff. ad ſenatuſc.turpil.

IN CONTRARIVM autem videntur alia obſtare iura.Et quòd ipſe Milo propoſito antecedenti dolo animo, & penſatis inſidijs cædem commiſit,& committi fecit. Et ideo teneri non ſolum actione legis aquiliæ , & iniuriarum , ſed etiam actione legis corneliæ de ſicarijs pœna mortis,rationibus his ſequẽtibus.

PRIMO probãtur indicia manifeſta ſequẽtia,quæ dolum inducunt & comprobant,l. dolum,C.de dolo.

VT AVTEM ſciamus quid ſit dolus,nihil aliud eſt ſe cenſetur,quàm machinatio ſtudioſa,ad decipiendũ fallendúmque alterũ adhibita manifeſte,l.j.§. ij.ff. de dolo . Et dolus vel bona fides non ſunt niſi paſſiones animæ, quæ ſoli deo ſunt notæ,vt not.per glo.in §.aliæ,Inſti.de actio. & ideo nobis non ſunt cognitæ niſi per exteriora , quæ indicant animi qualitatem , vt ff. de ſupellect. leg.l. labeo.§. Idem tubero, & ff.quibus ex cauſ.in poſſ.eat.l.fulcinius,§.quid ſit latitare, in gl. & Cepol.conſ.xxxj.Et licet dolus conſiſtat ex animo, nec poſſit probari,quia intentio alieni cordis non poteſt diuinari,cum nec etiam Paulus (licet ſpiritu Dei plenus fuerit)potuit diuinare,vt xxij.q.ij.c. beatus,& extra vt eccleſ.benefic.c.vt noſtrum,& l.ſi putator,in fiñ.ff. ad leg. aquil.tamen per exteriora indicantur animi ſecreta interiora , vt ff. de ædilit. edict. l. ſi tamen,§. ij.

SED VIDETVR q̃ omnis dolus ſit præſumpt⁹, & nullus ſit dolus manifeſtus. dic quòd quædam ſunt indicia manifeſta:& illa probata inducunt dolum manifeſtum,vt d.l.dolum,C.de dolo.

QVAEDAM verò ſunt præſumptiones ſeu indicia non ita manifeſta , tunc nec dolum omnino concludunt . Et iſta de neceſſitate non inducunt dolum , ſed præſumptiue,vt ff.mandat.l.ſi procuratorem,§.dolo, & l.dolus,eodem.Et talis dolus præſumptiue non ſufficeret ad condemnationem, cum quis non veniat ex præſumptionibus damnandus , vt l.abſentem, ff. de pœnis, niſi forte exprimeretur in iure ex aliqua cauſa,vt l.ſi hi qui adulterij.C.ad leg.Iul.de adulte.& auteñ.ſi quis ei,C.eodem.

PROBATVR ergo dolus eo quòd fuerit inimicitia præcedens ratione motæ controuerſiæ inter eundem Milonẽ & ſæpedictos interemptos , pro vt confeſſus eſt idem Milo per ſuum interrogatorium , & etiam conuictus per penultimi & vltimi teſtis dictũ, qua inimicitia probata præſumitur dolus, vt l. capitalium,§.qui ob inimicitias,ff.de pœnis,& l.j.§.cum quis latrones,ff.de quæſtio.

PROBATVR etiam dolus per aliud indicium, quo idem Milo iactauerat & ore protulit ſe vindicaturum , & vltionem ſumpturum de prædictis occiſis ante tunc elapſuram hebdomadam, & erat ad id potens, prout conſtat ex coadunata ſecum gente . Et ſic perſona ſpectanda eſt an potuerit facere , & an ante quid fecerit,& an cogitauerit , & an ſanæ mentis fuerit, vt l.famoſi, ff. ad leg. Iul. maieſt.Ideo hæ minæ præcedentes faciunt præſumptionem contra eundem Milonem homicidam ſuſpicatum fore. nam ex dictis hominum facta penſamus,vt l.j.C.ſi quis imper.maled.& bonus tex.in l.labeo,§. Idem tubero, ff. de ſupel.leg.& Abb.in cap.tertio loco,extra de prob.alleg. l.fi.C.eodem,Bal. in l.pacumenius, ff.de hæred. inſti. & d.l. ſi hi qui adulterij, C. ad leg. Iul. de adulte. vbi dicitur quòd ex præteritis ſumimus præſumptionem ad præſentia & futura , & ff. mandat. l. ſi verò remunerandi,& ff. de repud.l.iij.

PROBATVR ETIAM quòd idem Milo inſultauit in peremptos quos percuſſit & impetiuit , & quamuis plures percuſſerint , nec appareat quorum ictibus fuerint illata vulnera letalia , tamen quia conſtat per indicia,quòd ipſe cum alijs fuerit cum propoſito occidendi, certum eſt q̃ tenetur lege cornel. de ſicarijs, pœna mortis,tex.for. in l.j.§.diuus ,ff. ad leg. cor.de ſicar.& hoc not.per Cy.in l. quoniam multa facinora, ff.ad leg.Iul.de vi publ.& Bart.poſt gl.in l. ſi in rixa,ff. ad leg.cornel.de ſicar.,Idem Bartho. in dicta l.Item mela,§.ſi ſeruum plures,ff.ad leg.aquil.

PROBATVR itidem animus occidendi ex qualitate percuſſionis.Nam vbi quis ſtrinxerit gladium & in eo percuſſerit,indubitate animo occidendi id eum admiſiſſe cõſtat , & ideo pro homicida damnandum, vt d.§.diuus, & l.j.& iij.C.ad leg.cor.de ſicar. Et glo. in c.ſignificaſti,extra de homic.

PROBATVR ſimiliter anim⁹ occidẽdi ex propoſito antecedenti:contrahitur enim propoſitũ antecedẽs in inſultu,vt l.is qui aggreſſorem, C.ad leg.cornel.de ſicar. inſultus ſiquidem eſt in alium ſaltus , vt probatur in l.j §.cum arietes,ff.ſi quadrup.paupe.feciſſ. dic.

CONTRAHITVR etiã propoſitũ antecedens ex proditione quãdo cõmittitur delictũ ex ꝓpoſitio proditorio,vt ff.ad leg.Iul.maieſt.l.iij.in princ.Eſt autem prodere,vnum actibus oſtendere,& aliud in mẽte gerere,vt l.j.ff.de præuarica.& l.fi.de delat.lib.x.C.

CONSTAT etiam de dolo alio indicio poſt eædem ſubſecuto,quo idem Milo cum duobus alijs viſus eſt fugere cum enſibus ſtrictis,cruore madentibus,& tinctis, parum diſtans ab homicidio, & loco ipſius in hæc verba prorumpens:habent ne hi id quod eos decebat?vt ſupra dictum eſt. Quotiens ergo circa idem plura auxilia eiuſdẽ generis ex eodem facto deſcendẽtia ſimul commixta iuncta concurrunt, dicuntur rẽ perficere & plenã probationem inducunt, vt ff. de excuſ.tuto.l.ij.§.hoc amplius,& ff.de appel.l. ſi quis ſeparatim.§.j.& C.qui numer.tutel.l.vna,ideóque ſingula quæ non proſunt,multa iuuant,& ſimul coniuncta coadiuuãt,vt in auẽ.de fide inſtru.§.ſi verò additũ,& §.ſi verò nullus,col.v. & Inſti. de hęred. inſti.§.ſi plures, & extra de teſtib.cap.præterea,& C.de teſta.l.ſancim⁹.Et talia indicia nõ minorẽ ꝓbationẽ q̃ inſtrumẽta

continent fidem:vt l.indicia,C. de rei vendic.& l. cũ ſcimus,de agric. & cenſi.lib.xj.C. Et tam teſtes quàm aperta indicia & manifeſta æquiparentur, vt poſſit ſequi ſententia diffinitiua, l.fiñ. C. de probat. hinc dicit Bartho. in l.fur.ff. de furt. quòd tanta indicia non requiruntur ad condemnationem: vnde ſi aliquis deprehenditur in aliquo actu propinquo ad ipſum delictum, tale maleficium dicitur notorium : & per illam l. infert, quòd ſi quis viſus eſt fugere cum gladio ſanguinolento, vt in præſenti caſu, & ibi reperitur aliquis mortuus, ex hoc eſt manifeſtum homicidium quòd ipſe fecit,alle. glo.fi.in l.capite quinto,ff.ad leg. Iul.de adulte.

VT AVTEM reſpõdeamus huic quod dictum eſt prædictum Milonem tempore homicidij fuiſſe fortaſſis vino ſopitum,hoc nõ probatur,imò arguitur de dolo rationibus ſupradictis.

QVO AVTEM ad hoc quo videtur imponi debere mitior pœna mortis ratione nobilitatis vel honoris, iura ſuper hoc allegata intelliguntur,imò dicunt, quòd mitior pœna venit imponenda in nobili vel in honore poſito, quàm in medij actus homine, conſulto tamen prius principe & benignitate diſpenſationis eiuſdem,quod in præſentiarum abeſt, & adhuc veniret deportandus in inſulam,l.fiñ.ff.de incend.rui. & naufra.& l.qui cædem,& l.eiuſdẽ,ff.ad l. cornel.de ſicar.l.moris, §. ſed enim, & §. parentes,ff. de pœnis, & l.honor veteranus,C.eodem.

AD HOC quod dictum eſt, quòd vbi auctoritate ſuperioris non poteſt eſſe conſultum quis poſſit ſibi ius dicere, & ſit permiſſa propria vltio. Bartho.in l. Nullus,poſt glo.C.de Iudæ.dicit hoc verum eſſe quãdo non poteſt haberi copia iudicis, vt d.l.j. C.quando lic.vnic.ſine iudi.ſe vindic. aliàs vbi poteſt haberi copia iudicis, iudiciorum vigor iuríſque publici tutela in medio conſtituta ſunt, ne quiſquam ſibijpſi permittere valeat vltionem,d.l.nullus,C.de Iudæis.

PRO HOMICIDIO itaque iniuria,id eſt, non iure, ſed dolo commiſſo, quis tenetur lege cornelia de ſicarijs. Et ille ſolus tenetur qui in dolo eſt, non autem in culpa lata,vt l.in lege, ff. ad leg. corneli. de ſicar.vbi dicitur, quòd in lege cornelia dolus pro facto accipitur.Nec in lege cornelia culpa lata pro dolo accipitur ſecundum Bartho.in l.quòd nerua,ff.depoſiti: culpa tamen punitur, ſed mitius quàm lege cornelia de ſicar.l.lege,§.j.ff.eodem,vbi occidẽs culpa in quinquẽnium relegatur, Pœna autem huius legis cornelię de ſicarijs eſt mors vel relegatio,l. eiuſdẽ legis, verſic. ſed ſolent hodie capite puniri, & l.qui cædem, ff.eodem,& §.Item lex cornelia. Inſti.de public. iudi. vbi homicidas lex cornelia de ſicarijs vltore ferro perſequitur.Et hoc quo ad intereſſe publicum ſcilicet fiſci. Nam vbi criminaliter agitur, victoria eſt fiſci, l. agraria, ff.de termi.amot. Et l.iij.in princi. ff. de ſepulc. viol. Et ff.de popul. actione ſuper Rub.& Bal.in l. cum quidam, C.de fruct.& lit. expenſ.cum interſit rei publicæ ne crimina remaneant impunita, vt l. ita vulneratus,§.cum neque impunita,ff.ad leg.aquil.

HOMICIDA ergo quod fecit expectet, vbi dolo commiſit homicidium, nec ei parcendum eſt, etiam ex reſcripto principis : vt Deutero. xix. cap. vbi dicitur, Homicida morietur, nec miſereberis eius. Nec etiã veniam nec remiſſionem ſperare debet,l. Nemo deinceps,C. de epiſco.audient.niſi princeps poteſtate abſoluta in hoc vteretur:de qua poteſtate ſcripſit Zaſius in repet.l. ij. ff. de orig.iur.in verbo ratum eſſet, nec minor identidem reſtituitur aduerſus delictum, ſcilicet homicidium dolo commiſſum, tex. for. in l.j. C.Si aduerſus delict.& l.ſi ex cauſa,§.nunc videndum, ff.de minor.& l. impunitas,C. de pœnis.atrociora ſiquidem ſunt delicta quę proueniunt ex animo,vt glo. in l.auxilium, §.in delictis,ff.de minoribus.Quinimò hoc caſu culpa eſſet, relaxare vindictam, vt cap.j. extra de poſtul.prælat. cum facilitas veniæ præbeat incentiuum delinquendi,vt xxiiij.q.iiij. c. eſt iniuſta:ita ꝙ ſub ſpe veniæ quis audacior ad delinquendum efficeretur, quod fieri non debet, vt extra de cleric. excommu.miniſtrant.c.illud.itaquevbi iudex compertũ crimen non vindicat, tegere vt conſcius criminoſa feſtinat,vt l.ij.de C.commer, & mercat,

IN SVMMA omnis lex vult vt qui cædem fecerit capite plectatur,c. omnis autem lex iiij. diſtinct. & c. extra de homicid.& d.§. Item lex cornelia. Inſti. de public. iudic. & l.penulti.ff. ad leg.pompe. de par. & l.pe.ff.ad leg.cor.de ſicar.

QVICVNQVE ergo humanum effuderit ſanguinem, fundetur & ſanguis illius, vt Geneſ. ix. cap. ſi quis ferro percuſſerit, & mortuus fuerit qui percuſſus fuerit, percuſſor reus erit homicidij, & ipſe moriatur.Vt Numer. xxxv.cap. & Matth.xxvj. c. & adhuc ſcriptum eſt, Ecce poſt hæc vidi animas interfectorũ clamantes ad deum & dicentes,vſque quo domine nõ das iudicium,& vindicas ſanguinem noſtrum de interfectoribus noſtris qui ſunt in terris? Apocal.vj.c.

SIC MISERRIMVS ille Milo reus eſt mortis.

QVAERO AVTEM qua pœna mortis veniat plectendus?dic ꝙ vbi delinquens eſt in dignitate conſtitutus,vel nobilis,vbi per legem imponitur pœna mortis,debet decapitari, vt Bartho.in l. deſertorem,§.j.ff. de re milita. & Bal.in l.data opera, col.j.C. qui accuſ. nõ poſſ.alleg.l.capitalium,§.ſolẽt, verſicu.nõnunquã, ff.de pœnis, quia eſt mitior pœna quàm furcæ ſubiectio,ſecundum eundem Bal.ibidem,& ſic inter pœnas mortis iudex poteſt arbitrari an igni ſubijciat,quæ eſt grauior pœna:vel furcæ,vel decolletur. nam gratiam poteſt facere pœnæ nõ vitę. Sed leuioris prout dictauerit ſibi æquitas arbitrij ſecundum ætatem, ſecundum merita prioris vitæ, vtl.quid ergo,§. pœna grauior,ff.de his qui not.infa.& l.& ſi ſeuerior,C.ex quibus cauſ. infa.irrog. viles ergo perſonæ furca ſuſpenduntur vel comburuntur,Nobiles decollantur ſecundum eundem Bal. vbi ſupra.

PLVRA autẽ homicidia vno actu commiſit idem Milo,ſaltem plures cum alijs percuſſit, qui demum illico interempti ſunt. Nunc quærendum eſt an debe-

at exaggerari pœna mortis huic Miloni? Reſpon. nun quam enim plura delicta, concurrentia faciunt vt vl lius impunitas detur. Neque enim vnum delictum ob aliud delictum minuit pœnam, vt l. Nunquam, ff. de priuatis delictis: vbi dicit Bartho. quòd quando ex pluribus delictis ſequuntur plures effectus, plu res pœnæ veniunt imponendæ: vt l.iij. ff. de termin. mot. vnde ſi plures iniurias mihi feceris, puta turba, & cœtu facto domum meam introieris, & hoc fa cto efficiatur vt ſimul conuitium patiar, & verberer, tunc agendo, has omnes iniurias, quas ſimul paſ ſus ſum, teneor in vno libello coniungere, vt l. præ tor. §. ſi mihi plures, ff. de iniur. Et tamen ex quali bet per ſe imponitur pœna, & ſequitur condemnatio, ac ſi proponerentur in diuerſis libellis, vt l. non eſt nouum, ff. de actio. empt. Et l. ſi adulterium cum in ceſtu, ff. ad leg. Iuli. de adulte. ratio enim eſt quia hæ iniuriæ tendunt ad diuerſos effectus. Si verò quis co adunauerit gentem, & duxerit illam ad aliquem lo cum, vt in noſtro præſenti caſu, certe cum iſti actus ẽ dant ad eundem effectum, non punietur niſi vno ef fectu, l.iij. ff. ad leg. Iul. de vi, & ſic per impoſitionem vnius pœnæ alia pœna conſumitur, vt puta vbi plura delicta vel homicidia, ſunt commiſſa, & ex quolibet illorum debeat imponi pœna mortis, cum quis non poſſit occidi niſi ſemel, ideo ſemel tantum punietur ſecundum Bartho. in l. vulgaris, ff. de furt. vbi dicit poſt glo. quòd ſi quis pluries ad vxorem alterius ac ceſſerit, vna tamen pœna imponetur, licet ex quolibet coitu naſcatur accuſatio, vt glo. in l. mariti, §. ſex men ſium, in verbo commiſſi, in fiñ. ff. ad leg. Iuli. de adul te. Et quia in his imponitur pœna capitis pro adulte rio, non eſt pœna reiterabilis, vt l. quamuis, in fi. C. ad leg. Iulia. de adulte. Ideo vna tantum pœna imponi tur, vt glo. in d.l. vulgaris, in verbo fur erit. vnde ſi vnus ſeruus plura delicta commiſerit, vna datione illius ſerui indiuidui, quia ſeruus diuidi non poteſt, do minus liberabitur, vt l. ſi quis à multis, ff. de noxal. actio.

SIC MILO reus in capitis amputatione, in con ſequentiam vero bona illius veniunt confiſcanda, quia cum vita adimitur, aut ciuitas, aut ſeruilis con ditio irrogatur, ſupplicij damnatione bona confiſcan tur l.j. ff. de bonis damnat. & C. de pœnis, l. in metal lum etiam ſine publicatione perduntur bona, vt l. tu telas, §. Item cum ciuitas, ff. de capit. diminut. vbi di cit text. cum ciuitas amiſſa eſt, nulla reſtitutionis æqui tas eſt aduerſus eum qui amiſſis bonis & ciuitate reli cta nudus exulat, iuxta illud gallorum: *Qui confiſque le corps, il confiſque les biens.*

TENETVR etiam idem Milo pecuniariter erga ſuam aut ſuorum iniuriam proſequentes & delatores pro reparatione cædis interemptorum. Nam ex qui bus cauſis publica ſunt iudicia, ex his cauſis non eſſe nos prohibendos quominus & priuato agamus: & hoc verum eſt, vbi non principaliter de ea re agitur quæ habeat publicam executionem, vt l. prætor, §. at quin ſolemus, ff. de iniur. & l. licitatio, §. quod illicite, ff. de public. & vect. ita qñ ciuili iniuriarum vt in cri minali lege cornelia de ſicarijs, agitur ad vindictam tantũ de ipſa cæde vt vindicet, gl. in d.l. prętor, §. quid ergo, l.j. ff. de iniur. Et ſpectat hæc ęſtimatio iniuriæ quoniam deſcendit ex lege cor. de iniur. ad ipſum iu dicem, d.l j. §. ſpectat, ff. eodem, & l. iniuriarum, eo dem, vt ſupra dixi. & §, pœna. Inſti. eodem.

TENETVR etiam ad damna & intereſſe actio ne legis aquiliæ, vt l. in lege, ff. ad leg. aquil. & cap. ſi gnificaſti, extra de homicidio, & ſępedicta l. Item me la, §. ſi ſeruum plures, ff. ad leg. aquil.

CONCLVSIVE ergo mea fert ſanctio ſaniori mẽ te ſalua, quòd prælibatus Milo pro reparatione necis & homicidiorum per eundem & alios huius ſceleris conſcios & fautores commiſſorum, de quibus in præ ſenti proceſſu agitur, venit capite obtruncandus om nibus eiuſdem bonis, quibus licebit additis & con fiſcatis, ſuper hiſdem bonis ſummam primitus qua dringentarum librarum Pariſiẽ. cuilibet conqueren tium, delatorum, adiudicando pro omni reparatio ne damnorum & intereſſe, quæ paſſi ſunt ratione ho micidiorum obuentorum in perſonas interempto rum, & vulnerum Dionyſio Saupiquet illatorum. Et quia ſunt quædam conſuetudines locales quibus non confiſcãtur bona fiſco, ideo emẽda poteſt adiudi cari fiſco rationibus ſupradictis, quare eundem Milo nem condẽnari cenſeo in centum libras Pariſiẽ. erga regem pro intereſſe publico. Vbi cõfiſcatio non habe ret locum in locis vbi ſita ſunt bona eiuſdẽ Milonis.



VANTVM autem cauſa & negociũ tã git, & attinet Bernardum Thraſonẽ le gionarium: per penultimum & vltimum teſtem inquiſitionis (nulla in eos perfi dia per eum obiecta) conuincitur minas à dicto Milone de occidendo memoratos tunc viuẽ tes & nunc defunctos Plutum Xenium & Craſſum audiſſe in parui cerui taberna: quod idem Thraſo per ſuum interrogatorium confeſſus eſt: ſicut in eo caue tur. Et tandem fatetur ad defenſionem ipſius Milo nis (prout dicit) adfuiſſe homicidijs & gladio bicipiti percuſſiſſe defunctos tunc viuentes, vnà cum Milone, Anippo, Caligula & famulis prædictorum, Milonis, & Anippi, ita qꝫ plures remanſerunt humo poſtrati, & hinc aufugiſſe & ſe abſentaſſe hui⁹ rei cauſa ab hac vr be Pariſienſi, donec fuit captus & exhibitus vti eſt ad præſens.

ET vltra cõuincitur de dicta percuſſione per primũ & ſecundum teſtem eiuſdem inquiſitionis eidẽ Thra ſoni præſenti confrontatos, & ſuam depoſitionem iu ramento confirmantes, ſine oppoſita per eundẽ Thra ſonem in eos exceptione, ſimili quoqꝫ conuictione af ficitur per confeſſionẽ Ferdinandi Paraſiti in quæſtio ne extraordinaria extortam. quam ipſe Paraſitus prę ſente ſępedicto Thraſone nulla perfidia obiecta ſacra mento firmauit.

SIC probatione alia non indigemus.

QVANTVM vero attinet ad Henricum Nebulo

nem ex famulis prædicti Milonis alterum, inficiatus eſt crimen: Sed tamen conuictus eſt de percuſſionib⁹ in prælibatos defunctos per eum factis: per primi & ſecundi teſtis informationum depoſitiones: quas eo præſente(nulla oppoſita exceptione) iuramẽto corroborauerunt teſtes: ſimili eiuſdem facti conuictione per confeſſionem à Ferdinando Paraſito in quæſtione extortam, & per confeſſionem Deſiderij deſſaulx in litteris remiſſionis contentam,quas teſtes ab eodẽ Nebulone præſente non excepti iuramento viciſſim vallauerunt homicidijs adfuiſſe inculpatur & percuſſiſſe fertur.

NOTVM ergo patet delicta per illos Thraſonem & Nebulonem cum alijs commiſſa fuiſſe, tam per indicia in iure approbata,quàm per probationem,vt ſupra dictum eſt.

HIS præſuppoſitis redeundo ad caſũ præſentis ſpeculationis dic q̃ poſſent ſimilia iura allegari pro & cõtra ſæpedictos Thraſonem & Nebulonem,quæ deducta fuerunt in diſcuſſione pœnæ Girardi Milonis, quæ tamen hic pro expreſſis habeantur.

IN quantum ergo idem Thraſo fatetur audiſſe minas quas non prodidit,verum reticuit,in hoc cenſetur inſons,& inculpabilis.Nam quis ex ſolo ſilentio crimi nis non tenetur,vt glo.in l. Excipiũtur,in verbo certũ erat,ff.ad ſenatuſc.ſyllania.Nec quidem verbo⁹ teſtis quis eſſe debet,l.inſtrumẽtorum,C. de precib. imper. offer. Quinimò eos qui errore acerrimo non affecta to inſimulatóve,neq̃ ex vili cauſa decepti, aut ætatis lubrico lapſi,facinus celauerũt,legis laqueis eximi placet,l. qui contra.C.de inceſt.nupt.

IN quantum etiam fatetur adfuiſſe homicidijs pro defenſione eiuſdem Milonis, & percuſſiſſe defunctos tunc viuentes,prout ſupra cauetur, talis ſimplex confeſſio non videtur ei obeſſe, nec vtiq̃ vltro confitenti eſt ſemper fides adhibenda: cum nonnunquam metu, aut alia de cauſa in ſe quis confiteatur,l. j. §. ſi quis vltro,ff.de quæſtio.Aliquando etiam non metu criminis imminente,ſed tędio vitę vel impatientia doloris, quis ſibi mortẽ appetit, vel manus infert: ideo ei eſt inſiſtendũ,vt l.j.§.ſi quis non metu,ff. ad ſenatuſc.ſyllania.ideo non debet audiri perire volẽs,l.nõ tantum, ff.de appell.

HIS etiam ceſſantibus adhuc cõſtat per dicta ipſius nobilis Anippi q̃ ipſe Thraſo, & alij fuerunt per eundem Milonem ad committendum homicidia perſuaſi: cum antea non habuiſſent animum occidendi, ſic prouocans ſolus tenetur de dolo, l. & eleganter,ff.de dolo,quia plus eſt perſuadere quàm facere, & plus q̃ compelli atque cogi ſibi parere,vt l.j.§.perſuadere, & l.vt tantum,§.de filio, ff.de ſeruo.corrupt.& glo.in c. deteriores,vj.q.j.

PRO reſolutione horum dubiorum quo ad primum ſcilicet quòd quis nõ teneatur de ſilentio & taciturnitate minarum,hoc verum quando quis potuit ſcire,& noluit,vt glo.in d.l.qui contra,C.de inceſt.nupt.ſed tãtundem eſt ſiue quid ſciam ab initio eſſe, ſiue poſtea ſciam ſi patiar.glo. in l.cum ancillis,C.eodẽ,ideo vbi ſciuit ante vel poſtea crimen futurum, nec reuelauit, ſed paſſus eſt:tenetur criminaliter,vt d.l.cum ancillis, §.q̃ ſi actores, & §.fiñ.ibi,quoniam intra domeſticos parietes ſcelus admiſſum eſt, quod noluit mox cognitum publicare,vſq̃ ad fi.

QVOad ſecundum,per quod confeſſio ipſius Thraſonis non videtur ei obeſſe, hoc verum quando nulla examinatione præcedente vltro crimen confitetur,& nullis vrgetur indicijs vel probationibus, vt d.l. non tantum,ff.de appell.ſed vbi ſunt indicia cum confeſſione, reus venit condemnandus,vt glo.d.l.j. C. de confeſſ. aut quando reus metu probationũ confitetur crimen,habetur pro conuicto,vt glo. in c. ſi quis preſbyter,in verbo confeſſi.xxiiij. diſt. & l. qui ſententiam, C.de pœnis.

SVNT autẽ indicia & probationes ſuper ſcelere,igitur valet confeſſio,iur.ſupra alleg.

QVOad tertium dubium,per quod prouocans ſol⁹ teneatur de dolo,hoc in ciuilibus, ſed in criminalibus ſecus: quia licet confeſſus fuerit veniſſe ad defenſam ipſius Milonis,quia tamen percuſſit,tenetur magis tãquam agens.nam videtur magis puniri debere quàm conſentientes.Quinimò qui aliorum defendit errorẽ, multo magis damnabilior eſt illis qui errant:quia non ſolum errat,ſed etiam alijs offendicula erroris præparat & confirmat,vt c.qui aliorũ,xxiiij.q.iij.vnde ſi quis peccantem defendit,acrius quàm ille qui peccauit cohercetur,vt c.qui conſentit peccantibus,xj.q.iij.

EST igitur aduertendum quòd quadruplex eſt conſenſus:ſcilicet negligentiæ,cõſilij,cooperationis,& authoritatis ſeu defenſionis,vt glo.in c.j. extra de offic. deleg.

IN primo caſu ſcilicet negligentiæ minus peccat cõ ſentiens q̃ faciens,niſi forte negligentia nimis craſſa fuerit,vt j.q.j.c.quicquid inuiſibilis,& lxxxiij.diſt.c.cõ ſentire,& c.quid enim.

SECVNDO caſu ſcilicet conſilij,minus punit quàm faciens, plus autem quàm negligens, arg. lxxxv. diſt. cap.tanta.

TERTIO caſu cooperationis æqualiter peccant facientes,& conſentientes:agentes enim & conſentientes pari pœna plectendos catholica condemnat authoritas,vt c.quantæ,iuncta glo. extra de ſenten.exco.

QVARTO caſu autoritatis ſeu defenſionis,vt in præſenti caſu, magis peccat conſentiens, defendendo & autoritatem præſtando quàm faciens,& magis puniẽdus,vt ſupra dixi.Et glo.in d.c.j. in verbo pari pœna, extra de offic.deleg.

IN quantum attinet ad Henricum Nebulonem licet ſit teſtib⁹ ſuperat⁹ de percuſſione,vt ſupradictum eſt, quatinus tamen inficiatus eſt crimina, hoc nõ videtur ſufficere:duo ſiquidem videntur requiri ad hoc vt q̃s condemnetur criminaliter:ſcilicet quòd ſit teſtibus ſuperatus,voce etiam propria ſcelus vitiúmque ſit confeſſus,nec ſufficere alterum,l.obſeruare,C.quarum appel.non recip.

PRO reſolutione huius dubij certum eſt, ad hoc vt quis condemnatus de crimine non audiatur appellans, requiritur q̃ ſit confeſſus & conuictus teſtibus, d.l.obſeruare,ſed vbi quis eſt teſtibus tantum ſupera-

tus de crimine: licet inficietur & neget crimen, tamē eſt ſufficiens cauſa ad condemnandum: & ſufficit alterum, aut confiteatur crimen aut conuincatur, vt l. qui ſententiam. C. de pœnis, eo caſu poterit appellare, & audietur appellans etiam de conſuetudine, ſiue ſit ſuperatus teſtibus & confeſſus crimen, aut tātum ſuperſit alterum, poteſt ſemper appellare, excepto à præpoſito mareſcallorum, de cuius poteſtate in præſentiarum taceo.

DEBET igitur eadem pœna legis corneliæ de ſicarijs puniri, ſicut Milo, qa cōſenſu cooperatiōis deliquit ſicut Milo, ideo agens & cōſentiens operando pari pœna venit plectendus, vt d.c. quātę, extra de ſentē. exco. & glo. in d.c.j. extra de offic. deleg.

CONCLVDENDO eo q ijdem Thraſo & Nebulo ſunt viles perſonæ, opinor eos furcis iuxta tabulatum Girardi Milonis affigendis laqueo ſuſpendi debere, ibidémque vitam opera & manu lictoris exhalare: omnibus eorundem bonis quibus licebit addictis, & confiſcatis: ſuper ijſdem ſummam primitus centum librarum Pariſienſiū cuilibet conquerentium pro omni reparatione iniuriæ damnorum & intereſſe capiendā adiudicando.

QVANTVM vero attinet ad Claudium Caligulam abſentē, per informatiōes culpatur, & oneratur adfuiſſe minis præcedentibus homicidia, per quas minas idē Milo vltro profitebatur & ſe iactabat vltionem ſumpturum contra inde interfectos ante tūc elapſurā hebdomadā, & hoc ī parui cerui taberna, put amplius cauetur in penultima & vltima depoſitione teſtium in prædictis informationibus examinatorum.

TVM ſecundo iuiſſe in occurſum prælibatorum Pluti, Xenij, & Craſſi à caupona leonis argētei vſq ad crucem Tiroueri cum eodem Milone & alijs interfectoribus: illico quoq in prætereuntes illic Plutum, Xeniū, Craſſum, & Dauum inſultaſſe ac crebris ſtrictorū enſium ictibus illos impetiuiſſe: iactatos humo, proſtratóſq (dēpto Dauo apprime ſauciato) reliquiſſe, & illinc ſe fugæ tergáq dediſſe: prout primus & ſecundus teſtis examinati in proceſſu & denuo repetiti per iudicem depoſuerunt, & iuramento vallarunt, ita dixerūt & confeſſi ſunt Deſiderius Anippus in ſuis litteris remiſſionis, nec nō Bernardus Thraſo in ſuo interrogatorio & confeſſione, pariter per confeſſionem Ferdinandi Paraſiti in quæſtione extortam, & poſt diem & noctem, & extra locum tormentorum geminatam: & ab hinc ſe abſentaſſe ab hac vrbe Pariſienſi.

CONSTAT etiam per proceſſum illum debite fuiſſe citatum ad tres breues dies: & deinde per edicta & ſono tubæ palām & publice iuridice & publico programmate vocatum ter quaternis diebus & quater ex abundanti: nec comparuiſſe: imò pro vero contumace & tentum & reputatum fuiſſe.

QVAERITVR nunc quid iuris in eum ſtatuēdum? Certū enim eſt q citatio perſonalis cōſtituit quē verū cōtumacē, vt c. venerabilibus, §. ſecus de ſenten. exco. lib. vj. ita q ver⁹ cōtumax ſiue exbannitus habetur pro cōfeſſo, nec poſtea audit de crimine: imò quotienſcunque reperitur, non eſt opus alio nouo proceſſu, ſed paratur ſola executio, dummodo noteſcat iudici præfatum contumacem eſſe illum de quo agebatur in proceſſu, ſecundum Bart. in l. diuus, verſi. & diuus, ff. de cuſto. reorum. Et idem Bart. in l.j. ff. de requir. reis, prout tamen iudex priuſquā procedebat ad condemnationē abſentis, habeat fidē de maleficio impoſito per examē teſtiū, vt Bar. ī l. inter accuſatorē, ff. de pub. iudic. repetendo videlicet vel recolendo teſtes vt ita factū eſt ſi prius eos nō examinauerit, quia vbi iudex non examinauit teſtes in criminalibus, debent iterum à iudice audiri, & repeti abſente reo, l. diuus, la ij. ff. de cuſto. & exhib. reo. ibi, & iterum iuſiurandum præſtabūt, & l. apud eloquentiſſimum, C. de fid. inſtru. Nam iudex non habet ſtare his quæ per alium quàm per ſe facta ſunt: vt in auē. de ſanctiſſ. epiſc. §. ſi vero crimen, coll. ix. hoc ideo, quia non omnes ex fide bona elogia conſcribere compertum eſt, vt dicta l. diuus, ff. decuſt. & exhib. reo.

ITA etiam poſt examinationē ſunt teſtes publicādi: fit autem publicatio partibus præſentibus vel abſentibus, citatis tamen. Nā iudex adhibitis ſibi teſtiū dictis illa leget in toto vel in parte, per ſe vel notarium, vt Speculat. in tit. de teſte, §. ſatis vtiliter, in princ. & Bar. in trac. de publicatione teſtium. §. de publicatione. Ergo quia pro conuicto de homicidio habetur: videtur teneri l. cornelia de ſicar. pœna mortis, vt l. qui cædē. & l. eiuſdem, ff. ad leg. cor. de ſicar. In cōtrarium verò videtur ius inſiſtere, nam iure communi nō poteſt ferri ſententia in abſentem ſupra relegationem, ſed tantū poteſt irrogari pœna ſcilicet pecuniaria, vel ea quæ æſtimationē contingit, qñ videlicet neq denuntiationibus, neq edictis præſidis obtemperauerit vſque ad relegationem incluſiue, q ſi quid grauius ſit irrogandum, puta in metallum, vel capitis pœnam, non poteſt abſenti talis pœna irrogari: quia vbi pœna extenditur ſupra relegationem, nulla pœna irrogatur abſenti: cū ſanctius ſit impunitum relinqui facinus nocētis, quàm innocentem damnari, vt tex. for. in l. abſentem, ff. de pœnis, iuncta glo. & l. abſentem, C. de accuſat. & l.j. §. j. ff. an per alium cauſ. appell. & hoc ſiue lis ſit conteſtata contra reum ante abſentiam, vt C. de requir. reis, l.j. ſiue nō ſit cōteſtata, vt d.l. abſentē, ff. de pœnis. iuris tamen interpretatione his iuribus non obſtantibus probatur maleficium vt ſæpius reum eſſe citatum, vt iij.q. ix.c. decernimus, & l. lege cornelia, ff. ad ſenatuſc. ſyllania. Ibi, præterea cauetur, vt his qui ante quæſtionem habitam fugerunt, ſi aperto teſtamento liberi inſcripti inueniantur, l. de ſicarijs iudicium fiat, ita vt ex vinculis cauſam dicant, & conuicti perinde ac ſi ſerui puniuntur. Et ideo qui apud fiſcum cauſam defendere ſę pius conuenti neglexerint, rebus iudicatis ſubijciendi ſunt. quod ex eo apparet, ſi ſæpe conuenti præſentiam ſui facere noluerint, l. contumacia, §. cōtumax. & l. de vno quoq, §. qui apud. ff. de re iudic. Sæpius autem vel ſæpe aduerbium verificatur in duabus vel tribus vicibus, l. quod in diem, §. ſeruo, ff. de condit. & demōſtra. ſecundum Dy. & poteſt in eos irrogari pœna pro qua

litate delicti, ſcilicet pœna ſanguinis de ſtatuto ciuitatum Italiæ ſecundum Bart. in l. j. ff. de requir. reis, & idem obſeruatur cõmuni vſu regni Franciæ, quia omnia iura clamant contra contumaces, vt habetur in l. ex conſenſu, §. fi. ff. de appell. cum ſimilibus. Theorica autem legis abſentem, ff. de pœnis, quæ dicit cõtra abſentem non poſſe ferri ſententiam diffinitiuam ſupra relegationem, cum ſanctius ſit impunitum relinqui facinus nocentis, quàm innocentem damnare, eſt intelligenda vbi reus nõ fuit legitime citatus: nam vbi eſt legitime citatus, poteſt abſens cõdẽnari diffinitiue: etiã ſupra relegationem, ita cauetur in c. abſens, iij. q. ix. qa tunc demum manifeſtum eſt confiteri de crimine eũ qui indulto, & toties delegato iudicio purgandi ſe occaſione nõ vtitur: nihilq; intereſt, vtrũ in præſenti examine non omnia quæ dicta ſunt comprobent, cum ipſa quoq; profeſſio ex procurata totiens conſtet abſentia, vt c. decernimus, iij. q. ix. Nam præſumptiue crimen videtur confiteri abſens, vt. ff. de re. iudic. l. cõtumacia, §. j. & xxiiij. q. iij. c. de illicita, in fi. debent tamen illa quæ probata ſunt ſufficere ad condemnationẽ abſentis, & omnia ſimul obijci, vt xxiij. diſt. c. illud, & ſupra dixi. quòd ſi iura ſint obſcura, in dubio fertur ſententia pro reo: vt Inſti. de interdict. §. commodum, & extra de fide inſtru. c. inter, in fi. Nam quandoq; actor intentionem probat: & tamen non liquet iudici de cauſa, vt ff. de re iud. l. Pomponius. Et ideo non vtiq; pronuntiatur ſecundum præſentem contra abſentem, ſed interdum abſens ſi bonam cauſam habuerit vincet, vt l. ad peremptorũ, ff. de iudic. non tamen vincet abſens quo ad condemnationem expenſarum aduerſus præſentem, vt c. calumniam, extra de pœnis, & l. properãdum, §. & ſi quidem, C. de iudic. vbi dicitur, q; victus præſens ſumptus ſuos de condemnatione deducet: præter autem expenſas victus præſens poterit de calumnia puniri: vt glo. in d. c. calumniam, & l. iij. C. de calũniat. & Inſti. de pœna temer. litig. §. aduerſus. Concluſiue ergo criminoſi abſentes per edicta vocati ſecundum naturam delicti habita fide de delicto impoſito per examen teſtium poſſunt condemnari ad vltimum ſupplicium, tex. for. in l. ſi apparitor, de cohart. lib. xij. C. & l. ne diu, C. de pœnis, & l. ad commentarienſem, de cuſto. reorum. Et quãuis illa iura videantur ſpecialia quælibet in ſua ſpecie, tamen ita obſeruatur de cõmuni vſu & obſeruantia prædicti regni Francię vt dixi: ita q; vbi per legem ex delicto venit pœna mortis imponenda, ſi delinquens non ſit in dignitate conſtitutus, venit laqueo ſuſpendendus ſecundum Bal. in l. data opera, C. qui accuſ. non poſſ. Nam idem exceſſus, eſt magis in vno quàm in alio puniendus, cap. ſicut dignum, extra de homicid.

IGITVR mea fert opinio (ſalua tamen melius ſentientis ratione (quòd memoratus Claudius Caligula legionarius abſens tanquam verus contumax eſt conuictus de ſibi impoſitis homicidijs & vulneribus Dauo illatis, debétq; diffinitiue condẽnari vitam terminare furcę iuxta tabulatum Girardi Milonis affigendæ, omnia & ſingula eiuſdem bona cõfiſcata, quibus licebit declarari ſuper hiſdem primitus ſummã centũ librarum Pariſienſiũ capiendam cuilibet conquerenti adiudicando pro omni iniuria, damnis & intereſſe, per quemlibet illorum prętenſis. Alijs autem partibus ſuper hiſdẽ bonis intereſſe prætendentibus etiã ſatiſfactis, & ita mihi videtur.

IACCHVS Ebrio tredecim annorum cũ dimidio, & alter famulorum memorati Milonis agnoſcitur per primum & ſecundum teſtẽ inquiſitionis ex aſpectu, eo q; eſt imberbis: per caput enim, cui⁹ſit imago, dignoſcimur, l. cũ in diuerſis, ff. de relig. & ſumpt. funer. vbi dicit Bart. q; ſi teſtis interrogetur ſi cognoſcat talem, & dicat, q; ſic, quia vidit eius caput & faciem, ſufficit & valebit eius dictum.

COGNOSCITVR etiam per eoſdem teſtes ex habitu: eo q; caligis bipartitis ſit indutus, prout erat tempore homicidiorum. Talis ſiquidem eſſe dignoſcitur, qualem habitus demonſtrat. Et ex habitu dignoſcimur, l. Item apud labeonẽ, §. ſi quis virgines, ff. de iniu. & Specul. in tit. de aduocat. §. ij. dignoſcimur etiã per ſtigmata, vt l. ſtigmata, de fabricenſ. lib. xj. C. Et l. pe. de aquæ duc. eodem lib. C. & ſupra dixi in depoſ. primi teſtis inquiſitionis.

CONVINCITVR hiſdẽ teſtibus eidẽ accaratis & exhibitis ſiue confrontatis: & nulla per eum perfidia ſaltem concludente in eos obiecta, prædictis adfuiſſe homicidijs: & adhuc per dictum ſecundi teſtis ſtrictũ enſem ad pugnum habuiſſe, non tamen quempiã percuſſiſſe, fertur. Opem ergo fert, qui miniſterium atq; adiutorium præbet, l. in furti, §. ope, & l. ſi pignore, §. qui ferramenta, ff. de furt. vel qui potuit protegere & non adiuuit, in pari cauſa factori habendus eſt: ſi inſiſtere non potuerit, parcendum eſt ei, l. omne delictũ, §. qui propoſitum, ff. de re milita. & l. j. §. occiſorum, ff. de ſenatuſc. ſylla.

CONVINCITVR itaque per dictum tertij & quarti teſtis inquiſitionis eidem exhibitorum, & per eum minime exceptorum, de fuga incontinenti poſt, & prope locum homicidiorum ſtricto enſe ad pugnum cum eodem Milone & alijs. Et ſic ſunt duo teſtes qui deponunt de enſe ſtricto, non tamen eodem loco. Et adhuc penultimus teſtis deponit de enſe ſtricto & ſanguinolento. Fuga ergo poſt delictum commiſſum eſt indicium, vt l. lege cornelia, verbo præterea cauetur, ff. ad ſenatuſc. ſyllania. delatio gladij poteſt dici aliud indicium, q; lex præſumit ad malum, vt C. vt armorum vſus, l. vna, lib. x. C. & in auẽ. de armis col. vj. ſanguinolentia gladij poteſt dici aliud indicium, ex quo capitur coniectura, ſicut & aliàs, ff. de donat. inter vir. & vxor. l. vtrum, ſic in primo coitu dignoſcitur violatio virginitatis: & probatur per aſpectum linteaminis ſanguinolenti, vt glo. in c. ſatis, xxxiij. q. v.

CONVINCITVR demum per dictum & depoſitionem Ferdinãdi Paraſiti in quæſtione extortam diligẽdiatum fuiſſe, & interemptos tunc viuentes tempore inſultus & rixæ percuſſiſſe: quem quidem Paraſitum ei exhibitum & accaratum & ſuam confeſſionem eo Ebrione præſente ſacramento confirmantẽ nulla ex-

ceptione aut perfidia excepit.

INTERROGATVS ſuper his indicijs fatetur eſſe famulum eiuſdem Milonis, & omnium delinquẽtium habere notitiam.

FATETVR eundem Milonem litem habuiſſe cum occiſis.

FATETVR inquam eundem Milonẽ audiſſe conquerentem,& moleſtum eſſe lite ſuccubuiſſe contra & aduerſus nunc interfectos, & hoc in prandio diuerſorij parui cerui facto,minas autem audiſſe inficiatur.

INFICIATVR etiam adfuiſſe homicidijs:ſcit autem cõmiſſa fuiſſe,ſed à quibus,dicit neſcire: ſic inuenitur in mendacio,quia trib⁹ teſtib⁹ cõuincit adfuiſſe homicidijs:ſcilicet per dictum primi, & ſecũdi teſtis, & dictũ Ferdinandi Paraſiti torti digladiatum fuiſſe, quinimò Paraſitus dicit percuſſiſſe,per tertium autem & vltimum teſtem aufugiſſe à loco homicidiorũ ſtricto enſe,& adhuc per vltimum teſtem ſtricto enſe & ſanguinolento.Et ſic ſunt quatuor teſtes qui deponũt de ſtrictione gladij,quod inficiatur,& ideo mendaciũ eſt maximum indicium ſiue præſumptio contra eum qui mentitur,vt l.vnius,§.teſtes,ff.de quæſtio. & c.literas,extra de præſumptio.

VIDENTVR tñ hi teſtes eſſe ſingulares.Nam primus teſtis dicit eundem Ebrionem homicidijs aſtitiſſe,ſecundus aſtitiſſe & enſem ad pugnũ ſtrinxiſſe,tertius & quartus teſtis dicunt eum vidiſſe fugientẽ prope locum, & incõtinenti poſt homicidia enſe ſtricto. Et adhuc tertius teſtis de enſe ſtricto & ſanguinolento loquitur.Ferdinandus Paraſitus vnus ex reis dicit eundem Ebrionem defunctos tunc viuentes tempore homicidij peuſſiſſe,& ideo non videntur hi teſtes concludere,neq; probare,vt c.cum dilect⁹,§.nos verò ibi, cum contra hoc eorum eſſet probatio inſufficiens, eo q; ſinguli eſſent in ſuis teſtimonijs ſingulares,extra de elect.Et maxime non videtur adhiberi fides depoſitioni Paraſiti in quæſtione extortæ,cum confeſſo vel conuicto non credatur de ſocio, niſi alleget euidentẽ rationem de commiſſo communiter facinore, l. ſicut, C. de quæſtio. & l.j.§.cum quis latrones,ff.eodem.

IN contrarium autem quæ tormentis fatigatus dicit vt teſtis,veritatem ipſam dicere videtur, nec poſſet reuocare confeſſionem extra torturam, imò tenebit,l edictum,iuncta glo.in verbo efficaciſſimas,ff.de quæſtio. lex autem ſicut C.de quæſt. & d.l.j.§. cũ quis latrones,ff.eodem,loquitur quando tortus ad euitandum de ſe ſententiam alios criminatur: plerique enim dum metuunt ne forte apprehenſi alij eos nominẽt, prodere eos ſolent,impunitatem ſibi captantes, vt d. §.cum quis,quo caſu non eſt eis credendum ſine veriſimilitudine,vt d.iuribus.

QVOD aũt teſtes ſint ſingulares,hoc non infert quin cõcludere poſſint quo ad indicia.Nã eſto q; in delictis teſtis debeat deponere & concordare de tẽpore & loco,& q; varietas loci & temporis reprobet teſtem, vt in Daniele & Suſanna,vt c.nos,§. Itẽ Daniel.ij.q. vij. hoc habet locum quando de certo tempore eſt quæſtio.quod exigitur ad alicuius rei & facti exiſtentiam in actu non reiterabili,vt in homicidio,vt l. quamuis, in fiñ.C.ad leg.Iul.de adult.& Bartho.in l.vulgaris,ff. de furt.

SED in actibus reiterabilibus, vt in iſtis,ſecus: quia actus reiterabiles qui tendunt ad vnum & eundem finem,poſſunt probari per teſtes ſingulares,& ſufficit q; teſtes diuerſis temporibus,vel eodem loco,vel diuerſis locis viderint & audierint à diuerſis, vel q; aliqua pars viciniæ clamet de hoc actu reiterabili,vt c.qualiter,& quando,l.ij.& ibi Innoc.extra de accuſ.&. c. ſuper eo,extra de eo q cogno.conſang.vxo.ſuæ.& Bart. in l.ob carmen.§.teſtes,ff.de teſtib. & ſupra dixi in inquiſitione primi teſt.in glo.verbo nonam.

QVAERITVR autem per quot teſtes debeant probari hæc indicia ita diuerſa:dic q; quando teſtis non teſtificatur de maleficio ipſo ſed de indicio quodam, dicens q; reus fuit repertus tali nocte in loco ibi vicino,quando fuit contractum maleficium:hoc indicium nõ ſufficeret probari per vnum teſtem,ſed duo requiruntur,vt glo.in l.fiñ.ff. amiliæ hercil. & l.vbi numerus, ff.de teſtib.Quando vero indicium non eſſet remotũ,ſed propinquũ & tangens negocium de quo quæritur,tũc vnus bonus teſtis de viſu ſufficeret,vt l.maritus,ff.de quæſtio. vel confeſſio.extra iudicium,vel captus ibi,& dicitur q; eſt propter hoc, vt l. capite quinto.ff.ad l. Iuliam de adulter. Tunc poſſet eſſe indiciũ ita propinquum quòd eſſet ſufficiens ad torturam, & poteſt probari per vnum teſtem,vt videre fugientem cum gladio ſanguinolento prope locum delicti,ſecundum Bart.in l.fi.ff.de quæſtio.vbi dicit ita intelligi debere glo.d.l.fi.ibi, præcedente ſuſpicione,& glo. in l. ſi quis,C.ad leg.Iul.maieſt.vel etiam ſi vnus teſtis teſtificatur de maleficio ipſo probaretur indicium,quod ſufficeret ad torturam,vt glo.in l.iij.C.ad leg.Iul. maieſt.& c.fi.extra de iureiur.& d.l.fi.ff.de quæſtio.

SVNT certe hic plura indicia concurrentia indubitata legi,& à lege approbata,ideo iudici debẽt eſſe indubitata, l. ſi tutor,ff. de pericul.tuto. Et talia indicia debent concludere iudici: aliàs facit litem ſuam,quia dicuntur indicia indubitata,vt Bal.in l.fi.C.de probat.

CERTA ergo indicia quæ iure non reſpuuntur, nõ minorem probationis quàm inſtrumenta continent fidem,vt l.indicia, C.d rei vendic. & C.arbit.tut.l.fi. & l.in exercendis,C.de fide inſtru.& talia indicia capiũtur pro præſumptionibus iuris & de iure:& dicitur talis præſumptio ſcilicet iuris & de iure, cum ius fingit & ſtatuit ſuper facto, contra quam fictionem non admittitur probatio contraria, vt c. ad id, & c. is qui, extra de ſponſ.& de condit.appoſ.c. per tuas: nam legis dicitur eſſe ſententia, vt l.ſi hi qui adulterij, C.ad leg.Iul.de adult.& l.excipiuntur,ff.ad ſenatuſc. ſylla. Et in auteñ vt lice.mat. & auiæ,coll. viij. & d.l.fiñ. C. de probat.

FICTIO autem iuris eſt quando ius certum de alio facto fingit ſtatuendo oppoſitum exemplum, ius fingit vxorem ſtipulatam dotẽ ſibi reddi, licet ſit certum q; non fuerit ſtipulata,ſed in fauorem mulieris ius hoc fingit.vt Abb.in c.is qui,extra de ſponſ.& c.quanto,extra de præſumpt.nec aliquis audiretur ad probã dum contrarium,vt C. de rei vxo. actio.l.j.§.Idem in

arrogato,qui ſemper intelligitur ſtipulatus quartã par tem de bonis arrogatoris ſi emancipetur,vt l.ſi arro gator,ff.de adoptio.ſimilis præſumptio eſt xj. q.j.c.ſi quis clericorum,& extra qui mat.accuſ.poſſ.c. ſuper, vt ſupra in ſuis locis diximus,& talia indicia ſufficiunt ad ferendum ſententiam,quia æquiualent teſtibus & inſtrumentis,vt cap.afferte mihi gladium,extra de præſumpt. Quinimò nec tanta indicia requiruntur ad condemnationem,vnde vbi quis viſus eſt fugere cum gladio ſanguinolento,& ibi reperitur aliquis mortuꝰ, ex hoc eſt homicidium manifeſtum q̃ ipſe fecit:& ta le maleficium dicitur eſſe notorium ſecundum Barth. in l.fur.ff.de furt.vbi etiam tex.ibi,& l. capite quinto, ff.ad leg.Iul.de adult.& Bal.in l.fiñ.C. de probat.duo nempe indicia certa & indubitata, aut duæ præſumptiones,vt quia reus viſus eſt in delicto commiſſo, & in fuga poſt delictum ſtricto enſe, & hoc probatur p̃ duos teſtes, vt ſupra faciũt plenam probationem cum alijs adminiculis, ſcilicet quia alius teſtis dixit vidiſſe enſem ſanguinolentum fugiendo,alius vidit eum percutere in inſultu,vt glo.fi.in l.ij.ff. de excuſ.tuto.quia quæ non proſunt ſingula,multa iuuant,l.rationes,& l. inſtrumenta,& l.non nudis,C. de probat.& ea indicia ſimul iũcta vel mixta,& à lege approbata,poſſunt dici indicia indubitata,ex quibus poteſt procedi ad condẽnationem quadruplici ratione. Prima, ſufficit q̃ quis ſit teſtibus ſuperatus, vel voce propria confeſſus, ad hoc vt poſſit capitalis ſententia contra eum proferri, vt C.de pœnis,l.qui ſententiã,& C.de epiſc. & cleric. l.ſi quis,& C.quorum appell. non recip.l.ij.ita eo modo ex prædictis indicijs à iure approbatis poterit ſententia capitalis proferri, vt l.ſi hi qui adulterij, C. ad leg.Iul.de adult.& l.excipiuntur,ff. ad ſenatuſc. ſyllania.nec minorem auctoritatem & fidem probatam,q̃ teſtes vel inſtrumenta videntur hæc talia indicia continere,vt l.ad probationem,l.ij.C.de prob.& tã teſtes quàm aperta indicia & manifeſta æquiparãtur,vt poſſit ſequi ſententia diffinitiua,vt d.l.fi.C.de prob.

SECVNDA ratio,quotiens circa idem plura auxilia eiuſdem generis ex eodem facto deſcendentia ſimul commixta iuncta concurrunt,dicuntur rem perficere & plenam probationem adducere,vt ff.de excuſ.tuto. l.ij.§.hoc amplius,& ff.de appell.l.ſi qui ſeparatim,§.j. & C.qui numer.tutel.l.vna.ſic à ſimili ſupra dicta indicia ſimul iuncta plenã probationem inducũt.Ideóq̃ ſingula quæ non proſunt,multa iuuant, vt in auẽ.de fide inſtru.§.ſi vero additum, & §. ſi vero nullus, coll. vj.& Inſti.de hęred.inſti.§.ſi plures,&extra de teſtib. c.præterea,& C.de teſta.l.ſancimus.

TERTIA ratio,videmus quòd duo vel plura vnum perfectum conſtituunt,vt C.de agric. & cenſit.l. cum ſcimus,in princ.Quid ergo plura? Reperitur in iure q̃ ipſa principalis cauſa criminalis per argumenta & præſumptionem dignoſcitur,& terminatur, quanquam liquide delictum probari non poſſit, vt ff. de re milita. l.nõ omnes,§.à barbaris, ibi & ſi hoc liquide probari non poſſit,argumentis tamen dignoſcendum eſt:& tamen capitalis cauſa ibi agebatur, vt conſtat per l. deſertorem,§.is qui,ff.eodem,& facit in auteñ. vt liceat mat.& auiæ.§.illud.colla.viij.

QVARTA ratio, cum in qualibet cauſa ciuili regulariter duæ ſemiplenæ probationes faciant vnam probationem plenam & poſſit cauſa ciuilis per indicia, & præſumptiones probari vt extra de præſumptio.c. ex literis,& arg.ff.de his qui ſunt ſui,vel alieni iur.l.filiũ, & notari conſueuit in l.in bonæfidei contractibus, C. de reb.credit.& l.etiam proprietatis,C. de probat.plꝰ tamen valere debent & operari tria vel plura auxilia quàm duo. Nam ratio conſiſtit vt plus tribus quàm duobus credatur, pluralitati enim ſtandum eſt, vt ff. de pactis,l.maiorem,& ff. de teſtib.l.iij.§. hæc verba, & C.de fideicom.l.quæſtionem,in fi.Ergo tria indicia vel tres ſemiplenæ probationes, vnam probationem poterunt operari,vt l.ſi hi qui adulterij,ff. ad leg. Iul. de adult.vbi dicitur q̃ violenta præſumptio quam lex pro plena p̃batione habet,æquipollet confeſſioni partis:indicijs ergo quibus ſumitur plena probatio,per ea ſumitur & ſupplicium,vt d.l.excipiũtur,ff. ad ſenatuſ. ſyllania.iuncta glo.vbi dicit tex.ex impubere ſumitur ſupplicium per indicia,& ibi cauetur q̃ quidam puer non multum aberat à pubertate, & ad pedes domini cubuerat cum occideretur dominus,nec poſtea cædẽ eius prodiderat:vt enim opem ferre eum non potuiſſe conſtabat, ita ſilentium poſtea præſtitiſſe certum erat. & his dumtaxat impuberibus ſenatuſconſultum parci credebat, qui tantum ſub eodem tecto fuiſſent. Qui verò miniſtri vel participes cædis fuiſſent, & eius ætatis, quamquam nondum puberis, vt rei intellectum capere poſſint, his non magis in cædem domini quàm in nulla alia cauſa parci oportere.Et ſic tria tantum erant indicia contra impuberem. Primũ, prope pubertatem erat, quod dicitur diſtare per ſex menſes,vt l.fi.ff.de lib.exhib.Secundum ad pedes domini cubuerat. Tertium,necem domini non prodiderat,vt glo. in d.l. excipiuntur, & ita videmus qualiter impuberes teneantur de delicto,vt Inſti.de oblig.quę ex.delic.naſc.§.pe.ſic in noſtro caſu agitur de impubere,qui pluribus vrgetur indicijs à lege approbatis, vt ſupra diximus,quibus etiam probatur dolus, tum ratione mendacij tum eius præſentiæ & digladiationis, in homicidijs percuſſionis & ſanguinolentiæ gladij. itaq̃ ex indicijs perſpicuis comprobatur dolus,l.dolũ, C.de dolo.Ergo quamuis impubes, videtur teneri l. cornel.de ſicar.pœna mortis ſimilitudine ſupplicij qua eius participes & fautores ſupra cõdemnati,vt l.ſi quis te reũ,C.ad leg.cor.de ſicar.& l.impunitas, C.de pœnis,& ff.de fur.l.impuberem,vbi dicitur poſſe cum impubere damni iniuria agi, & cũ impubere culpæ capace lege aquilia agi poſſe p̃ furto.Qui ergo hominis occidendi cauſa ambulauerit, perueniendo ad aliquem actum punitur capite,ſcilicet lege cornelia de ſicarijs, non habita differentia cuius conditionis hominẽ interemerit,l.j.§.j.ff.ad leg.cor.de ſicar.iure autẽ municipali & cõſuetudine regni Franciæ regulariter nõ punitur animus,niſi ſequatur effectus,& punitur tantum homicidium ſubſecutum.Idem tenet Barth.in d.l.ſi in rixa,& l.j.§.diuus,ff.ad leg.cornel.de ſicar.pœnæ ergo perſonales,ſcilicet amiſſiones vitæ & membri, requi-

runt actum conſummatum. Sed pœnæ minores,non requirunt delictum conſummatum,ſed inchoatum,vt ff. de extraord.crimi.l.j.§.qui puero, ibi, pfecto flagitio punitur capite,imperfecto deportatur, & Bal.in l. ſi quis non dicam rapere,C.de epiſ.& cler. inchoatur autem delictum ſtatim q̃ conatus tranſit in alium, id eſt contumeliam alterius,& non ante, licet finalis effectus non ſequatur.Et hoc poteſt cõtingere dupliciter: primo per actum remotum à principali delicto, ſicut in inſultu ad homicidium faciendum: vel per actum propinquũ,ſicuti eſt vulnus.Actus ergo verbi & actus facti remotus minus punitur. Sed actus propinquus acrius punitur:iudex tamen ibi ex officio mitigat pœnam,vt ff.de pœnis,l.ſi quis aliquid.§.nondum,& l.aut facta,§.euentus,ff.eodem. Nec obſtat lex, is qui cum telo,C.ad leg.cornel.de ſicar.quia ibi delinquens punitur eadem lege,non tamen eadem pœna,ac ſi conſummaſſet delictum, vt not. Guil. de Cuno in d.l. ſi quis non dicam rapere. In leuioribus etiam delictis non punitur affectus niſi ſequatur effectus,l.j.§.fiñ.ff.quod quiſque iur.niſi lex aliter cenſeat,ſecundum Bart.in l. generaliter.§.j.ff.de calumniat.Malorum igitur mores infirmitas animi ĩpuberis non excuſat,vt C.ſi aduerſ. delict.l.j.

IN contrarium verò non videntur inferre iura ad hoc vt idem Ebrio impubes,l.cor.de ſicar.teneatur in caſu præſenti. Nam eſto quòd adfuerit homicidijs cũ Milone eius domino & magiſtro,& quòd gladiũ ſtrinxerit,ex hoc nõ videtur alicui præbuiſſe cauſam mortis.Et in hoc conſideranda eſt affectio. Nam iniuria facta filio fit patri:& ſi facta fuerit vxori, videtur facta viro, vt l.j.ff.de iniur. Et ſi facta fuerit conſanguineo,videtur facta ſibi,vt l.lex cornelia, ff. de iniur.& l.j.ij.& iij.ff.de liber.cauſ.& ſi facta ſit domino, videtur facta ſeruo,cum beneficio affici hominem interſit hominis affectionis ratione, vt l.ſeruus ea lege, ff. de ſeruis export.& ff. de tutel.& ratio. diſt.l.j.§. ſed non nullos.& ideo eo caſu videtur eſſe licita offenſio pro defenſione conſanguineorum vel dominorum,vt l.vt vim,iuncta glo.& ibi Bart.ff.de iuſt.& iur.Et Bartho. in l. facultas de iure fiſc.lib.x. C.verum eſt quòd cum moderamine inculpatæ tutelæ debuit fieri hæc defenſio,vt l.j.C.vnde vi. moderamen autem inculpatæ tutelæ eſt offenſio circa defenſionem, vel dicitur moderata defenſio quando aliter quis non poteſt euadere ſiue pertranſire quin recipiat offenſionem, vt d.l. vt vim,& ibi Barth.ff.de iuſt.& iur.& l.ſcientiã.§.qui cũ aliter.ff.ad leg.aquil.& dicit Bart.in d.l. vt vim,quòd ad maiorem cautelam defenſor debet clamare ſuccurrite vel occurrite, vt docet glo. in l.iiij. ff. ad leg. aquil.& in l.furem nocturnum,ff.ad leg. cor. de ſicar. Sed in noſtro caſu Milo, & alij participes erant aggreſſores,& aggreſſi ſiue inſultati carebant gladijs,& baculis,dempto Dauo famulo defuncti magiſtri Chryſoſtomi Craſſi.Ideo nõ videtur defenſio facta cũ moderamine inculpatæ tutelæ, quia potuit euadere ſine offenſione,& licet ex pluribus habentibus animũ occidendi vnus tantum percuſſerit quem interemit, omnes tamen tenentur de occiſo, vt glo.in l. ſi in rixa,ff. ad leg.cor.de ſicar.& Exodi xxj.c.

SED eſto adhuc quòd fuerit in dolo, & præbuerit conſenſum cooperationis,& æqualiter peccent facientes & conſentientes cooperando, vt c. quantæ,iuncta glo.extra de ſenten.excom. & qui miniſterium atque adiutorium præbet, opem ferat,l.in furti,§.ope, & l.ſi pignore,§.q̃ ferramenta,ff.de furt. Attamen debet haberi ratio ætatis huius impuberis. Nam licet minor annis viginti quinq; in delictis non mereatur in integrum reſtitutionem,vtiq; in atrocioribus quæ proueniunt ex animo:interdum tamen miſeratio ætatis ad mediocrem pœnam iudicem producere debet,vt l.auxilium,§.in delictis,ff.de minor.ferè ſiquidem in omnibus pœnalibus iudicijs ætati,& imprudentiæ ſuccurritur,l.ferè,ff.de regul.iur.& ſuccurritur minori vel ipſo iure,vel per reſtitutionem:nam cum minor aut infans delinquit ipſo iure non tenetur, ff. de rei vend.l. quod infans,aut maior infante delinquit,& tũc aut per culpã:& tunc ſuccurritur per ĩ integrum reſtitutionẽ, vt in nihilum teneatur,vt C.ſi aduerſ.delict.l.j.in fiñ. Aut dolo delinquit, & tunc ſi ciuiliter agitur nõ iuuatur,vt ff.de minor.l.ſi ex cauſa,§.ſi incommiſſum, niſi vt pro confeſſo vel tranſacto habeatur,vt ea l.§.nũc videndum.Si criminaliter agatur: aut eſt atrox delictum tantum & non ſubuenitur:niſi quatenus miſeratio ætatis produxerit iudicem ad mitiorem pœnam aut atrociſſimam,& d.l.auxilium,§.in delictis, & glo. in d.l.ferè.ff.de regul.iur.

SIC mitius agendo videtur idem Ebrio pro intereſſe publico teneri actione iniuriarum quanti iudex eſti mauerit,ſcilicet in fuſtium caſtigatione.Nam vbi manus inferuntur,re dicitur fieri iniuria,vt l.j.§.iniuriam, ff.de iniur.& omnis iniuria quæ manu fit, lege cornelia de iniurijs continetur,l. lex cornelia, ff. eodem,& atrox fit iniuria, vbi etiam tantum vulnus illatum eſt, vel os alicui percuſſum,l.prætor,§.atrocem,ff. eodem. Pro atroci ergo iniuria extra ordinem ex cauſa,& perſona iudex ſtatuere ſolet. Nam ſerui quidem flagellis cæſi dominis reſtituuntur,liberi verò humilioris quidem loci fuſtibus ſubijciuntur,cæteri autem vel exilio temporali, vel interdictione rei certæ coercẽtur.quia interdicitur eis ars ſua,l.fi.iũcta glo.ff.de iniur. & hoc quo ad publicum intereſſe fiſci. ſic vbi criminaliter agitur victoria eſt fiſci pro publico intereſſe,vt not.in l.agraria,ff.de termi.moto.& ſupra dixi in verbo querimonia,in glo.dicitur autem iudicium criminale etiã quando agitur de crimine ad pœnam pecuniariam fiſco applicandam,vt glo.in §.in ſumma,verb. extraordinaria,Inſti.de iniur.ſolemus tamen dicere ex quibꝰ cauſis publica ſunt iudicia, ex his cauſis non eſſe nos prohibendos quo minus priuato agamus.Sed hoc verum vbi non principaliter de ea re agitur quæ habeat publicam executionem.quid ergo de lege aquilia dicemus?Nam & ea actio principaliter hoc continet:hominem autem occiſum non principaliter.Nã ibi principaliter de damno agitur quod domino datum eſt,at in actione iniuriarum de ipſa cæde vt vindicetur, & non vt damnum ſartiatur agitur,vt l.prętor,§.at quin ſolemus, ff. de iniur. agitur ergo ciuiliter iniuriarũ vi-

criminaliter lege cornelia de ſicar. ad vindictam tantum,& quod tibi non abeſt peti videtur,& quod alteri nõ adeſt,vt glo.in d.l.prętor,§. quid ergo,verbo principaliter. Cum ergo dicitur conuenio te lege aquilia quia hominem occidiſti, oportet damnum exprimi, ſcilicet conuenio te ad decem, quia in tantum me dãnificaſti.Sed ſecus in actione iniuriarum, quia non exprimitur certum, ſed iudex æſtimat iniuriam deſcendentem ex lege cor. de iniur.vt l. conſtitutionibus,§. fi.ff.de iniur.Sed damnum non venit in actione iniuriarum principaliter, ſed bene ſecundario & acceſſorie,vt glo.in d.§.quid ergo,verſic.ſartiatur. interdum etiam iniuriæ appellatione damnum culpa datum, ſignificatur,vt in lege aquilia dicere ſolem⁹,vt d. l.j.§.j. ff.de iniur.& l.ſed & ſi quemcunq;,§.j.ff.ad leg.aquil. Sic ideo poſſumus agere ciuiliter actione iniuriarum æſtimatione iudicis faciẽda pro contumelia,l.conſtitutionib⁹,ff.eodem.ita etiam criminaliter & extra ordinem,vt glo.ibidem,ver.æſtimatione,& l.fi. eodem, & ſic pro atroci iniuria poteſt agi criminaliter & ciuiliter actione iniuriarum ad vindictam,vt l.domini.C. de iniur.iuncta glo. magna,& l. Item. §. ſi quis ſeruo verberato,ff.eodem,dummodo non agatur principaliter de ea re quæ publicam executionem habeat, d. §. atquin ſolem⁹,caute ergo agendum eſt, nam ſi primo quis agat ciuiliter iniuriarum ad damnum culpa datũ ſcilicet aquilia,non poterit poſtea agere criminaliter pro contumelia, vt iniuriarum. Nam non eſt eadem res,cum altera actio ad damnum pertineat culpa datum ſcilicet Aquilia,altera ad contumeliam:vt iniuriarum.vt l.Itẽ apud labeonẽ,§.ſi quis ſeruo, ff. de iniur. iuncta glo.ibidem,verſic.altera.Et d.l.prætor,§.j.iuncta glo.in verbo actionem,ff.de iniur.

VT quia igitur idem Ebrio non pulſauit defunctos, aut illorum alterum,verum aduerſus eos tantum manus leuauit,& gladium ſtrinxit, quos terruit & quaſi vapulaturos non tamen percuſſit:vtili actione iniuriarum videtur teneri erga conquerentes ſuorum iniuriam proſequentes pro intereſſe priuato,vt l.Itẽ apud labeonem,§.ſi quis pulſatus, ff.de iniur.non autem videtur teneri l.cornelia de iniur.vt glo.ibidem,& l.lex cornelia,& §.inter,eodem,& l.legis,ff.ad leg.Iul.de vi priuat.Sed hoc verum eſſet,niſi aliter effectus fuiſſet ſecutus,ſcilicet homicidiorum,ſed quia commiſſa plura homicidia à pluribus,ideo habet locum lex cornelia de iniurijs pro atroci iniuria,d.l.fiñ.ff. de iniur. Et tot ſunt iniuriæ quot ſunt perſonæ iniuriam facientes: ideo omnes tenentur actione iniuriarum,& ſingulorũ eſt proprium maleficium. Ita q̃ quãdo ſunt plures iniuriam pluribus facientes,vt nonem hi homines fecerunt inſultum contra quatuor, certe punientur inſultãtes de tot inſultibus quot ſunt perſonæ inſultantes,cũ certum ſit q̃ quilibet inſultantium fecit inſultum contra quemlibet eorum qui ſunt inſultati, vt l. ſi plures. ff.de iniur.& l.ſi quis in graui, §. ſi cum omnes domini,ff.ad ſenatuſc.ſyllania.Et ideo quando committitur delictum in plures, quilibet cuius intereſt poteſt agere vel accuſare ex perſona vniuſcuiuſq;,& quilibet habet actionem per ſe in ſolidum,vt l.j.in fiñ.ff.de iniur. vnde ſi nupta filia familias iniuriam acceperit,& vir & pater iniuriarum agant,tanti patri condemnandus eſt reus quanti condemnaretur ſi ea vidua eſſet,viro tanti quanti condemnaretur ſi ea in nullius poteſtate eſſet, quòd ſua cuiuſq; iniuria propriam æſtimationem habet,& ſic ex vna iniuria interdum tribus quatuor aut quinque perſonis oritur actio iniuriarum, l. eum quĩ nocentem,§. ſi nupta,ff.eodem,neque vnius actio per alium conſumitur, vt puta vxori meæ filiæ familias iniuria facta eſt, & mihi, & patri eius, & ipſi vxori, & etiam auo,& nurui ſi habeat, iniuriarum actio incipiet competere,d.l.j.§.fi.ff.de iniur.

CEDIT ergo animi mei arbitrio eundem Ebrionẽ pro contumelia,ſcilicet pro reparatione iniuriæ condẽnari debere cæſum virgis manu & opera lictoris in quadriuijs aſſuetis in exilium perpetuum à regno Frãciæ pœna vltimi ſupplicij in contrarium imminente mitti omnibus & ſingulis eiuſdem bonis quibus licebit additis & confiſcatis ſuper ijſdem ſummam cẽtum librarum Pariſienſium cuilibet cõquerentium pro reparatione iniuriæ damnorum & intereſſe adiudicãdo.

FERDINANDVS Paraſitus memorati Anippi alter confamulus tortus non agnoſcitur,neq; conuincitur teſtimonio ſępe dictis adfuiſſe homicidijs:ſic tantũ poſſum⁹ elicere propriam eius cõfeſſionẽ,fatetur eũ eundem Milonem liti ſuccubuiſſe aduerſus interemptos tunc viuentes, quos criminabatur & increpabat, aſſerendo ſe de illis vlturum,& iniuriam impunitam non relicturum,quod tamen id interemptis ipſe reus ante non prodidit,& ſic ratione ſilentij iudicium de dolo contra eum,ſæpe allegata l.excipiuntur,ff.ad ſenatuſc.ſyllania.

FATETVR adfuiſſe cœnæ factæ ſub interſignio leonis argentei die homicidiorum,& hinc hora nona ſerotina cum eodem Milone & Anippo & alijs receſſiſſe,ſcíq; Craſſum,Plutum,& Xenium, interemptos fuiſſe ex relatione aliquorum,horum tamen homicidio aſtitiſſe negat.certum autem eſt,& conſtat in proceſſu homicidia die ſupradicta & hora cõmiſſa fuiſſe per eos quos fatetur concomitatum fuiſſe prædicta hora.

FATETVR in ſumma per confeſſionem propriam in quæſtione extortam adfuiſſe homicidijs, & vidiſſe Milonem,Thraſonem,& Caligulam percutientes tũc viuentes & demum interemptos Craſſum, Plutum,& Xenium,quam confeſſionem poſt diem & noctem & extra locum tormentorum geminauit,non tamen fatetur quenquã illorum percuſſiſſe:& ſic illa ſciẽtia pro patientia facinoris habetur: vt qui prohibere potuit & non prohibuit:ſiue de iure,ſiue de facto prohibere potuit,lege aquilia teneatur,l.ſciẽtiam,ff.ad leg.aquil. & glo.in l.in lege,ff.eodem,& l.in omnibus, & l. ſeq. ff.de noxal.actio.Itaq; in l. aquilia venit etiam leuiſſima culpa vbi quis ſciuit & non prohibuit cum prohibere potuit,d.l.in lege.

QVAERATVR tamẽ per dictum Deſiderij Anippi eiuſdem domini in ſuis literis remiſſionis relatum

enſem ſuum ſtrinxiſſe & altitiſſe homicidijs non vt ferret ſed vt opem percuſſoribus ferret, ſi per aliorum violentiam impedirentur, quod eſt aliud indicium & ſemiplena probatio per vnum teſtem.

HAEC ſunt indicia quibus oneratur idē Paraſitus, ex quibus non poteſt conſtare præbuiſſe cauſam mortis interemptis.

QVID ergo iuris in eo ſtatuendum oporteat, videtur q̄ hæc indicia ſunt tantū præſumptiones iuris quibus nō poſſit diffinitiue damnari reus triplici modo.

PRIMO, quia cum in ciuilibus quæſtionibus maioribus vna libra auri non minor quàm trium teſtium exigatur probatio, vt in auth. de fide inſtru. §. oportet, & §. hoc dicimus, coll. vj. & not. C. ſi certum pet. l. fin. multo fortius in qualibet cauſa criminali duæ vel tres præſumptiones aut indicia plenam probationem non poterunt operari, ſed erit maior numerus teſtium requirendus, vt poſſit ſuper crimine ſententia diffinitiua proferri, maxime cū quælibet cauſa criminalis ſit & cenſeatur maior qualibet pecuniaria cauſa quantūcūq̄ ſit magna, vt ff. de pœnis, l. in ſeruorum, §. fi. & licet in cauſa ciuili duæ ſemiplenæ probatiōes (vt eſt fama publica & dictū vnius teſtis) vnā plenā ꝓbationē adducant, vt C. de probat. l. proprietatis, & arg. ff. de teſtib. l. iij. §. eiuſdem, & iiij. q. iij. §. Item ſæpe, & extra de teſtib. c. præterea: tamen in criminali cauſa ex dictis ſemiplene probationibus non erit quis diffinitiue damnandus, quia in cauſa criminali probationes debēt eſſe apertiſſimę, vulgata l. fi. C. de probat. Strictius enim in ea proceditur vbi cōtra hominis ſalutem agitur, vt C. de appell. l. additos, & not. extra de teſtib. c. veniens.

SECVNDO, euidentia rei licet habeatur pro quadam ſpecie probata, vt ff. finium regund. l. ſi irruptione, §. fi. & C. eodem, l. iij. Etiam cum manifeſtū & apertum indicium habeatur, aliquem inueniri in crimine & fore detentum, vt in noſtro caſu, arg. ff. de furt. l. iij. cum l. ſeq. & manifeſta non indigeant probatione, vt ff. de dote præleg. l. j. in fi. & ff. de actio. empt. & vend. l. exemplo. in fi. j. reſpon. Tamen non debet quis talibus indicijs diffinitiue damnari, quia nō eo ipſo quod quis captus inuenitur poterit de crimine damnari, niſi aliter de maleficio cōuincatur, vt arg. ff. de ritu nupt. l. palā. §. qui in adulterio, & C. de defenſorib. ciuita. l. defenſores. Ideo ſi aliquis inueniatur pro qualicunque crimine captus ab aliquo qui etiam coram pluribus teſtibus extra iudicium confiteatur crimen commiſiſſe, & quòd occaſione illius criminis fuerit captus, quamuis iſta tria contra eum inueniantur probata: ſcilicet q̄ ſit captus ob illud crimen, & q̄ ſit confeſſus illud crimen commiſiſſe, & q̄ occaſione illius criminis ſit detentus, licet iſta indicia videantur apparentia, non tamen debet ex illis ſolis indicijs iudex illum ſic captū diffinitiue damnare, licet quæſtionibus & tormentis ſubijci poſſit, vt not. ff. ad l. Iul. de adult. l. capite quinto, in fi. & extra de iudic. c. cum non ab homine.

TERTIA poteſt aſſignari ratio, quoniam ex teſtibus & inſtrumentis & ex indicijs indubitatis & præſumptionibus iuris & de iure, non autem ex præſumptione ſimplici eſt ſententia diffinitiua proferenda, vt C. de accuſ. l. ſingula.

IN ciuili autem ſecus vt dixi, ideo quia in criminalibus cauſis maius periculum vertitur, quia imminet periculum animæ, vt in auth. vt iudic. ſine quoquo ſuffra. §. cogitatio vnde maior requirenda eſt tutela, vt C. de appell. d. l. additos, & C. de falſ. l. vbi, & in caſib⁹ dubijs & incertis probationibus melius eſt facinus nocentis impunitum relinqui, quàm innocentem damnare, d. l. abſentem, ff. de pœnis, & C. quorum appell. non recip. l. ij. & in dubio pœnę ſunt potius molliendæ quàm exaſperādę, l. interpretatiōe, & l. ſi preſes, ff. de pœnis.

CENSETVR ergo q̄ ex ſupradictis indicijs poſſit tantum colligi iuris ſiue hominis præſumptio contra eundem Paraſitum reum, dū colligitur q̄ ſciebat eundem Milonem inimicum interfectorum ratione litis & controuerſiæ præcedentis, & minas audiſſe à Milone quas ipſe Paraſitus non prodidit, & ex ſubſequenti adfuiſſe homicidijs. colligitur etiam ex dicto vnius teſtis enſem ſtrinxiſſe in homicidijs, quod tamen nō cōcludit niſi alio teſtimonio adiuuaretur, vt ſupra diximus in indicis opinionis Iacchi Ebrionis, & l. abſentē, in princ. ff. de pœnis, iuncta glo. in verbo, damnari, quę dicit ex ſola præſumptione hominis quem non grauari. vt not. in l. iij. §. idem tamen confitetur, ff. de minor. & ff. de vent. in poſſ. mitt. l. j. §. ſed etſi incertum, ſecus autem in præſumptione legis, vt l. ſi ij qui adulterij, C. ad leg. Iul. de adult. Eſt autem præſumptio iuris cū ius præſumit aliquid, ſed nō ſtatuit ſup præſumpto, imò recipit cōtrariā probationē, vt xxxij. q. j. c. dicit dominus, & xxxv. q. iij. c. extraordinaria, & c. ꝓpoſuiſti, extra de ꝓbat. Et ex illa præſumptiōe iuris tantū vel teſtiū productione ſurgit tantū ſuſpicio, vt ij. q. vij. c. accuſator quoq̄. Regula autē eſt q̄ præſumptio crimis tranſfert in alium onus probandi, l. gñaliter, §. ſi petitum, verſic. ſed cum ex præſumptione, ff. de fideicō. libert. de præſumptione verò iuris & de iure ſupra dixi, ex qua poteſt ſequi ſententia criminalis diffinitiua.

QVAMVIS autem in cauſa ciuili ex iuris tantum præſumptione poſſit diffinitiua ſequi ſententia, ex qua in contrarium non probatur, vt C. de probat. l. ſiue poſſidetis, & ff. de donat. inter vir. & vxo. l. Quintus Mutius. Tamen in cauſa criminali vel in cauſa quæſtionis ex tali præſumptione iuris tantum non debet nec poterit quis diffinitiue condemnari, d. glo. in verbo damnari, in l. abſentem, quia in criminalibus cauſis interuenire debent & requiruntur probationes luce clariores, vt ſupra dixi, l. qui ſententiam, C. de pœnis, & d. l. ſinguli, de accuſ. C. Quod videtur ea ratione procedere, quia in cauſis criminalibus eſt perſpicacius conſilium adhibendum, quia ibi maius detrimentum & periculum contingit, vt ff. de vent. inſpic. l. j. §. j. Et ideo ex prędictis indicijs ſiue præſumptionibus non poteſt idem Paraſitus condemnari criminaliter ſecundum naturam delicti, quia quis ex præſumptionibus & mēdicatis ſuffragijs condemnandus non eſt, d. l. ſinguli, & d. l. abſentem, ff. de pœnis.

PORRO in cauſis criminalibus non multum arduis nec valde ponderoſis probatio iuris quæ fit per argumenta eſt communiter ſufficiens & cōiuncta ſemi-

plenam probationem excedens,& tunc ſi cum iſta iungatur confeſſio, efficitur probatio plenior q̃ in ciuili requiratur,vt C.quorũ appell.nõ rec.l.ij.& plene fit punitio ſecundum exigentiam naturæ delicti, vt ibidẽ. Si autem non adiungatur confeſſio ,vt quia cum hoc commiſſum arbitrio iudicis nõ vult torquere,vel qualitas perſonæ torturam nõ patitur, vt quia minor, vel aliàs(vt dixi in tortura ſupra) vel reus eſt abſens,non poteſt imponi pœna corporalis:quia propter inopiam probationum minuitur pœna,hoc eſt,quia non poteſt iudex plus punire in criminali quàm condemnaret in ciuili.Nam vbi proceditur ex præſumptione, imponitur minor pœna,& iſta appellatur probatio præſumptiua,vt Bal.in l.fi.C.de prob.& idem Bal.in l.præſbyteri,C.de epiſc.& cleric.& quamuis in præſumptione mitigetur pœna,& ecõtra quando liquet exaggeretur pœna, tamen quando pœna habet certos fines ex qualitate probationum, nunquam poteſt ex qualitate exaggerari ſcilicet aggrauari pœna, vt l.generaliter, in princ.vbi eſt tex.not.ff.de decurio.poterit tamen reus puniri ciuiliter & pecuniariter,quia præſumptione iuris tantum poteſt quis condemnari ciuiliter,& ſequi ſentẽtia diffinitiua,vt d.l.ſiue poſſidetis,C.de probat. & d.l.Quintus Mutius,ff.de donat.inter vir.& vxo.

QVAE inſuper indicia,præſumptiões:aut quæ argumẽta,ſcilicet genera probãdi vel p̃ teſtes & quales & quot,vel per inſtrumenta ad quem modum probandę cuiuſq; rei ſufficiant, nullo certo modo ſatis diffiniri poteſt, ſicut non ſemper, ita ſæpe ſine publicis monumentis cuiuſque rei veritas deprehenditur, aliàs numerus teſtium,aliàs dignitas,& auctoritas,aliàs veluti conſentiens fama confirmat rei de qua quæritur fidem:hoc autem pro animi arbitrio iudici relinquendum,cui credat, aut parũ probatum ſibi opinetur,tex. for.in l.iij.§. eiuſdem,& §.tu magis ſcire potes, ff. de teſtibus.c.præterea,c.in noſtra præſentia.& c. ex literis,extra de probat.

QVAERENDVM eſt nunc igitur qua pœna reus veniat affligendus. Dic q̃ quando iudex cognoſcit de crimine extra ordinẽ,pœna eſt in eius arbitrio qđ poteſt extendere vſq; ad mortem, quod eſt verum penſata & attentata facti qualitate, vt glo.in §.in ſumma verſic.extraordinaria,Inſti.de iniur.& l.pedius,§.j. ff. de incendio,ruina,& naufra.& l.hodie,ff. de pœnis,& ita obſeruatur in regno Frãciæ,quia omnes pœnæ criminales ſunt arbitrariæ pro motu iudicis imponẽdæ, priuſquam autem diſcutiamus de pœna imponenda reo, ſciendum eſt : q̃ crimina alia ſunt priuata,vt illa quorum executio id eſt accuſatio vel denuntiatio pertinet tantum ad illos quibus inferuntur,vt furta,damna illata,& iniuriæ, vt ff.de priuat. delict. per totum. hodie tamen titulus de priuat.delict. non eſt in vſu, quia de iure canonico omne crimen cenſetur eſſe publicum.de hoc eſt glo.vj.q.j.c.infames,verſic.fures,& Innoc.in c.ij.extra de colluſ.deteg.& Bal.in rub.C.qui accuſ.non poſſ.in v.col.& Ioan.fab.in §.fiñ.ſuper glo. Inſti.de pœna temer.litig.imò omne crimen infamat ſecundum canones,vt glo. in d.c.infames.

ALIA ſunt crimina publica,quorum accuſatio datur cuilibet de populo:quoniam ad vtilitatem publicam ſpectat,ne maleficia remaneant impunita,vt l.ita vulneratus,§. quòd ſi quis, ff. ad leg.aquil.& l.ſi longius, §.j.ff.de iudic. & ſunt hæc publica, homicidia, paricidia,adulteria,& alia notata in l.j.ff.de publi.iudic.quæ ſupra ſuis locis adaptauimus.

PVBLICORVM autem iudiciorum quædam capitalia ſunt,quædam non capitalia ſunt,ex quibus pœna corporalis mors aut exiliũ eſt: p̃ has enim pœnas eximitur caput de ciuitate:nam cætera non exilia,ſed relegationes proprie dicuntur,tunc & ciuitas retinetur.

NON capitalia ſunt,ex quibus pecuniaria aut in corpus aliqua cohercio pœna eſt,l.ij.ff.de pub.iudic. & l. edicto.§.rei autem capitalis,ff.de bono.poſſ.& l.rei capitalis,ff.de pœnis.

ALIA ſunt crimina extraordinaria, in quibus pœna non eſt introducta à iure,ſed iudex ex bono & æquo arbitratur quid facto opus eſt, vſq; ad pœnam capitis incluſiue,vt l.ſacculariij,§.ſunt quædam,ff. de extraor. crimi.quia iudex poteſt ſuum extendere arbitriũ vſq; ad mortem, penſata tamen & attentata facti qualitate,& perſonarum conditione, nequid durius aut remiſſius conſtituatur quàm cauſa poſtulet, l. reſpicien dum,ff.de pœnis,& d.l.pedius,§.j.ff. de incend. rui. & nauf.& hoc ſecundum ius ciuile.

POENARVM autem ſecundum leges ciuiles ſeptẽ ſunt genera:quarum ſunt tres capitales, & quatuor nõ capitales.

PRIMA pœna capitalis eſt mors corporis,quę multis modis infertur,vt de pœnis,l. aut damnum, §. vita adimitur, & l.capitalium, §.famoſos,& §.fi.in fi.ff.eodem,& l.iij.ff.ad leg.cor. de ſicarijs. pœnarum autem capitaliũ gradus ferè iſti ſunt : ſcilicet ſũmũ ſuppliciũ, quod videtur ad furcam damnatio, Item viui concremation,Item capitis amputatio. Cęteræ pœnæ ad æſtimationem & non ad capitis periculum pertinent, vt d.l.capitalium.

SECVNDA pœna eſt morti proxima,ſcilicet pœna metalli,d.l.aut dãnũ,§.eſt pœna,& illa hodie in regno Frãciæ nõ vtimur,ſed huius loco ſolemus dãnare reos ad perpetuum remigium marinum, vel ad tempus,ſecundum delictorum qualitatem,prout aliàs plures cõdemnaui.

TERTIA pœna capitalis eſt deportatio, & ibi non libertas ſed ciuitas tantum amittitur,vt ff.de pœnis,l. quidam,& l.j.ff. de bonis damnat. & C.de pœnis,l.in metallum.

NON capitales autem pœnę ſunt quatuor:prima eſt relegatio ad tempus vel in perpetuũ, hic bona non amittit,vt l.relegatorum, §. ad tẽpus,ff.de interdict. & releg.

SECVNDA eſt infania, vt d.l. aut damnum.ff. de pœnis.

TERTIA,eſt dignitatis amiſſio, vel ad dignitatem vel officiũ ſeu forũ interdicta aſpiratio, vt d.l.aut dãnum,& l.moris,ff.de pœnis.

Quarta eſt verberum experimentum,l.ſi quis forte, §.vlt.ff.de pœnis,& l.fi.eodem,& d.l. relegatorum,ff. de interd.

SECVNDVM canones verò pœna mortis corporalis regulariter non imponitur,vt extra ne cleric.vel monachi,c.ſententiam,& l.j.diſt. c.j. & ij. ſed eſt quædam quæ quaſi ſimilis eſt morti ſcilicet quando quis relinquitur iudici ſeculari puniendus, vt extra de crimine falſ.c.ad falſa.& de iudic.c.cum non ab homine, & xvij.diſt.c.cum licuit,& xj.q.j.c.illud.

SECVNDA pœna damnationis in metallum non inuenitur ſæpe in canonibus impoſita,ſed ſi imponeretur non retractaretur,vt extra de calũ.c.j.ſed ei æquiparari poteſt pœna carceris,quam pro grauiſſimis criminibus eccleſia infligit,vt extra de hæreti.c. pe. §.fi. & q̃ quis redigatur in ſeruitutem eſt tex.xxxij.diſt.c. eas,& hoc de capitalibus ſecundum canones.

NON capitalium ſecundum canones prima pœna eſt relegatio,quæ non eſt in vſu, ſed ei accedit detruſio in monaſteriũ,de qua habem⁹.l.diſtinc.c.ſi epiſcopus autem.& lxxxj.diſt.c.Romanus.

ALIAE autem pœnæ habent locum ſecũdum canones ſcilicet depoſitio vel degradatio,vt xj.q.iij. c. epiſcopus autem,& interdicitur q̃ ad nullam dignitatem aſſumatur licet inhibita remaneat, vt extra de filijs preſbyt.c.fi. & ext.de elect.c.ſuper eo,vel q̃ ad ſuperiores ordines non aſſumatur nec aſcendat, vt extra de tempo.ord.c.ex tenore, & multæ aliæ pœnæ conſimiles.

ALIA autem pœna ſcilicet infamia locum habet ſecundum canones, adeo vt quicunq̃ ſecundum leges infamis eſt,eſt & ſecundum canones,vt ij.q.iij.§. hinc etiam,& vj.q.j.c.infames.

SECVNDVM canones etiã aliqui ſunt infames infamia canonica,vt extra de teſtib.c.teſtium.

ALIA eſt pœna ſcilicet verberum,ſecundum canones locum habet,vt xxxj.diſt.c.vlt.& xlv.diſt. c. cum beatus,& c.j.extra de calum. vbi dicitur quòd ſubdiaconus accuſans calumnioſe diaconum, ſubdiaconatu priuatur,& publice verberibus caſtigatur, & in exiliũ deportatur.Sed hodie in regno Franciæ hoc iure non vtimur.

HIS præſuppoſitis videtur q̃ idem reus venit puniendus pœna extraordinaria pro motu iudicis imponẽ da iuxta l.hodie,ff.de pœnis. & hoc agendo q̃ debet ibi ſe purgare vbi dignoſcitur deliquiſſe ſecundũ conſiderationem iudicis,vt in c.inter ſolicitudines,extra de purg.cano.& hoc notatur etiam in quolibet horrẽdo crimine:iuraréq̃ debet ſe nũquã ſimile commiſſurũ,vt xij.q.ij.c.de viro.&xxiij.q.viij.c.peſſimã, & j.q. vij. c.quotiẽs, vbi pœnitẽs iurat q̃ de cętero nõ labeť. Corripienda ſunt ſiquidem crimina coram oĩbus quę peccantur corã oĩbus,ſecretius, quę peccant ſecretius: & diſtinguenda ſunt tempora, & concordabit ſcriptura,vt cap.ſi peccauerit.ij.q.j. & c.deteriores, vj.q.j. & xxiij.diſt.c.illud.ſi aũt reus renuerit facere hanc emẽdam honorabilẽ,durius & acerbius puniri debet,vt d. c.inter ſolicitudines,ext.de purg.cano.& ita vidi practicari in curia parlamenti Pariſi. Anno dñi milleſi. quingent.xxix.menſis Aprilis xvij.contra & aduerſus Ioannẽ Berquin,qui accuſatus de hæreſi per areſtum curiæ condemnatus ad emendam honorabilem faciẽdam ſuper petrã marmoris palatij,renuens hanc facere areſto ſubſecutiuo igne concremari condemnatus fuit,quem exequi vidi ante cõmunes Pariſiorum ędes dicta die.

MOVEOR ergo q̃ poſſit condemnari ad duplicem emendam:honorabilem videlicet,& vtilem.quantum ad honorabilem,cenſeo capite & pedibus nudandum, & in camiſia genibus flexis in prætorio noſtro & propatulo adſtantem ac tedam quatuor librarum ceræ ardentem,proprijs manibus tenentem iniuriam conquerentibus factam ob necem interemptorum obuẽtam,&vulnera Dionyſio Dauo illata ibidẽ abiuraturũ aſſerendo & profitendo ſe perperã,temere,indiſcrete,interfuiſſe & opẽ ſæpedictis homicidijs perpetratis præſtitiſſe,& q̃ bono & æquo animo illum pœnitet hoc egiſſe,deo omnipotẽti,regi,iuſtitię & cõquerẽtib⁹ veniam poſtulando, & q̃ deinceps ad talia & ſimilia facinora non labetur. & quantum ad emendã vtilem, condẽnandũ erga quẽlibet conquerentiũ ,& pro omnibus dãnis & intereſſe in viginti librarum Pariſienſiũ ſummã,& in decem libras Pariſienſes erga regẽ pro alia emenda omnibus,& ſingulis eiuſdẽ bonis additis, q̃bus licebit,eo ĩ ꝑpetuũ à regno prędicto exulaturo.

EGIDIVS Gnatho alter Deſiderij Anippi famulus tortus nihil confeſſus fuit de crimine,quinimò negat ĩterfuiſſe homicidijs:verùm à leone argẽteo iuſſũ ſui domini prior receſſiſſe in cauponam baliſtę die & hora homicidiorũ,& ita Paraſitus in quæſtione dixit credere,à quo releuatur & exonerať à delicto.

DESIDERIVS tamen Anippus eius dñs eidẽ exhibitus & confrontatus nulla in eum obiecta perfidia ex tenore eiuſdẽ remiſſiõis dicit prælibatũ Gnathonẽ interfuiſſe homicidijs ſupradictis cauſa præſtãdi opẽ percuſſoribus , ſi impedirentur ab alijs , aliunde oneratur de delicto,ſed hoc eſt tãtũ ſemiplena probatio: quæ tantum potuit prodeſſe ad torturam rationibus ſuperius dictis,& ita actum eſt.

FATETVR idẽ Gnatho per ſuũ ĩterrogatoriũ adfuiſſe prandio facto in parui cerui taberna, prout in ꝑceſſu relatũ eſt,nec minas ipſius Milonis audiſſe.

TORTVS eſt & nihil vltra ſupra confeſſus eſt , nec ſufficientibus argumentis vrgetur,inſtandum eſt igit accuſatoribus vt id quod intendunt comprobẽt ac ſic conuincant,l.vnius,§.in eo.ff.de quęſtio. q̃ ſi teſtis deficiat,innocentis fidẽ ſola iuriſiurandi taxatio manifeſtat:vt c.j.xxij.q.j.ideo quia reus fuit tortus, neq̃ aliquid in tortura cõfeſſus eſt, venit liberandus quaſi indicia ſint purgata ſecundum Bart.in l.fi.ff.de quæſtio. ideo qñ ex tortura nõ poteſt crimẽ inueniri , videt q̃ tortus abſolui debeat, quia licet indicia præceſſerint torturam,non excuſantur accuſatores à calũnia:& pro pterea dãnũ læſo cõtingens indebite, debent ſibi emẽdare ſecundũ Bal.in l.fi.ff.de calũ.& facit ſecundũ eundẽ,quod not.in l.pe.C.de cond.ob cauſ.dato.& l.dñs. C.de quæſtio.vt eſt tex.for.ad hoc,vnde quia re⁹ iniuriã tolerauit,nã & tort⁹ & carceres ſubſtinuit,accuſatores nõ poſſent ex hoc abolitionẽ obtinere cũ effectu ſi ne cõſenſu rei,vt l.fallaciter,C.de abolit.Nã vbi accu-

ſatores ceſſant in probatione,aut non probãt quod intendunt calumniari præſumuntur,vt glo.ca.cum dilectus,in verbo calumniandi, extra de calum.&.ij.q.iij. c.qui nõ probauerit,& C.de aduoc.diuerſ.iudic.l.j.Et infamant calũniatores.l.ex varia,C.de delato.& gl. in l. ex quibuſdã,ff.de iure fiſc.& in expẽſis,dãnis,& intereſſe cõdẽnant,&extra ordinẽ pro qualitate admiſſi, ſiue in priuatis ſiue ĩ extraordinarijs criminib⁹plectũtur,l.in priuatis,ff.ad turpil.& d.c.cum dilectus,extra de calum.&.c.j.§.adijcientes, de elect.lib.vj.&.l.non ignoret. C. de fruct. & lit. expenſ. Ratio ſiquidem eſt vt nulli temeritas ſua lucratiua concedatur: ſed vt imprudens calumniantium refrenetur audacia. Præterea ſi quis cauſa cognita conuictus fuerit ſine iuſta & legitima petitione quemquã in iudicio pulſaſſe,omnes ei legitimas expenſas ſumptúſq; & damna, quæ ab exordio cœptæ controuerſiæ ipſius vitio toleraſſe eundem reum conſtiterit, reddere cogetur, vt hac ſaltem cenſuræ iuſtiſſimæ formidine reuocatus & improbis conflictationibus occupatus, iámq; ſopitis clamoribus iurgiorum magiſtra deinceps neceſſitate acquieſcat,vt.l.omnes qui.§.fi.C.de epiſc.& cleric.&.l.eum quem.ff.de iudic.Et ſic accuſatores ſæpe dicti videntur condẽnari debere erga reum præfatũ ad omnia damna,intereſſe,ſumptus,expenſas,& extra ordinem ad pœnam,vt iuribus ſupradictis.

IN contrarium verò videntur caſus excepti,in quibus non ſtatim præſumitur calumnia,quando quis deficit improbando, vt glo.in.l.athletas.§.præuaricator. ff.de his qui not.infa.

PRIMVS, quando quis accuſat ex neceſſitate officij,vt eſt in tutore vel tutrice in caſu noſtro,vt.l.ij.C. qui accuſ. non poſſ.&.l. tutorem.ff.de his quib. vt indig.l.ij.C.de delato.lib.x.

SECVNDVS caſus,quando quis ex neceſſitate hoc facit, vt quia hæres qui tenetur vindicare necem defuncti,vt in caſu noſtro.l.cum fratrem.C.de his quib. vt indig.vel ratione proximitatis perſonarum, vt C. de calum.l. mater,&.l. calumniæ vel autoritatis eius cui ſucceſſit,d.l.mater.§.ſi extraneus.

ALIVS caſus,ſi audiuit illum eſſe criminoſum à ſi de dignis perſonis,vt.c.inquiſitioni, extra de ſenteñ. excommunica.

ALIVS,quando teſtes deceperunt accuſatorem, vt quia promiſerunt teſtificari & defecerunt,vt glo.in.c. Paulum.ij.q.iij.

ALIVS,quãdo eſt intim⁹dolor admiſſi criminis,vt in marito & eius cognato de adulterio accuſantibus.l. q̃uis adulterij,ad leg.Iuli.de adult.

ALIVS,quãdo accuſator ſemiplene probauit excuſatur à calũnia, ſed tamẽ ad expenſas quas ꝓpter hoc pars altera ſe feciſſe docuerit,iuramẽto medio condẽnabitur.Qui verò in ꝓbatione defecerit,omnino eius quod objcit in perſonã calũnię pœnã incurret cũ expenſis,vt d.c.cũ dilectus, extra de calum.& d.c.§.adijcientes.iuncta glo.

SI etiã indicia ſunt manifeſta ex quibus reus eſt tortus, excuſant accuſantes à calũnia ſecundũ Bal .in.l.iij. ad leg.Iuli.de adult.vnde reus tort⁹ liberãdus erit ab illa inquiſitiõe tantũ:ſed nõ diffinitiue à delicto ꝑ not. per Saly.in.l.ſi hi qui adulterij. C.ad leg.Iuli. de adult.vbi dicit ꝑ gl.ibi poſitã, ꝙ ſi iudex habet ſufficientia indicia cõtra accuſatũ, qui pluries tortus nihil voluit cõfiteri,non debet ipſum diffinitiue abſoluere, ſed debet cõcedere abolitionẽ accuſationis per.l.abolitionẽ.C.de general. abolit. & idem tenet in.l.ſi quis alicui.C.ad leg.Iuli.maieſt.vbi dicit,ꝙ ſi reus delatus in illo crimine nihil confeſſus eſt,ꝓpter quod accuſator tortus fuit qui nihil ꝓbauit,ꝙ iudex neutrũ abſoluet,ſed rem indiſcuſſam dimittet.Et ideo debebit liberari reus fideiuſſoribus aut iuratoria cautione,& non diffinitiue abſolui à crimine:quia poſſent ſuperuenire alia indicia.Et ita videtur tenere Saly.in repet.l.ſi quidem.C.de accuſ.& ſic iudici pro animi arbitrio relinquendũ eſt an ſint indicia manifeſta vel nõ manifeſta, vt abſoluat,dimittat, aut condẽnet.l.iij.§.eiuſdẽ, &.§. tu magis ſcire potes.ff.de teſtibus.

CONCLVDENDO eundem Egidium Gnatonẽ à carceribus relaxandũ fore ſub eius iuratoria cautione arbitror, iudicio ſaniori ſaluo.nã ſunt contra eum indicia manifeſta.

ANDREAS Irus cerdo nullo conuincitur teſtimonio de mẽoratis homicidijs, ſed tantũ per dictũ primi teſtis inquiſitionis viſus eſt fugere à loco homicidiorũ manu ligneum bacculum gerens.

FATETVR idem Irus per ſuũ interrogatoriũ Girardum Milonẽ viſu agnoſcere,& ꝙ die & hora homicidiorũ illũ proſequebatur mercedis repetendę cauſa pro quarundã rerũ eidem Miloni ſpectantiũ à flumine Sequanę baiulatione in cauponã baliſtæ per eundem Irũ nouiſſime facta. Et inter moras vidit eundẽ Milonẽ & nonnullos alios conſortes inſultantes in aliquo s iuxta crucẽ Tiroueri Pariſijs prætereuntes,demum ipſe Irus hac re perterrit⁹fugere cœpit bacculũ ligneum manu portans,nec aliâs oneratur.

PER confeſſionẽ eiuſdẽ Milonis & Egidij Gnatonis ipſi⁹ famuli cõſtat ꝙ ipſe Irus fuit mercenari⁹eiuſdem Milonis,quódq; venerit die qua Milo cœnã fecit in leonis argentei cauponã poſcendæ pecunię cauſa ꝑ ſuę prẽcedentis operæ locatione, quod fit ad ipſi⁹ Iri exonerationem.

SIC nõ poteſt apparere ſi animo occidendi vel percutiendi Irus cõcomitatus fuerit prælibatũ Milonẽ & alios homicidiorũ fautores ad crucẽ Tiroueri, ideo maior indagatio eſt requirenda.

IVDEX ergo æſtimare ſolet vtrũ in carcerẽ recipiẽda ſit ꝑſona,vel recepta ſit militi ſiue nũcio tradenda, vel fideiuſſorib⁹ cõmittenda, vel etiã ſibi.hoc autẽ ꝑ criminis quod objcitur qualitate, vel ꝓpter honorẽ, aut ꝓpter ampliſſimas facultates,vel ꝑ innocẽtia perſonę,vel pro dignitate eius qui accuſatur facere ſolet. l.j.ff.de cuſt.& exhib.reorum.

ITA ꝙ vbi crimẽ probatũ nõ eſt plene vel ſemiplene,adeo ꝙ æquũ ſit reũ iuſtificari ꝑ ſuas defenſiones, ad hoc admittitur:quia defenſio eſt de iure diuino & naturali & humano ꝓmiſſa,& debet iudex concedere dari copiã titulorũ & reſponſionis reo,vt.c. qualiter


& quando.ij.§.debet,extra de accuſat. & etiam copiã aliorum actorũ tam criminalium q̃ ciuiliũ, ſi hoc requirat delatus,vt l.is apud quem,cũ ibi not.C.de edẽdo.alia autem inſtrumenta quàm acta nõ debent exhiberi in criminalibus,ſi verò agatur ciuiliter de re nũmaria, totiẽs edẽda ſunt inſtrumẽta quotiẽs de ea re agitur,nõ autẽ ſi de capitali cauſa agatur, vt l.ij.§. Itẽ diui fratres,ff. de iure fiſc. dicitur autẽ cauſa ciuilis & agi ciuiliter,ex quo nõ agitur vt imponatur pœna naturalis ipſius delicti,vt c. per tuas.i.in verſic.tales,extra de ſymo. vbi dicit tex. q̃ non agebatur criminaliter vt deponeretur ab ordine, ſed ciuiliter vt ab adminiſtratione amoueretur,tanq̃ immeritus & damnoſus,licet tendatur ad bonũ publicũ & nõ priuatũ, qui tex.reputatur ſingularis ſecũdũ Panor.in c.ſuper his, extra de accuſat. Vnde in his caſib⁹ poteſt admitti p. curator pro reo quãdo agitur ciuiliter de crimĩe,ideo criminalis quæſtio tantũ dicitur cũ finis tẽdit ad vindictã publicã,vt delictũ puniatur de pœna debita & naturali, ex quo ſoluitur quæſtio quotidiana, ſi agitur contra clericũ ſolũ vt priuetur beneficio propter crimen, nunquid illa quæſtio ſit criminalis vt nõ poſſit interuenire procurator,Federi.de S.Gemi. cõſ. xxiij. aliàs xxviij.cõſuluit q̃ nõ eſt criminalis,q̃a finis accuſatiõis nõ tẽdit ad depoſitionẽ ordinis,ſed priuationẽ beneficij tantũ,hoc dicit Panor.in d.c.ſup his nu.iiij. & idẽ Panor.in c.illa,extra de accuſ.& c.ex parte,ext. de teſtib.& allegat illũ tex.c.per tuas pro ſingul. Sic q̃ iudex officio debet eidẽ reo de aduocato ſeu defenſore prouidere,vt not.in l.ſi nõ defendãtur,ff. de pœnis,&l.ij.ff.de cuſto.reo.eo q̃ bon⁹ iudex debet zelare potius innocẽtiam rei q̃ culpã,& poteſt in delictis recipere & admittere reũ ad cõparendũ & ſe defendendũ per procuratorem vſq; ad pœnã relegationis incluſiue, non tamen neceſſitatur aut cogitur ad hoc niſi velit,vt l.ſeruũ.§.publice,iuncta glo.verſi. datur, ff.de procur.& glo.In l.reos.in fi. C. de accuſa.& hoc in leuioribus delictis,l.diuus,la.j.ff.de cuſto.reo.

SIC vbi prima facie perſona videt innocens, debet dimitti ſub fideiuſſoribus ſi dare põt,d.l.j.ff. de cuſt. & exhib.reo. & c.ex parte, extra de verbo.ſignificat. vel quia in aliis erat innocens,vt l.nõ omnes,§. à barbaris,ff.de re milita. q̃ ſi reus ita ſit pauper vt etiam ſatiſdare non poſſit,neq; cautionẽ præſtare,tũc præſtabit iuratoriã cautionẽ,q̃ ſtabit iuri,& tactis ſacroſanctis euangelijs affirmabit ſe fideiuſſorẽ dare nõ poſſe. aut.gñaliter,C. de epiſc. & cleric.& l.j.§.oẽs, & §.ſequenti,C.de aſſertio. toll. & l.de die.§.iubetur, ff. qui ſatiſd.cogant.&c.Odoardus,iũcta glo.extra de ſolut. intellige cõmode vt glo.ibidẽ,& l. nepos.Proculo,ff. de verbo.ſignific.& glo.in d.§.iubetur, in verbo non poſſe,& l.fideiuſſor,§.Si neceſſaria,ff.qui ſatiſ.cogant. præſtat ergo reus cautionẽ quã poteſt, vt c. pe. extra de donat.inter vir.& vxo.& de dote,poſt diuort.reſt. & glo.in d.c.ex parte,extra de verbo.ſignifi.Et ſi re⁹ poteſt dare fideiuſſorẽ,debet dare idoneũ de veniẽdo ad iudiciũ,vt ff.in ius vocat.vt eant.aut ſatis vel cautũ dent,l.j.& ij.Et dicitur idoneus fideiuſſor de iudicio ſiſti,facultatibus & facilitate conueniendi,vt l.fideiuſſor,ff.qui ſatiſ.cog. nec ſunt idonei fideiuſſores q̃ habent declinatoriã ſiue præſcriptionem fori, vt l.ſi fideiuſſor,ff.eodẽ.nec videtur quis fideiuſſorem dediſſe qui dedit eum qui priuilegio fori tut⁹ eſt, niſi eidẽ priuilegio renunciauerit, vt l.j.ff. ſi quis in ius vocat. nõ ierit.debet nanq; fideiuſſor exhibere reũ in eadẽ cauſa in qua tunc eſt, donec iudiciũ accipiatur, vt ad experiendũ non faciat ius actoris deterius,l.j.§. ſi deſinat,ff.ſi ex noxa.cauſ.agat.quia vbi petitur proferri diffinitiue vel abſolutiue exhibitio rei eſt neceſſaria priuſquã pronuncietur,glo.in l.conſentaneũ,C.quõ& qñ iudex.&ſiue actio ſit pœnalis ſiue nõ,fideiuſſor de iudicio ſiſti in nõ exhibendo reum tenetur ad verũ intereſſe, ſcilicet ad id quod principaliter petitur : vt d.l.fideiuſſor,§.fi. & l. ſeq. ff. qui ſatiſ. cogant.non tñ venit puniẽdus ſimilitudine ſupplicij quo debebat puniri ille qui debebat exhiberi : quia qui ſe obligat ex ſuo cõtractu, nõ poteſt ſe obligare ad pœnã mortis: quia nemo dñs membrorum ſuorũ, l. liber homo, ff. ad leg.aquil. Secus autem in officiali ſiue commentarienſi, quem lex ſimilitudine ſupplicij punit in non exhibendo reũ,l.ad cõmentarienſem,C.de cuſto.reo. & l.milites,ff.eodẽ. Etiam ſi quis fideiuſſor reum criminis pro quo ſatiſdedit non exhibuerit, pœna pecuniaria plectitur:& ſi dolo eum non exhibeat, etiã extra ordinem venit damnãdus,vt l.ſi quis,ff. de cuſto. & exhib.reo.

SI vero reus bona immobilia poſſideat,cõmittitur ſuæ promiſſioni cũ iureiurando,quã iuratoriã cautionem vocãt,vel nudã promiſſionẽ, vel ſatiſdationem quam pro qualitate ſuæ perſonæ quis dare compelli tur,vt ff.qui ſatiſd. cogant.l.ſciendum, & inſti. de ſatiſd.§.Sed hodie.

DEBET etiam reus quando eſt exterus conſtituere & eligere domicilium vbi conueniri poſſit,vt l.domicilium,ff.ad municipal.& l.ſi in patria de incol.lib. x.C.& vt ſtet certo loco quando eſt commodum alicuius,vt Bart.in l.titio centum,§.titio centum,nu.4.ff. de condit.& demonſt.

CONCLVDENDO igitur mea fert opinio, lima correctionis ſalua,quòd memoratus Irus iuxta iura præallegata debet relaxari à carcerib⁹ſub ſua iuratoria cautione de ſtando iuri, & admitti ad comparendum & ſe defendendum coram nobis per procuratorem contra & aduerſus delatores: & quòd partesvltro citróque amplius inquirant infra menſem ſuper eorum factis & concluſionibus quas altera alteri partium hinc inde infra octauam edet: partibus præſentibus aut ſufficienter in teſti umſacramenti receptione vocatis:ſaluo tamen eis iure opponendi in teſtes, & eorum dicta,& eos ſaluandi in contrarium pro hoc acto & proceſſu edito procuratori regis & illo audito,& omni per nos viſo ordinando aut aliàs eiſdem ius faciendo prout dictauerit ſententiantis æquitas expenſis, damnis, & intereſſe in diffinitiua reſeruandis.



SENTENTIA CRIMI= nalis,& pœnalis diffinitiua.



ERCENSITA lite criminali per nos extra ordinem exami nata aduerſus nobi= les,vti ſe aſſerunt,Gi= rardum Milonem, De ſiderium Anippum remiſſionariũ,Ber= nardum Thraſonem, Claudium Cali= gulam abſentẽ domini noſtri regis le= gionarios: Egidium Gnathonem,Fer= dinãdum Paraſitum Anippi famulos: Hẽricum Nebulonem,Iacchum Ebrio nem Girardi famulos:& Andreã Irum cerdonem reos præſentes , ac omnes, vno Claudio Caligula abſente excep= to,carcere detentos,& in vinculis, cri= minãtibus,atque inſtantibus Antonia Diana defuncti Ioannis Pluti negocia toris Lutetiani ciuis vidua,tam ſuo no mine,quàm vt corporum , bonorúmq; Iacobi , & Petri Plutorum, defuncti & eiuſdem viduæ filiorum annis minorũ adminiſtratrice , tutrice & curatrice, Auguſtino Pluto eorũdẽ defuncti,& vi duę filio annis maiore,Benedicto Craſ ſo defũcti magiſtri Chryſoſtomi Craſ ſi,dum viueret,in ſuprema curia aduo cati fratre,Maria Martha defuncti Iu liani Xenij nuper cauponis apud Pari ſios relicta , Clemente Xenio eiuſdem defuncti Xenij fratre germano,ac Dio nyſio Dauo defũcti Chryſoſtomi Craſ ſi famulo,conquerentibus omnibus, & delatoribus : percenſitis,inquam , elo= gio medicorum,& chirurgorum curiæ noſtrę iuratorum renunciatione,inter= rogationibus,cõfeſſionibus,inficiatio= nibus reorum,reuocationibus,commiſ ſionibus teſtium cõtra eoſdem fontes, & noxios,alijs etiã interrogationibus, & reſpõſis tam in quæſtione,quàm ex= tra quæſtionem Ferdinandi Paraſiti,& Egidij Gnathonis extortorum, edictis rite ſuccedentibus,eremodicio decreto contra Claudium Caligulam abſentẽ, ſeu fugitiuum trino nundino legitimè citatum,publicis proclamationibus vo catum, peremptoriè comminatum,at= que cõtumacem,diplomate etiam gra= tiæ regiæ ab Anippo impetrato,proba to,ſiue admiſſo,& interinato,petitioni bus , intentionibus conquerentium, & ꝓcuratoris regij ipſius regis nomine, omnibus denique controuerſiæ actis, ac perſpiciendis ꝓſpectis,auditóq; hac in parte peritorũ ſenſu,nos pro cauſis, in præſenti lite exꝑſſis,hos infra nomi nãdos necis reos,& cõuictos cõdẽnaui= mus,provt condẽnamus,videlicet Gi= rardũ Milonẽ gladio ceruice ſubiecta per carnificẽ altæ iuſtitiæ executorẽ ſu per tabulatum ad crucem Tiroueri Pa riſijs,in hanc rem conſtruẽdum, capi= te obtruncari ad contentum ſcelus cru ore expiandũ , capite eiuſdem in ſum= mitate porticus viæ diui honorati lan ceæ cuſpidi affigendo,truncóq; corpo= ris in patibulo Pariſienſi Montiffalco nis ſuſpendendo , omnibus & ſingulis ipſius Milonis bonis proſcriptis, præ= ter quadringentas libras Pariſienſes, quas ſingulis cõquerentibus pro iniu= ria,dãno,& eo,quod intereſt,adiudica uimus. Bernardũ Thraſonẽ militẽ, & Hẽricum Nebulonẽ alterum Milonis famulum furcis hinc, & illinc tabulato erigendis,laqueo ſuſpendendos: Clau= dium Caligulam etiam militem abſen tem , & edictis legitime pronunciatis

contumacem, perfugam, cædis reum, & peractum, tanquam præsentem statua ibidem simili furcæ affigendum: Iacchum Ebrionem alterum Milonis famulum flagellandũ, ac fustibus vapulandũ publicè quadriuijs, & solitis locis, perpetuo exilio, omnibus eorundem Thrasonis, Nebulonis, Caligulæ, Ebrionis similiter publicatis, deductis tamen prius centum libris pro iniuria, damno, & eo, quod interest, singulis cõ querentibus adiudicatis, & fisco pro mulcta quinquaginta libris: Ferdinandum Parasitum vnũ ex famulis Anippi, nouissime tortum, duplici mulcta honorabili scilicet, & vtili, vt vestibus præter subuculam exutus, genibus flexis in prætorio nostro publicè, ac facẽ 4. pondo ceream accensam tenens iniuriam conquerentibus ob cædem defunctorum, & vulnera Dionysij Daui factam, deprecetur asserens, & profitens se perperam, temerè, ac nequiter interfuisse, & opem homicidis ad cædem præstitisse, bona quoque, æqua, & syncera mente facti pœnitere, ægrefer réq; hæc à se peracta, à deo omnipotẽte, rege, iustitia & conquerentibus veniam postulans, atque affirmans ad similia facinora in posterum non rediturum: Præterea, quod ad mulctam vtilem pertinet, pro dãnis, & eo, quod interest, 20. libris Parisiẽsibus singulis cõ querentibus dandis, condemnauimus, & condemnamus: necnon 10. libris Parisiẽsibus fisco prẽstandis, atque ad has mulctas persoluendas prius, quàm carcerem libere egrediatur, omnibus, & singulis eiusdem bonis mobilibus, & immobilibus ad quos pertinebit addictis, indicta pœna vltimi supplicij ni paruerit: Egidium Gnathonem, alterum famulum Anippi, etiam nouissime tortum, & Andræam Irum cerdonem reos de consilij sententia soluimus, & à carcere ampliauimus, dato vadimonio de ijs in iudicio sistẽdis, quoties statutũ fuerit: vt iuri stent, electo, & constituto ab eisdem domicilio, recepimus, & recipimus ad se corã nobis per procuratorem aduersus delatores defendendos, vt vltro citróque inquirant intra mensem super eorum factis, & petitionibus quas alij alijs hinc inde intra hebdomadem edent, litigantibus præsentibus, ac legis præscripto ad testium iusiurandum accitis, saluo eisdem eleuandorum, iac subleuandorum testium, refellendorum ac in contrarium defendẽdorũ iure: vt his peractis, & editis procuratori regio, & per nos visis edicamus, aut secundum ius statuamus, prout nobis dictauerit ęquitas: de sumptibus vero, & damnis pronunciatio in diffinitiuæ sententiæ dilata est calculum, per hoc nostrum iudicium, & iure.

Pronunciatum reis in vinculis[A] prima die martij anno Domini M. v[c]xl. Traditiq; sunt damnati carnificibus.


A PRONVNCIATVM reis in vinculis.) Sẽtẽtia dicenda eſt à iudice pro tribunali ſedente, vel in conclaui ſecretioris conſilij præſentibus reis & actuario: ſententiarum ephemeridi inſcribenda, eadémque die exequenda, ni appelletur. Conſtit. regis Ludouici. xij. art. cxvj. in hęc verba: Itẽ *& ſil eſt conclud que ledict priſonnier ſoit cõdãne a mort ou aultre peine corporelle, noſ dictz baillifz, ſeneſchaulx, & iuges ou leurs lieutenens pro nuceröt leur ſentẽce en plain auditoire, ou en la chãbre du cõſeil: eſtãt en la chartre & priſons ſelõ les louables couſtumes des lieux, eſquelz lieux de laditoire ou de ladicte chãbre ſera mené ledict priſonier, & luy ſera pronuncé ladicte ſentẽce en la preſence du greffier, qui lenregiſtrera au liure des ſentences, & ſil n'en eſt appellé aſſiſtera auec ledict priſonnier, & lacompaignera iuſques a ce que ladicte ſentence ſoit executee, & le iour meſmes*. In crimine ergo homicidij & in alijs detectis grauioribus cauſis vltio differenda nõ eſt, l. cum reis, C. de pœnis. conuictos nanque velox pœna ſubducere debet l. fi. C. de cuſtod. reor. cæterũ poſtea quàm ſemel dãnati ſunt rei, audiri nõ debent, quicquid allegent: etiamſi dixerint ſe habere quod principi referant ſalutis ipſius cauſa. Quis enim dubitat eludendæ pœnæ cauſa ad hoc eos decurrere? magíſque eſſe puniendos qui tandiu conticuerunt quod pro ſalute principis habere ſe dicere iactant. nec enim debebant tam magnã rem tandiu reticere, l. ſi quis forte, ff. de pœnis.

QVVM PERDVCTI eſſent in ſupplicij locum rei, quidam dominus Põtanus præpoſitum, ac iudicẽ adiuit commonefaciens non tantũ damnatis ijs, de quibus ſumendum eſt ſupplicium, ſed cuique nullo diſcrimine citra etiam illorum mandatum prouocare conceſſum eſſe. Nam naturæ lex, humanitatíſq; ratio vult omnem prouocantem audiri debere, quamuis ſua nihil interſit: damnatíque iudicium probauerint, ac ſententiæ acquieuerint. Quòd ſi reſiſtant, qui damnati ſunt, aduerſus prouocationem, nec velint admitti appellationem, perire feſtinantes, adhuc differendum eſt iudicium. vt l. non tantum, ff. de appella. debent enim homines mutuis officijs ſe inuicẽ deuincere: quod expreſſit glo. in d. l. non tantum. Et officio affici hominem interſit hominis. Pœnæ vero non irrogatæ indignatio ſolam duritiam continet, l. Seruus ea, ff. de ſeruis expott. natura ſiquidem conſtituit cognationem inter nos quandã, qui ab Adam omnes proceſſimus, vt ff. de iuſtit. & iur. l. vt vim, vt etiam inuitis bonum facere deamus, l. Addictos, C. de epiſco. audient. l. Addictos, C. de appellat. & d. glo. Eò humanitate ductus à ſentẽtia criminali aduerſus delatos lata pro, & nomine condemnatorum appellauit, & appellat, poſtulans ſupplicium differri, proteſtans, vbi non vellemus admittere appellationem appellare corã præſentibus, & aſſiſtẽtibus: prout decet, ſecundum ea, quæ notat Bartho. in l. j. §. Si quis, ff. de Appell. & in add. in d. l. nõ tantum. Hæc itaque appellatio audita: & rei ipſi in carceres reducti. Parce verò humane lector: maculam ſuperioris ſtudij, ac laboris, laudabili ocio abluemus, & alio, breuíque compẽdio in lucem prodituri auſpicato abſoluemus.

τῷ θεῷ χάρις.
Deo gratias.

ὁ τῶ ἀνθρώπω εἰς μαχὴ.

Niſi quis militauerit, non coronabitur.



BIBLIOTHEQUE MUNICIPALE

ERRATA SIC CORRIGITO.

Folio 1. columna 4. linea 41. id quidem pro id quod, & lin.44.nonus pro nouus.
Fol.2.col.1.lin.48.in nominis pro in noſtris.& col.4. lin.10.condemnatus pro coadunatus.
Fo.4.in textu iudicijs pro indicijs
Fo.5.col.2.lin.49.lege q edictū edit etiã abſente &c.
Fol.6.li.43.45.52.58.& col.2.li.17. iudicia ꝑ īdicia.
Fol.7.lin.15.iudicijs pro indicijs.
Fol.8.lin.4.à fine mortiferum pro mortifere. & col. 4.lin.10.à fine,vulnerare pro vulnere.
Fol.9.col.2.lin.3. præter pro prætor. & col.3.lin. 15. abortiuus pro abórtionis.
Fol.10.col.2.lin.12.à fine,dicens pro dicenti.
Fol.11.col.2.lin.33. interrogatus pro interrogatoria.
Fol.12.lin.9.de l.pro delegatis.& lin. 18. de l. pro de legatis.& lin.3. à fine iudicium pro indiciū. & col. 2.lin.finali preſbyter pro preſbyteri.& col.3.lin.30 app.pro abb.& col.4.lin.28.& 33.iudicia & iudiciū pro indicia & indicium.
Fol.13.col. 4.lin.24.l.§.pro l.j.§.
Fol.14.col.4.li.1.Polemium pro Caligulam
Fol.16.col 4.li.47.vltio pro vltro
Fol.17.col.2.lin.11.procur.pro prouoca.
Fol.18.lin.6.in textu iudiciorum pro indiciorum.
Fol. 18.col.2.lin.24.auctore pro auctoritate.
Fol.19.col.2.lin.54. ſupplici pro ſupplicio. & col. 4. lin.2.informatio pro inquiſitio.
Fol.20.col.3.lin.9.li in fraudem pro quæ in fraudem. & lin.27.prouocatur pro procuratur.
Fol.21.col.2.lin.4.à fine,bonū pro boum.
Fol.22.col.1.lin.6.à fine,ſecuti pro ſecuri.& col.4.lin. 32.ſalſum pro falſam.
Fol.23.col.1.lin.24.quadrupl.pro quadrupli.& col.2. lin.37. dictas pro dietas.
Fol.29.col.4.lin.10.à fine,iudicanti pro indicanti.
Fol.31.lin.2.edicti pro & dicti,& lin.4. communicatur pro comminatur.
Fol.39.col.4.lin.1.probato pro probatio.
Fol.40.col.2.lin.15.confeſſione pro confeſſis.
Fol.41.in textu lin.30.cutus es pro locutus es.
Fol.43.col.1.lin.5.à fine præſtare pro præſtari.
Fol.46.coll.2.lin.12.ciuitatibus pro ciuilibus.
Fol.50.lin.21.refellare pro refellere.
Fol.53.col.2.lin.11.Dauum pro Dauid.
Fol.56.lin.penult.iudicia pro indicia.
Fol.60.col.4.lin.36.innocentiæ pro innocentia, & li. 37.ſupplicij pro ſupplicio.
Fol.66.col.3.lin.8.deſſaulx pro Anippi,& perſeueran tiam pro perſeuerantia& lin.38.ſecundum ꝑ ſcien dum,& lin.51.ſuperius pro inferius.
Fol.67.col.4.lin.17.à fine proceſſus pro exceſſus.
Fol.72.col.1.lin.33.indicijs pro iudicijs.
Fol.75.col.1.lin.3.l.ꝑ c.&lin.12.publicata ꝑ publica.
Fol.77.col.1.li.8.Deſſaulx pro Anippi, & col.3.in.7. à fine quaternis pro quaterdenis.
Fol.80.col.2.lin.2.à fine,quæratur pro probatur.

